PRINCIPIS EUANGELICI LIBRI OCTO. IN QUIBUS VERA PRINCIPIS FORMA...

Alfonso Carillo

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
40/K
16

Digitized by Google

14-29.e.21

Digitized by Google

C. 38 a.

C. 38 a.

C. 50. d.

Digitized by Google

PRINCIPIS EVANGELICI LIBRI OCTO.

In quibus vera Principis forma explicatur, pro religione, veritate, et ſummo Chriſtiana Reipub. bono.

AVTORE

ALPHONSO CARILLO HISPANO.

Altera editio argumentis, exemplisq; locupletior.

MEDIOLANI,

Ex Typographia Io. Angeli Nauæ M.DC.XXI.

Cum Privilegio.

Sancte Mane de Scala

Digitized by Google

Imprimatur.

Fr. Io. Maria Florenus Inquiſitor S. Inquiſ. Mediol.

Io. Paulus de Clericis Archipresbyter S. Nazarij, pro Illuſtriſs. D. Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali

LVDOVICO LVDOVISIO

GREGORII XV.

PONT. MAX.

NEPOTI ETC.

Alphonſus Carillus S. P. D.

NEmini dubium eſt, quin conſignata litteris monumenta, illis æquiſsime patronis offerenda ſint, quibus, aut extra ordinem ſis obligatus, aut qui præſtanti dedicati operis iudicio cœteris antecellunt. Quis te in exemplari imperij ponderando grauior?, qui optimi Principis formam germanam, ac domeſticam in GREGORIO DECIMO-

Digitized by Google

expreſſam, abſoluta comprehenſione, & acerrimo mentis acumine propius intueris? in altero, quanuis minime mihi tantum tribuere poſsim, vt tibi, memoris animi gratiam debere profitear; tamen dulciſsimi familiaris tui DOMINI ALPHONSI MARCHIONIS ATESTINI amiciſsimus ego, ſplendidiſsimam illius cauſam, & dignam ſempiterna memoria neceſsitudinem, poſteris feliciſsime tradendam, libentiſsime, gratiſsimeq. ſuſcepi. Præterea, ſi Magnus ille noſter CARDINALIS ÆGIDIVS CARILLVS ALBORNOTIVS pro magnitudine ſua Rempublicam Bononienſem innumerabilibus commodis auxit, ſummisq. affecit honoribus, decet me pro humili ſanè fortuna, haud eiuſdem familiæ degenerē, Bononiæ Vrbis primarium virū, lectiſsimumq. obſeruantiſsime colere, obſequijſque modeſtiſsimis deuincire. Enim vero tuarum virtutum fama, frugeſque in locum beneficiorum priuatim, & publi-

ce quo-

ce quodam modo late ſuccedunt ; Nihil enim eſt ardentius ad amorem , nihil vehementius ad ſpem , nihil denique , quod magis alliciat hominum voluntates , perſuaſa , cognitaque exiſtimatione magnanimitatis: quippe quum, non ſolum ducti opinione bonorum , clariſsimum animi lumen cominus aſpicere propter naturæ bonitatem optemus , ſed etiam abſentes meritorum conſcientia vereamur. Igitur ego, qui minime in referenda priuata gratia ingratus futurus eram , videar penitus Orbi Chriſtiano incenſo amore tui clementiſsimi nominis , & referto ſpectatiſsimæ dignitatis laudibus ingenij perexigui viua voce defuiſſe?. Itaque , vt mea ſtudia, tempus, vigilias tibi deuoueam, me non tam certa prudentia commoueri, quam impetu quodam ſpiritus ferri exiſtimato, ne potius aciem animi argumenti altitudo præſtringeret, quam voluntas tui deſiderio flagraret . Vale.

Digitized by Google

Ad

ALPHONSVM CARILLVM.

Fr. Io. Baptiſtæ Spadij Theologi Dominicani.

ANAGRAMMA.

Don Alphonſus Carillus &c.
Cor illius es tu, Alpha, o Dnũs.

HEROVM Soboles antiquę ab origine gentis,
DVX dextra, & lingua celeberrime: PRINCIPIS altas
Promis EVANGELICI ſacro, ſi è Codice dotes,
Quid mirum? potuiſſe Deum has expendere ſolum
Non equidem ambigimus, diuino aut numine fretum:
Verum tu interpres, redduntque vt nomina primis
Ipſa locis mutata tua, & *Cor illius es tu,*
Eſt qui *Alpha, o, Dnũs*, magnus moderator & Orbis.

AD

AD IDELPHONSVM CARILLVM.

D. Valentini Rubini Clerici Regularis S. Pauli.

EPIGRAMMA.

IMperium quibus eſt, & rerum ſumma poteſtas,
Diſcant, quem Regem gloria ſumma manet.
Cultum opus, IDELPHONSE, tuum niſi Principe dignum,
Quem maneat, dicit, diſſimulatq; Ducem:
Sceptra tibi cedant Reges, qui pectora Regum
Sic regis; hoc vnum fama loquatur opus:
Inſigneſque viros taceat de gente Carilla
Inter Purpureos, Ægidiumque Patres:
Sæpius inuictis Mauors cui ſæuit in armis,
Principe & hoc iterum reddita Roma ſibi eſt.
Bernabouem gemino ſtrauit certamine victor,
Quem Mediolanum geſtit habere Ducem.
Italia pulſus Nicolaus, & Rentius ille,
Preſſa Tyrannorum colla ſuperba pede:
Venit ad hunc ſupplex, & Gallia, & Anglia, Cyprus,
Iam poſitis bellis poſcere pace frui.
Purpura non minus huic dedit, ac ſplendeſcere criſta,
Nobilitate pari, Relligione pari.
Laus tua, IDELPHONSE, eſt, claros Heroas, & armis
Illos, et doctis poſſe referre notis.

IN

Digitized by Google

IN PRINCIPEM EVANGELICVM

Idelphonſi Carilli.

D. Vincentij Galli.

Clerici Regularis S. Pauli.

EPIGRAMMA.

Euius ignotum rectus ne in luce maligna
Princeps præterea tendere pergat iter:
Igniuomã in tenebris ſpectet præcedere nubem,
Hactenus ignotas luce patere vias.
En radians nubes, en lux demiſſa ſuperne:
Vt nitido Reges lumine quoſque regat.
Felices Reges nimium, Felicia Regna,
Has quæ ſydereas, non renuere faces
Haud hic regnandi finis: poſt funera Reges
Imperia æterna conditione manent.

Digitized by Google

Εἰς Ἀρχοντα Εὐαγγελικὸν τοῦ λαμπροτάτου Κυρίου Ἀλφόνσου Καρίλλου.

Ἀντώνιος Σαλμάκιος.

Ἄξια πάντα γράφων μνήμης, πράττων τε Καρίλλος
τοῖς βασιλεῦσι φίλον δῶρον ἔγραψε λόγους.
Οὐ κῶας χρυσεροὶ ζητοῦσι, οὐ τείχεα πύργων
Ἐνθάδ', ἃ φορμίζων δείματο λητοΐδης.
Ἀλλ' Ἄρχων ἀγαθὸς Χριστοῦ καλὰ δίχνος ἀΐσσειν
Μανθάνει, λαοῖς ὄλβια πάντα φέρων.
Οἶμον σκηπτοῦχοι βασιλῆες τέρξατε τύνδε,
Πρὸς μακάρων ἀρχὰς ἥδε κέλευθος ἄγει.

Idem argumentum Latinis verſibus expreſſum.

QVI ſcribenda facit, ſcribitque legenda Carillus
Regali hoc dignum culmine ſcripſit opus.
Non hic auratum ad vellus, vel mœnia tendunt
Phœbeæ proceres ſtructa canore Lyræ.
Sed calcata terit Chriſto veſtigia Princeps
Vt reddat populis aurea ſecla ſuis.
Hanc premite, ad ſuperos hæc vos via regia, Reges,
Ducet, & ætherei regna beata poli.

על כפרים ולשון כל לאומים
ישבחו את החכמת ואת הבינת
אליבשו קארילו החכם והמשכיל
אשר בעמלו טוב מאד הכין אמרי בינת
תולידוהו השרים
לתת למלכים דעת ומזמה
בל המושל קח מצותו
תדבק בכחמת אשר רבח עמו
כן כמר ובינה תבאנה לקראתך
כן תהיה אהבתך בעמך
ומוראך ותתך על איביך
יאשרוך אשרי תהת ממשלתך
יכונן כסאך על פני האדמת
יתן אלהים מלך המלכים
את השמחה והששון
בעולם המאלכים

אנטוכיוש גיגיוס

Omnium sanè gentium litteris, ac linguis celebranda est
Amplissimi, Eruditi, ac Sapientis Doctrina Scriptoris
Qui laudatissimo labore suo ijs in primis vtilis esse voluit,
qui soli humano generi maximè vtiles esse possunt.
Nobilissimo sanguine ortus, Reges consilijs instruit
Huic pareto, quicunque imperas.
Sapientiæque, ac Pietati, quæ hic plurima, fasces summitte,
Sic Pius, Prudens, Sapiens,
Sic charus tuis, hostibus formidandus, probatus omnibus
Diu felix, in felices imperium exercebis.
Sic demum imperanti, profugace regno, immortales coronas,
perpetuos triumphos, ac æternæ maiestatis fastigium,
Regum summus Rex
Decernet.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM;

Liber Primus.

QVARE hic appellatus Princeps Euangelicus. Quidam de huius Operis inſcriptione malè ſentientes confutantur Quare Euangelicus nō Chriſtianus. Oportuiſſe ſummum virtutis gradum obtinere. cap. 1.

Quibus modis ars Politicæ ſcribi ſit ſolita. Princeps noſter mixtus, Chriſti ſolum doctrina, & exemplo concluſus. Neceſſe fuiſſe imitatione Chriſti niti huius Principis formā, et hāc gloriam tribui Moyſi abſurdum, de excellentia huius doctrinæ. cap. 2.

Chriſtus homo fide diuina, & humana. Multo plura humanitatis ab ipſo acta perfecta, quam diuinitatis, ad aſtruendā fidem humanitatis. cap. 3.

Chriſtus Deus, ipſius, & aliorum teſtimonio: Patres ob eam cauſam conſubſtantialis formulā retinuiſſe. c. 4.

Hominis progreſſus, ad actionem ab intelligentia Exemplo Chriſti recreatam eſſe naturam. cap. 5.

Chriſtus Rex ratione diuinitatis, & humanitatis. Duplex Chriſti Regnum, ſed nos tantùm de Rege homine, qui talis extitit propria, & naturali dignitate. Saluator, nomen optimi Principis. Idem Dominus, & Meſsias. Nazarenus, & Emanuel; quare non Chriſtus dici voluerit, ſed filius hominis, & quare filius Dei potius, quā Chriſtus. c. 6.

Actibus, & doctrina Chriſtum ſe Deū Regem, & hominem Regem demonſtraſſe, pleroſq. diſcipulos Chriſtum ſolum Regem hominem putauiſſe: ea de cauſa Chriſtum docuiſſe myſteria, & in paſsione coronatum, ſed numquam inficias iſſe, adulterā iure Regis hominis abſoluiſſe. cap. 7.

Spiritus Sanctus Regem Chriſtum renuntiauit. Igitur tributum ſoluit Chriſtus ſcandali euitandi cauſa, nō iuris. In Chriſto ſolo genus omne imperij; deniq. ipſe Rex, Iudex, & Legislator. cap. 8.

Finem Chriſti diuerſiſsimum à fine Principis fuiſſe videri, neque conſilia pacis, neque lites rerum priuatarum, neque cauſas maleficiorum agitauiſſe. cap. 9.

Inquirendum de fine Chriſti ſimpliciter, & de mediis ad finem. cap. 10.

Finis Chriſti redemptio credentis humani generis. cap. 11.

Media in quadrupla differentia, plenitudo gratia, prædicatio, miracula, myſteria paſsionis, quibus eſt finem beatiſsimè conſequutus. cap. 12.

Omnia Chriſtum propter finem redemptionis humanæ, multa, vt Regem, ſed quæ non eſſent à Redemptore aliena, potius ad finem neceſſaria feciſſe. Igitur hoc modo vſus Regno Chriſtus. cap. 13.

Chriſtum negaſſe Regnum ſuum eſſe de hoc Mundo, propter opinionem Pilati, qui minimè Regnum Chriſti moderatum eſſe Redemptoris dignitate intelligebat. Chriſtus quamuis admirabili apud populum gratia, fama, & potentia, voluit tamen pati propter nos. cap. 14.

Chriſtum Regis, & Redemptoris exiſtimationem defendiſſe, Regnum repudiaſſe, potiſsimam Redemptoris vnam rationem tenuiſſe, ſimuli-

Digitized by Google

ter ſe in diuinitate, ac in oſtentando Regno geſsiſſe. cap. 15.

Liber Secundus.

VT Chriſto ſalus hominum, ſic Principi ſalus ciuium propoſita eſt. Aliqua ratio mediorum communis. Lege gratiæ, rationem politicæ eſſe perfectam. cap. 1.

De ſtatu naturæ corruptæ ante legem gratiæ. De renouatione rerum, de optimo Chriſtianæ religionis habitu diſſerendum, ac primùm de primo. cap. 2.

Chriſtum conſtituiſſe ſalutem, ſapientiam, libertatem, & dona. Reconciliatos homines Deo, regeneratos à Chriſto ipſius propitiatione. Nouus, & interior homo Chriſti gratia factus eſt, ex quo omnia noua. Reſidua malitiæ, niſi ſe ipſum Chriſtianus homo deſtituat, diuina miſericordia leuari. cap. 3.

Legem gratiæ perfectiſsimā rationem deſiderare Politicæ propter virtutes imperanti, parentiq. communes, & præcipua, ſingulariaq. ipſis animi ornamenta. Regnum Dei Populus Chriſtianus, lex quoque gratiæ Dei regnum appellatur. cap. 4.

Optimum Regnum ex optimis ciuibus. Principem Euangelicum propter legem gratiæ neceſſariò factum, ob eam rem Euangelicæ doctrina, & Chriſti exemplis erudiri. Eſto igitur optimus tot, tantiſque tariſsimis virtutibus Princeps. cap. 5.

Liber Tertius.

PRopter vnitatem Chriſti exemplaris, & propter neceſſariam ad imitandum virtutem. Vnum Principem eſſe oportere. Quid interſit inter Principem infidelem, & noſtrum. Quantum huic dandum auctoritatis. Non niſi propter Chriſtum vnum regnare conuenire. De Regni Comitijs. cap. 1.

Iudicio Dei, & ſapientium difficillimam rem eſſe, vnum benè imperare, medicinam eſſe moderationem; nam deterrimum quemque dominandi libidine impotentiſsimum. Princeps propter moderationem Paſtor, hoc eſt bonus. Quid ſit paſcere Remp. & ſponte prouidere. Vitia, & vel ſuperbiæ ſuſpicionem eſſe fugiendam. cap. 2.

Principis eſſe ſeruire, hoc ipſo Imperium magnificere. Quomodo neceſſe ſit à bono Principe contemni Principatum. Quæ altitudo ſuperbiæ, & quæ moderationis propria. Prægrauare ſe ipſum Principis eſt, vt qualis iudicio aliorum ſit futurus, talis eſſe debeat. cap. 3.

Optimos rogandos eſſe, vt regnare velint, nam nihil regno periculoſius, Regnum petere deplorandæ impotentiæ eſſe, gerere ſummæ difficultatis, tanto magis, duce Deo, confugiendum ad moderationem. Temperatum Regnum ab autore comprobari, ideo Principem coram Deo, & hominibus liberæ Senatum ſententiæ lege conſulturum. cap. 4.

Propter vltimū finem voluntatis actiones, & corporis a religione profectæ. Prima cura Principis religio eſt. Chriſtus Pontifex ſui ſacrificio Sacramentum inſtituit. Munera, cæremonias, templa culta, reliqua Sacramenta per omnes ſalutis partes explicata. cap. 5.

Orationis

Orationis multiplex virtus. Adoratio externa, & interna. Iuramentum Sanctum, Dæmones adiurandos. Impertienda gratis diuina Inter parentes, & liberos pietatis vincula. Confessio Religionis, & gradus. cap. 6.

De Idololatria Religioni cõtraria. Supplicia in Idololatras. Græcorũ leuitas. Auaritia seruitus Idolorum. De Magia. De tentatione Dei. Variè interpretata blasphemia. Schisma esse contra vnam sententiam Religionis, cuius Caput Christus, cũm hæreseos Ecclesia victrice. cap. 7.

Omnium Religionem formam esse virtutum, sine quibus, nec nomen, nec essentia, nec vsus Religionis, ipse Christus tota vita argumento est. In colluuione vitiorũ Religionem vulgo esse ludibrio, ex quo impiè hæreses augeri, & insultare. Fidem armis inuictissimam esse. cap. 8.

Liber Quartus.

Quæ sint munera Iustitiæ. Præstantissimam esse virtutum. Quo ordine species factæ Iustitiæ. cap. 1.

Honore, compendioque merita remuneranda, secũdum vnuscuiusq; genus, vt virtutis sic præmij. Rempubl. integram esse, si vt Iustitia flagitat, bonis magistratibus constet. Quare Princeps fidelis dispensator, & seruus, non Principis esse, sed Reipub. Magistratus. cap. 2.

Parentes, liberos, & gentiles, nihil cũ Repub. commune habere. Imperium Sacrosanctum, margaritas esse Magistratus. Quibus mandanda Respub. Gratis cõcedendos Magistratus. c. 3.

Quæ sit potissima coniunctio cũ Repub. Prouidendum vt ciues boni sint. Exteros prouinciales necessariò afficiendos honoribus. cap. 4.

Acceptationem personarum contrariã esse distributiuæ Iustitiæ. Nec in honore priuato quidem accipiendas esse pẽrsonas. cap. 5.

Quis bonus Iudex. Christianos à Iudicibus Christianis iudicandos. Causarũ cognitio publica personæ. Multa esse Tribunalia, & leges. Forma iudicij sapientia. De accusatore, de Testibus, de sententia, & iudicio capitali. cap. 6.

Pilati crimina, & socordia. Parricidiũ Iudæorum. Nihil sanguine iusti atrocius, nihil antiquius seueritate Iudici, & modestia. Quæ necessaria ad iudicandum. Extraordinariã cognitionem esse, ordinemq; iudiciarium. De homicidio. De Iuda Perduellionis reo. cap 7.

Non furandum. Non fraudem adhibendam. Benignitate erga omnes vtendum. Non detrahendum famæ hominum. Impropriè aliquando Iustitiam intelligi. Nihil salutarius Iustitia Reipublicæ. Ipse Princeps loquens exemplo Lex. cap. 8.

Seueritatis voces propter Rempub., & fidem necessariæ. Ad extremum iuris seueritate ventum. cap. 9.

Clementiæ definitio, Principis propria: De mansuetudine plurimarum socia virtutum. cap. 10.

Liber Quintus.

Homo natura societatis appetens. Propter peccatum primi parẽtis homines multo plus egere societate ad benè viuendum. cap. 1.

Primum de domestico Imperio, cuius prima species in vxorem viri, diligenda

Digitized by Google

genda hęc, & honoranda, parem ambos in ſuum corpus poteſtatem habere. cap. 2.

Communes eſſe viro, vxoriq. virtutes. Vxor in omnibus obediens. In Eccleſia ſileat. Viri ſapientia propria. cap. 3.

Quis mulierum præcipuus decor. Velato capite orare, propter naturam, & propter Angelos, debere. Omnis conditionis, ætatiſque fœminas doctrina imbuendas. cap. 4.

Secunda Imperij domeſtici ſpecies parentis in liberos, parentes colendos. Obediendum illis. cap. 5.

Non irritandos iracundia liberos, ne animo cadant. Potius ad virtutem accendendos. cap. 6.

Liberorum diſciplinam potiſſimam curam eſſe parentum, liberos morem, pietatis, vrbanitatis reuerentiæ erga ſenes admonendos, ius paternæ correctionis ſummum. Aliquis modeſtiſſimæ adoleſcentiæ ludus. cap. 7.

Parentes æqui erga omnes liberos. Quantus amor parentum. Externis bonis adiuuandos liberos, qui viua templa ſunt ſpiritus ſancti. cap. 8.

Infima ſpecies imperij familiaris in ſeruos Domini. Officia boni ſerui, cuius ardua virtus, & multiplex. Libertatem vere Chriſtianam communem eſſe. cap 9.

Dominos benigne agere cum ſeruis. Liceat his ad peculium aſpirare Seruos eſſe pie, prudenterq, conſeruandos. cap. 10.

Eſſe imperium priuatum. Finis bonum familiæ. Imaginem eſſe Reipublicę. Mulieres vmbræ natas eſſe. cap. 11.

De Inſtrumentis, & Agricultura, Patris familias munera, & ars. Famæ, & ſaluti conſulendum. cap. 12.

Fortunas propter familiam comparandas, & virile veſtimentum. Non inhiandum diuitijs, pauperes vt ad Regnum Dei, ſic ad Reſmpub. eſſe meliores Verbum igitur Dei, propter modum rei familiaris neceſſarium. De prouidentiæ ordine. Quæ dominio propria ſunt, vſu communia eſſe debere. cap. 13.

Primos Chriſtianos partim ſua alienaſſe, partim poſſediſſe, ſed ea omnes ad pietatem libenter contuliſſe. Quibus conſtet vita apoſtolica, quibus Chriſtianorum priuata, quorū propria, liberalitas, vt barbarorū auaritia. c. 14.

Præceptum eleemoſynæ ſeueriſſimum eſſe, & vtiliſſimum. Quæ ratio poſſidēdi beatitudinis particula igitur optima huius Euāgelica forma Reip. cap. 15.

Liber Sextus.

OPus Reipub. eſt viribus, & viris, primum de his, qui ſapientia, & animo Chriſti diſcipuli, malitia pueri, cætera viri. Boni ratio ciuis eurſus eſt ad Principem actione, intelligentiaque perfectum. cap. 1.

Multitudo minime abſque ordine ſapiētia Politica. Magiſtratus propter populum. Scientia, & virtute ciues inter ſeipſos coniugari. Ciues minime ingrati, aut leues. cap. 2.

Iure naturæ vectigalia neruos eſſe Reipub. Quantum hac in re Chriſti exemplum. Tributum onus eſſe, proinde non niſi neceſſarium Regno imponendum; pro eleemoſynæ ſufficere Principi, ſi ſe nouis tributis abſtineat, quomodo æqualia, & iuſta.

Acre

Æere publico Principem alēdum eſſe. cap. 3.

De prudentia ciuis. Poteſtatem a Deo eſſe. Igitur Principi obediendum propter Deum. Pro Reipub. precationes faciendæ. Actiue Euangelico, quamuis vix fieri poſſit, vt eueniat, malum Principem tolerandū. cap. 4.

Generatim nihil propter Deum, quod nō Deo dignum. Non ſolum Regi, ſed Magiſtratibus etiā gaudenti animo obtemperādum. Qualis optimi ſtatus ciuis. cap. 5.

Libertas definitur, cultos libertatis Euangelica doctrina Politicæ, Differentia inter ciuem, & ſeruū. Qualis propria virtus ciuis. Coronandum Principem, eique acclamandum. De ordine publicanorum. cap. 6.

De vrbe Chriſtiana, Quibus fundata virtutibus, Reliquas ciuitates mortales. hanc incremento ſapientiæ ſolam æternam eſſe. cap. 7.

Liber Septimus.

PRincipis prudentia ſummum bonum Reipub. architectatur. In agēdo, & intelligendo verſatur. Alia eſt politica, & militaris alia. cap. 1.

In genere politico finis eſt prudentiæ. Propria hæc Principis virtus. Perficere ſemper prudentis. Omnia prudens propter finem agit. Nihil non Reip. conſentaneum prudentia contemplatur. cap. 2.

Regia prudentis Principis dignitas minime abſque omni virtute. Populum Deo applaudere propter bonum Principem. Filij lucis prudentiam a filij ſæculi huius prudentia ſcite diſtingui, ergo illa vita Reip., hæc mors. Pauca bono Principi licere. Machiauelli errores notantur. c. 3.

Prudentiam ſolum ſibi honeſtæ proponene. In primis de ordine cohonestato virtute tractare, propterea efficaciem eſſe ſecuritatis. Cauſa ſecunda Princeps, qui rerū cognitor, et nō ignarus ſed rerum ſeruatæ vtilitatis autor cap 4.

Prudens memor, ipſe indutio præſentium futura præcognoſcit, culpę detrimenta Regnis excidia minitari. Regnū diuinum, & humanum obſeruari; vates ergo prudentes. cap. 5.

Iugum ſeruile propter voluptates, contra ſuaue imperium propter honeſtatem, & prudentiam Principis. c. 6.

Quid ſit donum. Omnia dona Principi tribui eſſe, ſed ſolicitudo comes prudentię propter opportunitatē, & magnitudinē rerum donum potiſſimum Prīcipis. Quare paſtor Princeps. c. 7.

Si neceſſe eſt mutuo pro ciuibus Princeps morte occumbere, ciues pro Principe debent. Plurimę virtutes prudētiæ adminiſtræ. cap 8.

Multa prudētes ſine ſimplici honeſti ſpeculari. Dolus ignoranti pro ſapientia eſt. cap. 9.

Bonus Princeps Œconomus. Familia ciuium Dei eſt. Princeps fidelis diſpenſator, & prudēs Vicarius Dei. Propter charitatem ſpiritum vtilitatis Principi conceſſum. Prudēs omnium actione prēſtanti virtutum Princeps beatus eſt. cap. 10.

Salus hominum in prēceptis, & in gratia Dei. Ante oculos Principis neceſſaria, vtilia, & optima. Lex temporis prudētię lex. Ergo leges humanæ commutabiles. cap. 11.

Contra hominum ambitionē prudentia magiſtra eſt. Quid ſit de Principatu

Digitized by Google

contendere. Ambitionis mala. Discordia Regnū interire, vno spiritu, & efficiētia pacis conseruari. c. 12.

Liber Octauus.

DE prudentia militari; Multæ origines bellorum, sed nulla truculentior dominandi libidine, contra quā armata Resp. Deum occasu regnorum vlcisci peccata Gloria artis militaris pacē florēt ſſimā parit. Esto igitur armatus, et paludat⁹ Rex. c. 1.

Fortitudine animum, armatura corpus armari. Custos Regni armata fortitudo. Pax firma præsidijs, & ducibus. Artem esse militarem propter ordinem, et finem demonstratur. Superior ratio artis inferiorē vincit. Ex bellicis manubijs condendū ærariū: Artis omnino victoria est, Principis clemētia. Dona militaria, & triumphos, ornamento & æmulationi esse militibus, & Imperatoribus. cap. 2.

In disciplina Ius maiestatis, atq; Imperij, ideo nihil seuerius imperio militari. Violentia, calumnia, rapina, disciplinam e medio tolli; Milites annona, & stipendijs diligenter, & beneficè alendos, in illos acriter, si deliquerint, animaduertēdum. cap. 3.

Imperatorem, vt arbitrum de suis, & hostium copijs deliberaturum. Belliū indicendum ob rebellionem, ob nominis existimationem ob iniurias illatas. Ne liberis quidem, bellicę laudis detrimento, parcendum. Reip. vindictam, & Principis nomen ipsis liberis præferenda. cap. 4.

Qui vere sapientes. Ordinis, & iudicij modus in sapientia est. Regnum stabilitum sapiētia, immortale. Summa ratio imperandi fine illo, quo à Deo creatum imperium est. Sapientia est politica Euangelica, ergo sapientes principes. Ideo propter Principum peccata, populos pœnis prouidentiæ diuinæ vapulare. cap. 5.

Tyrannidem, summum esse Reip. malum. Neminem posse Deo seruire, & Tyranno. Potestas à Deo est, sed ipse Tyrānus a Diabolo. Reges, & Tyrannos virtutibus, vitijsq. cognosci. Cum omni genere virtutum, callidissima, & immanissima Tyranni flagitia pugnare. cap. 6.

Fermentum superbia est, ergo domicilium Tyrannidis; cuius minima contagio Remp. labefactat. Fermentum hypocrisis. Sapientiæ, actionisq. coniunctione beata Resp. Odio esse Tyrānis bonorum libertatem. Crudelis fœmina Tyrannum fecit Herodem. Quæ peculiaris sapientia Principis. cap. 7.

Magistratus superiores causę summi boni Reip. sunt. Sapientia non minus, quàm iurisdictio ad potestatem necessaria. Potestas vsui, sapientia frugi est. cap. 8.

Sapientia ordo est, vt præstantior virtute, sit quoq. excellentior dignitate. Vitiorum labe Regnum corruere. Crimina in sapientiam Regno pestifera. Deus enim vindex est. c. 9.

Insipientia est vana opinio sapientiæ, omnis sapientia sobrietas est, astutiæ probris violatur Diuinæ bonitatis ars ad sapientiam dux, opulenta solū sapientia, eaq; iucundissima. cap 10.

Magnanimitatem cæterarum Laureā esse virtutum. Honores moderate appetendos. Virilis cultus sit. Competitores erudiendos. Fortitudinis præcepta esse. Principem in opera grauissima Imperij continuo laboraturum. cap. 11.

Digitized by Google

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER PRIMVS.

Quare hic appellatus Princeps Euangelicus. Quidam de huius Operis inscriptione malè sentientes confutantur. Quare Euangelicus non Christianus. Oportuisse summum virtutis gradum obtinere.

CAP. I.

HIC à nobis Euangelicus Princeps appellatur, ob imitationem Christi, & Euangelicæ Doctrinæ præcepta Vitæ diuini autoris, & exemplo simillima, quibus imago Principis optimi ad bene intelligendum, & præclarè agendum exprimitur. Cum enim Euangelica virtus è Christi actis, & documentis hausta non possit non esse in summo gradu, cum ab ipsa sapientia excellentissimo modo summi causa finis accepta sit, Principem Euangelicum propter dignitatem singularis virtutis nuncupare oportet, vt ex D. Basilio Stobæus, fac discas ò homo, ac docearis Euangelicam Rempublicam, oculorũ Serm. 142.

accuratiorem modeſtiam, linguæ continentiam, corporis ſeruitutem, animi humilitatem, puritatem mentis, iræ deletionem, cum aliquid abs te exigitur, etiam amplius adde, cũ fraudatus fueris inditium ne petito, ſi te quis odit amato. Si perſequitur ſuſtineto, ſi conuitijs proſcindit, obſecrato. ſi autem optimis Euangelica profertur Reſpublica legibus, Princeps iſte illis partibus artis Regiæ, quæ ad eruditionem locis Euangelicis luculenter, & abundanter continentur, Exiſtat optimus neceſſe eſt. apta verò nominis inuentio, cùm ſuperioribus argumentis maximam virtutem, ſuis numeris vniuerſalem, muneribusq. latè patentem, habitum imperandi efficientem perfectiſsime, omnium eſſe ſuo in genere Principem conſtet, quas humana natura conſequi poſsit. Hic ergo Princeps Euãgelicus, quia præcellentiſsimus. Euangelicum propter magnitudinem, catholicum propter hæreticos dicito. Sed hoc non tam hæretici, quam hac in re ſimiles hæreticis homines bardi arrogantia ſingulari animaduertunt, hæc illi euangelicus malè ab hæreſi euangelicorum ſumptus, abſit ab adoleſcente catholico, vehementer errat, nec iuueniliter excuſari poteſt, quibus nos. iure igitur vltimæ temeritatis primus ille, qui in Chriſti opus inuaſit: totius negotij nomen initiaq. ſacroſancta religionis Chriſtianæ ſubripuit? non ſolum populo, ſed nomine, Chriſtiana res imminuta eſt, vt nemo prudens, aut bonus Euangelica ſcriptitare audeat? D. Thomas hæreſim verbis committi autumat, ſed hoc ità eſt, ſi aliquis à Concilijs damnatam hæreticam locutionem promeret, Catholicam aſpernaretur; obijcis Concilia nobis, an anſles nugas? in Chriſtianam nomenclaturam hæretici violentiſsimè impetum fecerunt, qui minime Chriſtiani, tales enim fide integra ſunt, vt docuit Chriſtus, à quo Chriſtiani, minimè hæretici, qui à Chriſto defecerunt. Igitur qua de cauſa non poſſumus Euangelicum, nec eadem Chriſtianum fas eſt dictitare, ò craſſa minerua homo, cuius prauitate trahimur ludibrio, & inſania hęreticorum, qui nihil penſi habent ſacrà, profanaque permiſcere. Lactantius Firmianus ait ſe tunc hęreticos potiſſimum Chriſtianos, & Eccleſiam Catholicam iactauiſſe, quibus arrogantia nimia præditis, faſtidio quandoq; fuit eſſe Chriſtianos, vt D. Athanaſius ne ergo cauſificationes quęrant, neque probroſo nomine pulſati diſsimulent, ſe ſe eos eſſe, qui ſunt, doceantq. Chriſtianos à vocabulis magiſtrorum ſuorum nomina ſortitos eſſe. Quo

2.2.q.11. art.2.ad 2.

Lib. 4 de vera ſapientia c. 30.

Inorat. 2. contra Arianos.

ſeipſos

ſeipſos quoque declarent eadem ratione cum Chriſtiani ſint, nomen tamen ab Ario obtinuiſſe. Stante Imperio Romano Eccleſiaq. paccata Chriſtianæ religionis honos integerrimus, & caſtiſſimus fuit, nemo Auguſtam, & ſanctam appellationem Chriſtianorum, vel hæreticorum petulantiſsimus maculauit, vt D. Athanaſius, quapropter cum omnes à Chriſto chriſtiani & eſſemus, & diceremur, exploſus eſt Marcion inuentor, hęreſeos, reliqui autem, qui cum exploſore Marcionis remanſere, Chriſtiani titulum retinuerunt. qui vero ſecuti ſunt Marcionem, non iam inde Chriſtiani, ſed Marcioniſtæ appellati ſunt. Ita quoque Valentinus Baſilides Manichęus, & Simon Magus ſectatoribus ſua vocabula impertierunt. Indeq; factum, vt alij Valentiniani, alij Baſilidiani, alij Manichæi, alij Symoniani, alij Cataphryges a Phrygia, a Nouato Nouatiani vocitati ſint, quare priſtinum, grauiſsimumq. ſecuti ſtatum religionis, & vel nutum Sanctorum Patrum obſeruantes imperatores lege ſanxerunt Arrianos, Neſtorianosq. infamia malorum ſacras erroris laruas vocitari, nunc nominum ſacraria diripiunt, non iuſtis armis fidei inuicti, ſed licentiæ furijs intolerabiles?

Pellitur e medio ſapientia, vi geritur res.

Et quod iniuria retinent, ſtulte propugnator, detrahēs hoc chriſtianæ dignitati concedis? ergo nec Chriſtianus, nec Euangelicus, quia vult hęreticus? qui ſibi nihil nō dehoneſtamēto nobis, fingēdo, q̄ probare non poſsit, arrogabit, igitur minimè ſententiam Euangelicam, nec opus Euāgelicum enunciabo? nec vtar Chriſtianus natiuo religionis nomine quo ſuperbiſsime hæreticus abutitur? quare cum debilitato, aut deſidente imperio, hęretici ſumma iniuria ſe Chriſtianos eſſe profiterentur, noſtri quibus magna religionis confuſio incredibiliter diſplicebat, tanquam vi de poſſeſsione deiecti, quod tueri armis, aut ſententia non poterant, minimè vocabulo chriſtiano, animo, aut ore repudiato, Catholicæ dictionis inuentione tenuerunt, quo etiam ab illis Sacrilegio peſtis occupato, cum nulla propugnacula, nec ingenioſiora, nec munitiora reſtarent, ſe præteriti mali timore orthodoxos vocauerunt. Infinita erat ſollicitudo iſta verborum, nec noſtræ Conſtantiæ conſulebatur, cum hoſtium libido inuentores nos faceret, non noſtra neceſsitas. neceſſe fuit impotentię reſiſtere, ſapientiæque Conſilium temeritati ſtultorum opponere. Igitur non iure minori, quam gloria, iſta reciperentur antiquiſsima, & poſt liminio redirent,

furtiuæ ſyngraphæ adulterinis litteris legitimo, & proprio iure ſublatis, niſi ſemper Eccleſię decretis ſenſibusq; hęſiſſent. Sit hic veterrimę vniuſque nouiſsimę fidei, & nominis Princeps. Sed nimius in nos maledicus canis aulicus, quem tumidi, ſeruiliſq; ingenij minime ingenuitatis noſtrę pœniteat. Sed quare Euangelicus, non Chriſtianus? Cum idem eſſe liquido appareat Principem a lege, huiuſcemodique autore legis nominare, præcipuè cum lege gratię Chriſtiana reſpublica à Principe conſtituta, eodem iure poſſit illum ſeu Chriſtianum, ſeu Euangelicum præfari. Quæ cum ita ſint, Placuit potius nobis Euangelicus, quam Chriſtianus, vt nomine ipſo proprio iorem adiunctioremque Chriſti imitationem præſeferret. Cum autem Euangelia res geſtas Chriſti commemorent, ipſumque Deum hominem ſapientiſſimè docentem, & grauiſsimè ſentientem, videamur audire: vim in hoc Principe maximam ſignificari ſapientię conueniebat. Illum enim ad diuinę legis intelligentiam dirigere omnino, & ad optimorum exemplarum factorum perpendere neceſſe eſt. Porrò à nouo Rege ſanctiſsime lege noua edicta, qui ab illa degeneraret, & diuerticula quęreret, quamuis propter fidem Chriſtianus, minimè propter deuiam, diſiunctamque ab ipſa antecellenti agendi forma rationem Euangelicus quare hic ſemper Chriſtianus pręſtātiſſima quadam vi, Chriſtianus verò non ſemper Euangelicus. Gradus autem virtutum ſunt, quarum culmen, Principis ad optimè, beatiſsimeque regnandum, eſt virtus politica Euangelica.

Quibus

Quibus modis ars Politicæ ſcribi ſit ſolita. Princeps noſter mixtus, Chriſti ſolũ doctrina, & exemplo cõcluſus. Neceſſe fuiſſe imitatione Chriſti niti huius Principis formam, & hanc gloriam tribui Moyſi abſurdũ, de excellentia huius doctrinæ.

CAP. II.

CIVILIS doctrina veteres in Philoſophia præſtantes viros verſatoſque in adminiſtratione Reſpublicæ, ſalutis communis cauſa, non minus gratè, quam vtiliter, ad ſcribendum certatim inuitauit, eaque viſa eſt, duplici modo grauiter, & fructuosè poſſe tractari. Vel vniuerſim propoſitis cauſis, originibus, rationibus, gubernationis humanæ, vel aliqua, velut in maximo exemplari clariſsima efficta perſona, quæ nominis admiratione, rerum geſtarum gloria mentes permoueret. Prima ratio generatim ad docendum ſinè locis, & temporibus facilius expedita, & ſi non rarò ex annalibus experimentis cõfirmandæ doctrinæ gratia, exempla depromuntur. Secunda velut fons, ex quo aurea flumina deducta virtutum, non adeo concluſa præceptis, non in differendo acris, in hiſtoria ſolutior, & intelligentię populari accommodatior; in primo noſter Ariſtoteles ſcientiæ Magiſter celebratur, & Diu. Thom. æternum ſapientię decus excelluit, varius Plato, alterum Philo ſequutus, & Xenophon, ſiuè ob gratiam, ſiuè ob altitudinem ingenij ſuſpectus (hic modus enim aſſentationi obnoxius eſt,) cum plus fama ſcriptoris, quam Cyrus Principis excellenti laude, valuiſſet, vt ait Cicero, Cyrus ille a Xenophonte nõ ad hiſtoriæ fidem Scriptus, ſed ad effigiem iuſti imperij. Nos altiſsima diuini exempli, grauiſsima diuinæ doctrinæ altius meditati, ex vtroque arripuimus artem, ſed ad celſitudinem ne cogitatio quidem poteſt accedere, ſtat pro nobis veritas, frequens in exẽplis ratio, cauſis certiſsimis demonſtramus, & breui oratione diffi-

In Politicis. De Regi. Princi. De Rep. de Regno & de legibus. De Monarchia de Creat. Princ. de Moyſe. De Cyri Pedia. Epiſt. ad ſ. frat.

diffinimus, materias teſtamenti veteris peruulgatas, Locos cõmunes alijs tractandos, ſuiſque ſedibus quæſtiones philoſophię neceſſarijs contenti relinquimus. Euangelia tota mente memoriaque penitus exhauſimus, quidquid in illis tritum abſcõditum ve nobis ex æquo graue, ſiuè ob ipſam rem, ſiue ob introductam in hanc penitiorem ſalutaremq́; ipſam ſapientiam nouitatem ſcientiæ politicæ. Noſtrum igitur eſt, quicquid Chriſti doctrina, & exemplo ad Regum partes perfectè informandas pertinere conſtabit exponere apertiſsimè, congruenterque commentari. Atque adeo erat neceſſe, ſeu Principis Euangelici, ſeu Chriſtiani ſpeciem ſola imitatione Chriſti eſſe conceptam. Cum humanitas propter dominam, & ſibi proximam diuinitatem omnis rariſsimæ dignitatis, virtutiſque capaciſsima regiè etiam & abſolute egiſſet, ad cuius cum non modo complendam ſimilitudinem, ſed ne ſatis reliquias perſequendas nemo Chriſtianorum Principum longiſsimè acceſſerit; quis præterita materie ipſius exemplaris adumbratum Principem conſecetur? Enim vero abſurdum primarium hæbreorum Ducem in Chriſtiani Principis mores, & leges prolixa potius, quam propria ratione vocare. Qualis enim forma Reipublicæ, talis exiſtat Princeps neceſſe eſt. Sine Chriſtiana Republica minimè Chriſtianus Princeps, Quomodo igitur norma Chriſtianis Regibus ad imitandum qui ſpe attigit rem, quam nos ab oportuniſsimi myſterij effectibus expreſſam, & fide poſſeſſam amplius continemus? Maluiſſet hoc ſtultiſsima elatio Iudæorum, ſi vbi Chriſtus eſt parens, vbi tanti nobiliſsimi, & maximi Chriſtiani nominis Principes, quamuis optimo diuerſo tamen, & hæbreo inſtitutionem Chriſtiani Principis acceptam referri, deridendus Ego paterer, atque concederem. Itaque cum non niſi benè à Chriſtiano Principe, tum à Chriſto Rege, communique religionis auctore rectiſsimè ordiemur: doctrina quamuis diuina, exemplo Chriſti facta humana eſt, & ingenij humani viribus idonea maxime, ab homine, facultatem agendi, a Deo vim excelſiſsimæ doctrinæ, a Deo Rege, & præcipuè ad noſtrum propoſitum ab homine Rege, vſu regni, actibus, regiaque ſapientia Sacroſancto, particulas, ſummaſque politicæ ſcientiæ collegimus. Erubeſcant illi, qui Chriſti ſapientiam, ſeu ducti ſtultitia, non intelligunt: ſeu impie auerſantur: Leuiſsima enim, & callidiſsima quęque politicæ auctoribus multis & varijs inculcant, nec docent in Re-

publica

publica Christiana ſtudiosè, decorequè ſententias, ſed vaniſsimè tamquam in fæce infideli loquuntur. In Euangelijs enim non ſolum finis vltimi, ſed etiam publicæ vitæ, vt medij vniuerſalis ad illum ſapientia eſt. In hac ſecunda editione, quæ deerant texuimus, dilucidè, aliqua ſub obſcura, vberius, ieiuna ſcripſimus, & primum de his.

Chriſtus homo fide diuina, & humana. Multo plura humanitatis ab ipſo acta perfecta, quam diuinitatis, ad aſtruendam fidem humanitatis.

CAP. III.

CHRISTVS homo, vt ex illis. *Nunc autem quæritis me interficere hominem*, & in teſtimonio perfidiæ. *Sed quia tu homo cum ſis.* Centurio verò illuſtriſsimus fide. *Verè hic homo filius Dei erat.* Deinde conſtat natum, educatum, *ſapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines* profeciſſe: ſe viatico ſuſtentaſſe, inter inimiciſſimorum, & maledicentium tela verſatum, ſæpius oratione tonaſſe diuinitus, & fulguraſſe. Iam verò illa euidentiſſima humanitatis indicia, cum anxius ingemuiſſet, vberius eiulaſſet, mortè acerbiſsimam ſanctiſsimo amore perpeſſus eſt. Sciuit præterea efficaciſsimo remedio, præſentiſsimo mederi malo. In poſterum obcæcatis errore animis, & libidine ſubuenire. Nec hominem contemni, nec tyrannum ab alio, quam ab homine debellari voluit. Propter inſitam humilitatem, nihil appetentem, ſummis, beatiſsimiſque contentam, & propter ſalutis ergo hominibus neceſſariam humanitatis fidem, adeo vt erat veriſsimè homo, omnibus videri ſtuduit: vt cum ſe frequentiſsimè in actibus humanis experiundum, tangendum, ſentiendumque præberet, ſemel in ſolitudine procul ab alijs paucis electis, monitiſque obſidibus fidei, ſine ſuſpicione vanitatis, monimenta diuinitatis patefecerit. Ampliorem autem humanitatis copiam faciens, vt cum breuiſsimum vitæ campum, humanitati cognitæ ſenſu fides reliquiſſet latiſsimum, ſempiternumque diuinitati, breuitas aſſiduitate compenſaretur; & multo plura acta incarnationi

Ioan. 8. Ioan. 10. Mar. 15. Luc. 2.

propter

propter hominum amorem, cognationi confidentem, quam propter admirationem, & gloriam purę diuinitati concederet. Claudianus de laudibus Christi.

Ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
Aetatis sentire vices, & Corporis huius
Dissimiles perferre modos, hominemque subire,
Vt posses monstrare Deum. Ne lubricus error
Et decepta diu varij solertia Mundi,
Pectora tam multis sineret mortalia sæclis,
Authorem nescire suum. Te conscia partus
Mater, & attoniti pecudum sensere timores.

Christus Deus, ipsius, & aliorum testimonio: Patres ob eam causam consubstantialis formulam retinuisse.

CAP. IV.

Matt. 16. Ioan. 13. DEVS verò Christus ex illis. *Si tu es Christus filius Dei, dicit illi Iesus. Tu dixisti.* Cum Principis Sacerdotum sensa affirmauisset, quamuis ille intento animo tendiculas malitiæ ageret, & aucupia oris interrogãdo spectaret, elusa stultitia, sententiam ipse non negando probauit Iohannes. *Ego, & Pater vnum sumus.* Pater est Deus, igitur Deus filius, qui est vnum, Ioan. 1. ideſt eadem substantia cum Patre. *Et Deus erat verbum, Verbum caro factum est.* Christus igitur Deus, nam ex verbo, & humana carne Christus est factus, qui sapientia æterna Patris, & suprema virtus existens, hipostaticè sibi opportuno tempore, Fortunatissimæ salutis causa humanitatem vniuit. Venantius Hono- Lib. 1. rius de partu Virginis.

O vteri Thalamus, noua iunctio facta salutis,
Qua Deus, atque caro nupsit honore nouo.
Quod Deus amplexus carnem est, caro vincta cohæsit;
Stat Deus, atque homo Christus vtrumque genus
Non Deus in carnem est versus, Deus accipit artus.
Non se permutans, sed sibi membra leuans.
Cuius non poterat Deitas, per aperta videri,
Velamen sumpsit, carne videndus homo.

Quare

Digitized by Google

Quare autore Nicæno Concilio, Catholici Ecclesiæ patres temporum interuallis, multiplici hæreseos peste, contagione quadam tumultuantem orbem impiè distrahente, maloq; internecino vexante, consubstantialem firmissimè tenuere. in terras ergo delapsus, vt Deus filius, & verus homo crederetur, cũ enim humana natura, & si nõ benè merita de Deo, quę nec benè mereri vnquã potuisset, ob diuinę tamen appetitionis bonitatẽ ab increato verbo esset assumpta, diuinaq; charitas, amore hominum inflammata, sapientiæq; altissimæ artibus mirabiliter instructa, Deum ad succurrendum generi humano labanti ardentius impulisset, Christus cognitus est homo, & creditus Deus. Claudianus de Christo Seruatore. Act. 1.

mortalia corda
Artificem texere Poli, mundiq; repertor
Pars fuit humani generis, latuitque sub imo
Pectore, qui totum laxè complectitur orbem,
Et qui non spatijs terræ, non æquoris vndæ,
Non capitur cælo, paruos confluxit in artus.

Hominis progressus, ad actionem ab intelligentia. exemplo Christi recreatam esse naturam.

CAP. V.

QVIBVS demonstratis, cum sapientia excellẽter humani operis instrumento egisset, & iam homo euidentissima quæq; comprehenderet, doctus ab illa suprema intelligentia, obscura intelligeret, & imitando consentanea virtuti exequi posset, diuinæ doctrinę capax, exempliq; natura nostra se ad cęlestis patriæ domicilium erexit, & cum magnitudine gratię multiplicis niteretur: Ad salutaria recreauit. *Secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, et prudentia.* Sed quia nos contemplamur Christum Regem, reliquum est, vt de Christo Rege dicatur. 1. ad Ephes.

Christus Rex ratione diuinitatis, & humanitatis. Duplex Christi Regnum, sed nos tantùm de Rege homine, qui talis extitit propria, & naturali dignitate. Saluator, nomen optimi Principis. Idem Dominus, & Messias, Nazarenus, & Emanuel; quare non Christus dici voluerit, sed filius hominis, & quare filius Dei potius, quàm Christus.

CAP. VI.

NEC enim dubium cuiquam est, quin æqualis Patri, connaturali substantia, filius, infinitæ virtutis, innato Imperio Rex, magnitudinem vniuersi tueatur, & regat. In hoc totius cardo disputationis vertitur, an Rex orbis ratione humanitatis exiterit, in quo auctoritatis pondus, & vim rationis
Luc. 1. expendo, ac primum orsus ab Angelo. *Dabit illi Dominus Deus*
Matt. 2. *sedem Dauid Patris eius.* Christus à Dauide secundum carnem, & ea de causa Christi pater appellatus, igitur ea ratione Christus Rex, scilicet qua homo, quæ interpretatio clarior est consequentibus verbis. *Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Duplex Regnum Christi notatur, primum terrenum, quod à Dauide regia proles, quasi hereditario
Act. 2. iure humanitatis accipiebat. *Quia iure iurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius:* Secundum Iacobi cœleste in cœtu, & patria sanctorum, quia in primo tempus notari videtur, in secundo æternitas viget. Constat promissum in Dauide Messiam temporibus humanitus, Et in perpetuum non solùm diuturnitate orbis, sed æternitate diuina regnaturum. *Super solium Dauid, & super Regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, amodo usque in*
Isai. 9. *sempiternum.* Cuius partes cum gentili gloria celebrantur;
Hierem. 23. *Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra.* Aurelius Prudentius in Enchiridione.

Regia.

Regia mirifica fulgent insignia Dauid;
Sceptrum, oleum, cornu, diadema, & purpura, & ara:
Omnia conueniunt Christo, chlamis, atq. corona,
Virga potestatis, cornu crucis, altar olivum.

Prima legatio pro Regno, inuicto animo denuntiata tyranno, insinuata populis, occultè mandatis diuinis, palam testimonijs cœlestium exposita. *Vbi est, qui natus est, Rex Iudeorum.* Nam si in loco, homo erat, si hoc ipso quod natus est, non alia de causa Rex, Deus Rex, & homo Rex erat, solus enim seipso Deus est, quod est, & cum natus esset Rex, qui erat Rex, antequam nasceretur, non potuit non homo esse Rex; quare, qua fue re Magi opinione, fecerunt. *Procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & Myrrham.* Mos enim gentis erat, adorare Reges, & pretiosissima, offerre munera, quę ferax gleba Arabię, Chaldeę, Persię tulisset, aurum Regi, thus Deo. *Reges videbunt, & consurgent Principes, & adorabunt propter Dominum.* Claudianus de Miraculis Christi. Isai. 49.

Dant tibi Chaldæi prænuntia munera Reges;
Myrrham homo, Rex aurum, suscipe thura Deus.

Rex ergo, cui tanta puero propter despicientiam rerum humanarum acciderunt, vt merito, & conuenienter inculta diuersorij species, & horrida paupertas explendesceret, ob diuinitatem, humanitatemq; donis excultus est. *Omnes de Saba venient aurum, & thus deferentes.* Adorandus vera, immutabiliq. adoratione. *Dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper.* In Principum præsentia populi, ad honestandum suum Regem apparent. *Reges Tarsis, & Insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent.* Factus est ad communem Regem terræ concursus. *Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone, & Mari, & isti de terra Australi.* Quibus non gaudijs, bonis, remedijs, honoribus, vniuersum spe, atque animo incubuit? *Laudate Cœli, & exulta terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.* Sciuerat enim populus Dei esse orbis, vniuersalem spem salutis. *Ipse erit expectatio gentium.* Per manus traditum posteris vaticinium Balaam suspēsas nationes Regis maximi spectatione tenuerat. *Mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.* Notis cęli, terræq. diuinis: luce vniuersi, & orbis imperio. *Orietur stella* Isai. 60. Psal. 71. Isai. 49. Gen. 49. Aggai 2. Numer. 24.

Mich. 5. *ex Iacob, & consurget virga de Israel.* Nec patria gloriosissimę fortunæ iacebat in tenebris. *Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.* Erithrææ Sybillæ porrò versus obseruamus.

Regnabit latè posscntes ferrea virga
Vnus, & æternus Deus hic & Seruator, & idem
Christus pro nobis passus, quem carmina signant.

Quos illa furens fudisse dicitur, quorum interpres, vt ait, verè Romanus infensissimus Regno Cicero nuper falsa quadam fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem re vera Regem habebamus, appellandum quoque esse Regem, si salui esse vellemus. Hoc si est libris, in quem hominem, & in quod tempus est? nec callidè, sed sapienter qui composuit illa, perfecit, ne quodcumque accidisset, Prædictum videretur: hominis, & temporis diffinitione posita. Historici Romani antiquitatis studiosissimi, non fama, sed nomine decepti. Tacitus. Pluribus persuasio inerat. Antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore, vt valescerent Oriens, profectiq; Iudæa, rerum potirentur. Quæ ambages Vespasianum, ac Titum prædixerant. Immo Christum. Suetonius. Percrebuerat Oriente toto vetus, & constans opinio, esse in fatis, vt eo tempore Iudęa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano quantum euentu postea prædictum patuit; Iudęi ad se trahentes rebellarunt. Quid mirum, si non tam propter fortunam temporum, quàm propter Iosephi, seu errorem, seu adulationis simulationem à Christo aberrauerunt? Sed quod maximè eos ad bellum excitauerat, respõsum erat ambiguum: Siquidem in sacris libris inuentum, quod eo tempore quidam esset ex eorũ finibus orbis terræ habiturus Imperium. Id enim illi quidem quasi proprium acceperant, multiq. sapientes interpretatione decepti sunt. Hoc autem planè responso Vespasiani designabatur Imperium, qui apud Iudæam creatus esb Imperator. Rex ergo Christus, generis humani non suffragijs, non acclamatione, non hæreditario iure, sed propria dignitate. Primo Rex orbis. *Dominabitur a mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.* Deinde Rex Regum. *Et adorabunt eum omnes Reges terræ.* Deniq. vnus omnium Rex mortalium. *Omnes gentes seruient ei:* quamuis Pilatus in illis: *hic est Iesus Nazarenus, Rex Iudęorum.* Insimulatus ab Hebræis, quasi crimine Christum perduellionis reum leniter

Libr. 2. de diuinatione. lib. 5. Hist. In Vespasian. c. 15. Libr. 7. c. 31. Psal. 71.

leniter accerſeret, vt calumnias, infamia mortis, & flagitio notato refelleret, incredibili pudore ipſorum, Regem Iudæorum appellauerit. *Erat titulus cauſæ eius inſcriptus Rex Iudæorũ.* Marc. 15. Non affectata tyrannide, ſed ſuo iure ſæpius Præſidis viua voce repetito. *Ecce Rex veſter.* Factum eſt a diuina prouidentia Ioan. 19. vt ipſis inuitiſsimis Chriſtus innocentiſsimus à Pilato iudicatus, ab ipſo ſummo affectus honore, Rex prædicaretur, innocẽtiæ autem, & dignitati maxima gloria debebatur. Nec ſolum Iudeorum, ſed etiam gentium Rex Chriſtus exiſtimatus, quem Hæbrei Regem, genteſq; cognouerant: nec enim cæterarum nationum Regem Pilatus inficiatus eſt, qui monumentis linguarum, populorum imperijs maximorum illuſtribus, Chriſtũ orbis terræ titulo Regio Principem eſſe dixiſſet. Diuus Ambroſius de Helena. inuenit ergo titulum, Regem adorauit. Da- In Concione de obitu Theodor. Sen. niel. *Dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum.* Sua ipſius Regna legibus, non populorum ſcitis. igitur *Omnes populi, & tribus, & linguæ ipſi ſeruient.* Extrinſeca potentia mortalis, Cap. 9. hæc ſempiterna naturæ vtriuſq; Regis imperio. *Poteſtas eius* Cap. 7. *poteſtas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius, quod non corrumpetur.* Quamobrem, *quod ſcripſi ſcripſi*, non quia pudendum eſſet ſibi contradicere prouinciæ præſidem, & de ſententia, quæ grauiter pendenda erat, noua leuiter motum opinione decedere. Inſipientis eſt perſeuerare in errore, ſed quia cum poteſtas Pilati imaginem imperij Dei repræſentaret, ſciuit prouidentia, quod ille ignorabat, cum enim non obſtaret malitia, & in calce ſummi operis veritatem promulgari conueniret, Dei ſpiritu ſapiens fuit, qui ſuo eſſe in re prouidentiæ neceſſaria non poterat. Sanctus verò Simeon *Domini Chriſtum* appellauit, ideſt vnctum à Patre ſpiritaliter ad ſacerdotium, & Regnum, vt Diuus Gregorius. Et quia illum Ioannes Baptiſta prædicaret, qui ſimul Rex, & Sacerdos exiſteret, Lucas Euangeliſta prædicationis eius tempora per Regnum, & Sacerdotium deſignauit. Diuus Bernardus Abbas. Nec dulcius, nec amabilius, ſed nec arctius omninò Regnum Epiſt. 143 Sacerdotiumque coniungi, ſeu complantari inuicem potuerunt. Quam vt in perſona Domini ambo hæc pariter conuenirent, vtpotè qui factus eſt nobis ex vtraque Tribu, ſecundum carnem, ſummus, & Sacerdos, & Rex. Ideo. *Tu es Sacerdos* Pſal. 109. *in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*, qui etiam *Rex erat* Gen. 14. *Salem*. Vnctus igitur per Spiritum Sanctum à Patre, vt ſe immolando,

Luc. 2. Homil. 20 in Euang.

molando, hostia sacrata, sanguine suo, peccati diras execrationes expiaret, & Augustissimus Rex opima spolia mortis laturus, occumberet. Paulus Orosius. Quo signo, quid euidentius, quam in diebus Cæsaris toto orbe regnantis futura Christi natiuitas declarata est? Christus enim lingua gentis eius, in qua natus est, vnctus interpretatur. Itaq. cum eo tempore, quo Cęsari perpetua tribunicia potestas decreta est, Romæ fons olei per totum diem fluxit: sub principatu Cæsaris, Romanoque Imperio per totum diem, hoc est, per omne Romani tempus imperij, Christum, & ex eo Christianos, idest, vnctum, atq; ex eo vnctos, de meritoria taberna, hoc est de hospita, largaq; Ecclesia affluenter, atq; incessabiliter processuros, restituendosq; per Cæsarem omnes seruos, qui tamen cognoscerēt dominum suū, cæterosq;, qui sine domino inuenirentur, mortis, supplicioque dedendos, remittendaque sub Cæsare debita peccatorum in ea vrbe, in qua spontaneum fluxisset oleum, euidentissima his, qui prophetarum voces non audiebāt, signa in cœlo, & in terra prodigia prodiderunt. Ergo victimæ optimæ sacrificio efficacissimo litatum, gloriosissimo Regi Imperatoria triumphi pompa decreta est. Angeli à primo conceptu virtutes Dei modulati, nunc simul Deum hominem, perinde Regem nutu suo res administrantem diuinis versibus concinuerunt. *Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Dominum, & dicentium, Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hi enim erant, vt in lib. Iudicum, *omnes Angeli populorum*, docti Regem hominem voce, vt mente Deum, laude filij Deum, vt thesera pacis homi nem Regem ipsis præfectū nouo humano imperio decantare. *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis.* Quare cum symphonia cœlesti æther personaret, ne agrestes incultos, rudesq; Pastores, quamuis musica suauissima ipsis insolens incertæ cogitationis haud dubio timore terreret. *Nolite timere ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in Ciuitate Dauid.* Saluator nempè Iesus, qui & Redemptor proprium personę, optimorumque principum nomen: in actis de Moysę monumentis humani honoris Christi decorato. *Hunc Deus Principem, & Redemptorem misit.* De Othoniele Dei gratia sapiente, ab ipsoque Deo electo. *Clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorem, & liberauit eos Othoniel,*

Lib. 6. c. 20.

Luc. 2.

Iud. 10.

Psal. 148.

Luc. 2.

Act. 7.

Iud. 3.

niel, *videlicet filium Genez fratrem Caleb minorem. fuitque in eo ſpiritus Domini, & iudicauit Iſrael.* Merces quærimoniæ iuſtiſsimæ, vltionisque miſericordię inſignè. *Seruierunt quoque filij Iſrael, Eglon Regi Moab decem, & octo annis, & poſtea clamauerunt ad Dominũ, qui ſuſcitauit eis Saluatorem vocabulo Aot.* Iud. 3. Libr. 9.

Cato minor in noſtro Lucano.

Hic redimat ſanguis Populos: hac cade luatur
Quicquid Romani meruerunt pendere mores.

Ieſus magnus Sacerdos quibus non corporis, & animi regij inſignibus? *Ecce abſtuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs, & dixit, ponite cidarim mundam ſuper caput eius.* Zac. 3.

Quid prædicabilius hoc triumpho? præ nimio deſiderio hæſitabat. *Dixitq. Gedeon ad Deum. Si ſaluum facies per manum meam Iſrael, ſicut loquutus es?* Magis Deo, quam laude maxima militari clariſsimus. *Ioſue vero filius Num repletus eſt ſpiritu Sapientiæ, Qui inuenit gratiam ante Deum.* Nomen hoc diuinæ clementiæ ara, extremæq; ſalutis ſpes. *Deprecatus autem Ioachor faciem Domini, & audiuit eum Dominus; vidit enim angustiam Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ, & dedit Dominus Saluatorem Iſrael, & liberatus eſt de manu Regis Syriæ.* Iud. 6. Act. 7. 4. Reg. 13.

Qui à primordio naturæ Deus Rex, nunc primum Rex, Homo, & Saluator. *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator.* Effecta diuinitatis, humanitatiſq; vt Deus gratia omnes adduceret, vt homo potentia ſaluaret. *Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum; ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Matth. 1.

Chriſtus nomen alioqui dignitatis generale Sacerdotibus, & Regibus, ſed ſingulare Chriſto, qui ſummus Rex, & Sacerdos eſt, ideo Matt. in genealogia *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Si enim natus eſt, qui Chriſtus eſt, non poteſt non homo eſſe Rex, ſed Chriſtus eſt Rex, ergo homo Rex Chriſtus eſt, qui & Dominus humanæ altitudinis appellatio ſumma Deo homini, & Regi ſolum iuſtiſſimè debita, quam Auguſtus, vt opprobrium, & maledictum ſemper exhorruit, grauiſsimoq; edicto corripuit. Nonnè ob prouidentiam eo ipſo tempore, ne par nomine viuenti Chriſto Princeps exiſteret, qui erat impar dignitate, cuiuſq; permiſſu regnabat? Paulus Oroſius. Domini appellationem, vt homo declinauit. Nam cum eodem ſpectante ludos pronunciatum eſſet a quodam mimo, O Dominum æquũ, & bonum, vniuerſiq; quaſi de ipſo dictum eſſet, exultantes approbauiſſent, ſtatim quidem manu, vultuque indecoras adulationes Matth. 1. Lib. 6. c. 22.

tiones repreſsit, & in ſequenti die grauiſsimo corripuit edicto dominumq; ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem, aut nepotibus ſuis, vel ſerio, vel ioco paſſus eſt. Igitur eo tempore, ideſt eo anno, quo firmiſsimam, veriſsimamq; pacem ordinatione Dei Cæſar compoſuit, natus eſt Chriſtus, cuius aduentu pax iſta famulata eſt, in cuius ortu, audiētibus hominibus, exultantes Angeli cecinerunt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Eodemq; tempore hic ad quem rerum omnium ſumma conceſſerat, dominum ſe hominum appellari non paſſus eſt, immo non auſus, quo verus Dominus totius generis humani inter homines natus eſt. De veteratore illo Tacitus acerbeq; increpuit eos, qui diuinas occupationes, ipſumq. dominum dixerant. Lenitudinem ſimulauit. Se vt non toti Reipub. parem, ita quæcumq; pars ſibi mandaretur, eius tutelam ſuſcepturum. tempore Chriſti ſolum de ipſo. *Hoc eſt nomen, quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter.* D. Athanaſius. Nam, & homo factus eſt, ac Ieſus vocatus eſt, (vt ſuperius diximus) nō dimminutior eſt redditus humana paſsione, ſed potius in eo ipſo, quod homo genitus eſt, viuentium, & mortuorum declaratus eſt dominus. Sed ſemper à ſuis Ieſus nominatus, quia etſi cum Redemptoris officio regnandi dignitas coniuncta erat; Charitatis nomen potius voluit, quam claritudinis. Malorum ſentina peccatum eſt, qui pro inſita charitate mala oppugnaturus erat, peccati hydram reſciſsis capitibus malorum funditus frangeret, quare familiare ſibi, quod maximè charum, atque iucundum; Ieſus vocitatus, qui totus in humani generis occupatus libertate, totus in ſalute. *Inuenimus Meſsiam, quod eſt interpretatum Chriſtus.* Vngi eſt commune Chriſto, & Meſsiæ, qui igitur Rex vnctus Chriſtus erat, Meſsias quoq; Rex vnctus extiterat. D. Ioannes Damaſcenus. Nam quia exultationis oleo hoc eſt Spiritu à Deo, & patre perfuſus eſt, hac demum ratione Chriſtus nominatur. *Spiritus Domini ſuper me, propterquod vnxit me.* Regem creauit hominem, vt ſolito argumento vnctionis à maioribus accepto; nouus Rex, & Deo dicatus homo poſteris proderetur; non enim Chriſtus ſe ipſum Regem deſignaſſet, niſi omnia complexus, Deum Regem, hominemq; dixiſſet. Quare Maria non ſine myſterio, *& acceſsit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis, & fracto alabaſtro effudit ſuper caput ipſius recumbentis, & domus impleſ-*

Libr. 2. Ann.

Libr. 1. Ann.

Ierem. 23.

Serm. 3. contra Arianos.

Ioan. 1.

Lib. 4 de fide orth. c. 6.

Matt. 13.

Matt. 26.

impleta eſt ex odore vnguenti. Non ſolum Diuinitatis caput, ſed humanitatis pedes vncti. Deus enim homo non poterat non omni genere circumfluere dignitatis, quæ toto cœlo, & terra ſuauiſsimos virtutis odores efflaret; vt cœlo præeſſe intelligeretur, vnctum eſt caput; vt terræ imperare, vncti ſunt pedes. Diuinus honos in ſummis, humanus in infimis celebratur. *Quoniam Nazareus vocabitur.* Hoc eſt, non tam humillimæ Vrbis, quam ſignificationis maximæ coronatus maieſtate, conſecratus cæremonia Rex. Quare *ſua Ciuitas Nazareth*, quia propter humanitatem aſcitus Rex, vt domicilium Regni, coronam Regis vocabulo dignitatis demonſtraret, & ſacroſancti hominis, quem abſque piaculo capitali gentis fas non eſſet violari, poteſtatem humanam oſtenderet, Deo tenuiſsima gloria; ſed omnes vias perſequi prouidentiam oportebat, vt factus Rex homo præter Dei numen ſuę Ciuitatis, & ſuo nomine prolato iure videretur. propter ſpem Meſsiæ Bethleem, propter Regnum Dei hominis humana ratione factum, terrenus citatur locus, & Nazareth commemoratur. *Vocabunt nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.* Ipſe tota, & ſua diuinitas eſt, pro humanitate neceſſarijs, debitiſque ſummæ humanę virtuti contentus. *Ecce vir Oriens nomen eius.* Multiplici luce valet, qui fulget Oriente virtute. Diuina enim eſt Oriens, humana virilis, ſed hæc ſumma eſt poteſtati adiuncta, excelſiſsimus ergo Rex. *Viſitabit nos Oriens ex alto.* Humanarum præſidia virtutum in Principe belli, domiq; clariſsima. *Paruulus enim datus eſt nobis, & filius natus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, Princeps pacis, multiplicabitur eius Imperium, & pacis non erit finis.* Nomine igitur humanæ virtutis Rex, homo Rex eſt. Digniſſimum admiratione, quia tanta coniunguntur, robur humanitatis, conſilium animi, fortitudo Dei, vt D. Thomas. cum enim in ipſo ſit vnum ſuppoſitum, & vna perſona, in qua ſunt vnitę diuina, & humana natura principatus Chriſti in virtutem agit diuini ſuppoſiti. Recepit enim influentiam Chriſti principatus ex diuina virtute, quę in ipſo perſonaliter erat. Demiſſe paſsim ſe ipſum filium hominis dictitauit. Quare cum ſapientiſsimè Petrus dixiſſet. *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Cum illum magnificentiſsimè beatū ſapientia, & pontificia iuriſdictione auguſtius cōmendaſſet. *At ille tunc præcepit diſcipulis ſuis, & cōminatus eſt eis*

Matt. 1. Matt. 9. Matt. 1. Zac. 6. Luc. 1. Iſai. 9. Lib. 3. de Regimine Principū c. 15. Matt. 16 Luc. 9.

eis, ne cui dicerent de illo hoc, quia esset Christus. Interroganti
Matt. 26. verò Summo Sacerdoti. *Tu es Christus filij Dei benedicti, adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei viui, dixit illi, tu dixisti, ego sum.* Modestia eadem Pilato respondit. *Tu dicis, quia Rex sum ego.* Modestissimæ ingenio artis perfido, & stulto de lingua veritatem extorsit. in quæstione de Christo,
Mar. 12. cuius filius, cum Dominum Christum asseuerat, de se ipso tacet. Qua ne de causa, qui maximo legis gratiæ momento, tum gratia, tum miraculis se ipsum personæ diuinæ præconio illustrauisset, se ipsum obscurare affectat? si enim se Christum esse prædicaret, se Regem Deum, & Regem hominem pronuntiaret, sed quia diuinitas recondita, humanitas obuia erat omnibus, ne se Regem hominem diceret, aut se Christum esse occultat, aut silet, aut sine præiudicio confitetur. Vehementius enim hominum saluti prospecturus, ab euidentissimo nomine abstinebat. Ne qui vnctissimus, & splendidissimus Rex homo erat, parum idoneo tempore talis hominibus videretur. Filius hominis summissima res, filius Dei diuinissima, Christus Rex suspicioſissima, igitur integerrimè tranquillitatem animorum sua humilitate confirmat, sapientissimè doctrina rerum altiùs mentes procedentes incendit, prudentissimè scopulos atrocissimæ suspicionis, & de Regno suo temeritatem opinionis humanæ defugit. nam à filio hominis, tâquam à terræ filio, ignobili, vniuersali nominatione, à filio Dei, propter summam bonitatem. Comitem Diuinitatis necessariò nihil mali sperandum erat. Ergò in impotentia, & diuinitate exaggerata summa securitas, quis Regem non struere insidias Reipublicæ, non perniciem status præsentis moliri arbitraretur? Præsenserat enim Iudæos parricidium lege maiestatis, & Imperij Romani terrore, assentando Cæsari, & impedimentum omne tollendo suscepturos. Quare sanctissimè, & solertissimè cauebat, ne ipse, qui malitiosissimè prætextu interficiendus erat, causæ iniecisse scrupulum videretur. Quare se Christum dici vetat, filium
Luc. 4. Dei permittit. *Exibant autem demonia à multis clamantia, et dicentia, quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum,* libere solum Dei filius appella-
Luc. 8. tus. *Quid mihi, & tibi Iesu fili Dei altissimi?* Nathanael *Rabbi tu es filius Dei.* Exautorati testimonio Christi turpissimi Spiritus, *& Spiritus immundi cum illum videbant procidebant ei, &*
Ioan. 1. Mar. 3. *clamabant dicentes; Tu es filius Dei, & vehementer comminaban-*

tur

tur eis, ne manifestarent illum, ne in manibus nefarijs excuterent, & Christum, hoc est mysteria regalia enuntiarent. Auctoritate Sanctissimi Viri Ioannis indicta religio est. *Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* Diuinissima Patris vox. *Hic est filius meus dilectus.* sæpè igitur filius Dei, raro Christus, nonnumquam, & Christus, & filius Dei nominatus. *Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei*, Marcus *initium Euangelij Iesu Christi filij Dei.* Nomen Regium humanitatis repudiauit, diuini Imperij, & filij Dei supremum excepit. Cum Regij honoris gratissmo signo, præteritique, & memorabilis Regni gloria gentili præsentis suprema vulgo imploratus. *Miserere nostri fili Dauid.* Sed regiè passim salutatus. *Hosanna filio Dauid.*

Matt. 17.
Mar. 1.
Matt. 4.
Matt. 21.
Ioan. 12.

Actibus, & doctrina Christum se Deum Regem, & hominem Regem demonstrasse, pleroſque discipulos Christum solum Regem hominem putauisse: ea de causa Christum docuisse mysteria, & in passione coronatum, sed numquam inficias isse. adulteram iure Regis hominis absoluisse.

CAP. VII.

HOMINEM Regem se in illa Christus actione declarauit. *Exierunt ergo Dæmonia ab homine, & exeuntes Spiritus immundi intrauerunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari.* Ne intemperantię, seu scandali esset periculo salutis cibo à Diabolo corrupto vesci, Princeps homo non damnum intulit, sed causam potius mali remouit. Licet enim Regi aliena noxia priuatis, seu re, seu exemplo futura prudenter auertere. Deus verò Rex in illis. *Tunc ille surgens increpauit ventum, & tempestatem aquæ, & dixit Mari, tace, & obmutesce, & cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna.* Sed quę ratio ista dominatoris Dei, & hominis Christi? quia in mari, &

Mar. 5.
Matt. 8.

ventis,& in omni varietate rerum Deus, in animantibus, & ſumma copia commoditatis humanæ homo etiam prouidentiæ lege dominatur. *Dominamini piſcibus Maris, & volatilibus cæli,& vniuerſis animantibus,quæ mouentur ſuper terram.* Ergo, quæ natura genuit ad vſum hominum, vt homini Regi, vniuerſitas ipſa,vt Deo Regi deſeruit, vt natura diuina Rex Deus cœleſtia,humanaque,ſic natura humana Rex homo mortalia ſolum adminiſtrat. Itaque vt ſua doctrina, & actis, tum ſe hominem, tum Deum, ſic pro regia natura diuina, & humana, tum ſe Deum Regem, tum hominem Regem indicauit. *Iterum aſſumpſit, & duxit eum Diabolus in montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia Regna mundi gloriam eorum in momento temporis,et dixit ei;tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa; tu ergo procidens ſi cadens adoraueris coram me,erunt tua omnia,& tunc reſpondens Ieſus dixit illi;vade retro Satana; ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Ne ſe Deum hominem diabolo renuntiaret, minimè ſe Regem omnium, ſed Deum Patrem adorari iubet. Erat enim Deus homo, Rex vniuerſi, non poterat non itaque vt Deus omnibus, vt homo humanis præponi. Mendaciſsimus Diabolus coarguitur,cum Regem Deum, hominem Regem impudentiſsima Regni promiſsione tentauit, ſi enim homini promiſiſſet, quod non habebat, Non adeo nequam eſſe conuinceretur, ſed cum non ſolum Deo, verum etiam Regi homini mendacio eriperet, quod ipſi largiri polliceretur,vt ſemper ab imis vnguibus, vſque ad ſummum verticem capitis fallaciſsimus inuentus eſt. Quare Diabolus toto ſpiritu attonitus,nouo, ſecretoque mandato à temeritate deterritus,quem minimè ſollicitãdo penitus Regem inſolita omnis generis maieſtate cognouerat,in linguę poteſtateRegem hominem,in infinita imperandi vi Deum Regem expertus eſt. *Omnia dedit ei in manu eius.* Scilicet diuina, & humana, omni ratione diuinitatis, & humanitatis expleta. optimo iure in Apoc. *Princeps Regum terræ*, non ſolum potentia, ſed gratia; cum enim altiſsima manu Dei valeret, tum etiam cæteris hominis iure ſupremo præſtaret, à Petro *Princeps Paſtorum*, Reges maximè ſunt paſtores.Princeps ergo Paſtorum ſummus Paſtor eſt. Ipſe de ſe. *Ego ſum Paſtor bonus*, & quia Paſtor ducit. *Ex te enim exiet dux,qui regat populum meum Iſrael*, Vnus cum ſuis natura, cuius præſtantia Rex, igitur

Gen. 2.

Luc. 4.

Ioan. 3.

Cap. 1.

1. Pet. 5.
Ioan. 10.
Matt. 2.

homo

homo Rex. *Agnus vincet illos, quoniam Dominus Dominorum* Apoc.17.
est, & Rex Regum. Dux, & Pastor, & Rex, & Agnus est; Dux redimendo, Rex administrando, Pastor prouidendo, Agnus cum omnibus se se salubriter per summum bonum regiè communicando. Quibus Dux Pastor, Agnus, & Rex, homo est, ergo quibus Rex est, Rex homo est, quibus cum annis completis felicissima fides hominum fuisset. *Ecce*, ait Christus, *Regnum* Luc. 4.
Dei intra vos est. Non inquit, filij hominis, sed Dei, non quia non erat Regnum Dei, & filij hominis, sed ne animi minimè fide robusti, ægrèque ad summa nascentes dulcedine Regni pro sensus appetitione, secus ac grauissimus Christi status in terris requirebat, indecentissimè de maximo negotio iudi- Act. 1.
carent. in actis videre est. *Igitur qui conuenerant, interrogabant eum dicentes, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel*. Imperiti enim erant Regni Dei, cum solum de Christo homine Rege cogitarent, ideo cum minimè in illo statu perfectissimi spiritus. *Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*. Quare optimo veritatis merito Princeps Petrus declaratus, cum altissimè de Christo sensisset, cæteri Regem hominem, ipse voce sapientiæ Principatu dignissimus, etiam Deum Regem intellexit. Sapiens Pater pro ignorantia filiorum, vt libera Pastoris confessione, & adulta sapientia doctrinam grauius, exemplum dulcius ediscerent, *Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei*, causa erat. *Quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus,* Ioan.6.
qui in Cælis est. Opinio enim terrenorum in mentes discipulorum irrepserat nondum solida specie cælestis Regni perspecta. *Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus*. Sine spiritu enim ad capienda diuina animus flaccescebat. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*. Ioan.7.
Itaque vt diuinis nominis vsu saltem assuescerent, & tantùm Deum inuestigarent. *Regnum Dei intra vos est*. Scilicet Christi, à quo Patris inter homines principatus beatissimè ortus, di- Ioan.16.
uinissimè terris illuxit. Mysteria regnarunt, virtutes dominatæ sunt. *Profectò peruenit ad vos Regnum Dei*, ergo non solum spiritu, sed etiam sensu Dei Regnum inter ipsos erat, in spiritu per fidem; in sensu per Christum; qui cum Rex homo Deo Patri Matt. 19.
cederet, minimè pro irrogato sibi priuilegio legem Regni ferebat, sed pro captu suorum, vt regnum Dei sapienter intelligerent.

rent, non filij hominis fuco, & fallacijs præhensari putarent. Quare, vt essentiam Regni Dei à Christo pulcherrimè traditã sapientia comprehenderent. Crebra illi erat de rebus diuinis disputatio, ex eius ore mysteriorum oratio perpetua fluebat; neque cęlestibus his, diuinisque contentus, cum actum fuisse de peccato demonstrari oportuit, & res tota est in maximum passionis collata discrimen, qui iure Regio cadere non poterat, vt hominum vanitatem, inferosque contereret: iniuriosissime insignibus imperij se ornari permisit. Quibus vti, propter modestiam noluit, impiè læsus est: quæ pro hominum charitate repudiarat, esse doloris instrumenta, & infamiæ? quæ nec digna humilitate Christi diuina, ipsius ignominię seruire? truculentissimę pręter cęteras nobilitatę crudelitatis furiæ sacrilegio fœdasse, quem religiosissimæ osculari, nugacissimè derisisse, cui seriò seipsos parentare, voto fixo tenebantur. *Clamidem coccineam circumdederunt ei, et plectentes coronam de Spinis, posuerunt super caput eius, et arundinem in dextera eius, et veniebant ad eum, & genuflexo ante eum illudebant ei, et cęperunt salutare eum, et dicebant, aue Rex Iudæorum.* chlamydatus purpureo imperatorio, & militari paludamento, corona regia insignitus, de more ritè adoratus, verborum solemni salutatus formula. Sic diuina prouidentia decreuit vestigia Regni Christi, non hominum opinione, sed constantissima voluntate diuini amoris expressa remanere: *vt sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare.* Ex ipsius ore Christi Pilatus audiuit. *Quia Rex sum ego.* Tacendo consentit, sed Pilatus mente, non Deum, sed hominem Regem conceperat, cui dum Christus assentitur, manifesto Rex homo compertus est, quod Pilatus scisciatur, Christus pronuntiat, sed Pilatus, qui rei ignarus est, consensione Christi sententiæ autor videtur, sed qui nescius interrogauit, causa fuit, vt respondendo Christus, qui minimè repugnabat se Regem esse fateretur. *Tu ergo es filius Dei? qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.* Si enim qui tacet videtur consentire, quanto magis qui vnis verbis eundem sensum repetiuit? *Respondens autem Iudas, qui tradidit eum dixit, nunquid ego sum, Rabbi? ait illi, tu dixisti.* More suo, ne quædam vera apud omnes peruulgarentur, illis abditè, non manifestè assentiri maluit. *Erigens autem Iesus dixit ei. Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? Nemo te condemnauit? quæ*

Matt. 27.

AdColos.

Luc. 22.

Ioan. 8.

dixit

dixit, nemo, Domine. Dixit autem Iesus, nec ego te condemnabo; vade, & iam amplius noli peccare. adulteram duplici iure sceleris conuinci potuisse intelligendum est. Iure Regis hominis, & iure Regis Dei, hoc significatur illis. *Vade, & iam amplius noli peccare.* Deliquerat igitur, quæ minimè amplius diuinæ miserationis voce peccare debebat. Si enim constat de peccato, crimine à Deo Rege condemnata est; nam peccati iure ipso pœna rata, & æterna est; itaque illis verbis, cum peccatum commissum Deus Rex significasset, non potuit non sententiam pronunciare. ius Regis hominis in illis. *vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit? quæ dixit, nemo, Domine, dixit autem Iesus, nec ego te condemnabo.* Iuris formam desiderauit; igitur homo auctoritate publica Rex, sine accusatore nemo in iudicium vocari, nec capite damnari potest. Si Christus humano imperio caruisset, minimè illa requireret, quæ cum ad sententiam dicendam necessaria, tum dignitatem Iudicis postulant. Deus enim Rex, vt resiperet mulier ait, *noli amplius peccare*, vulnera facinoris animo imposita Redemptoris exhortatione sanauit, vt Rex homo, neque ego tibi sine accusatore, testimonijsque mulctæ irrogationem temere inferam, igitur Rex homo erat, qui, ne sententiam ferret, iuris humani formã, iuditijque pendebat. *Potestatem dedit ei, iudicium facere, quia filius hominis est.* Ioan. 5. Clarissima ratio propter humanitatem est. Matt. 25. *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras.* Signifero mali perculso, & ejecto, vniuersa culpa perempta est, sed solemne, certumque iudicium contra tyrannidem non nisi à legitimo Principe celebrari potuit. ab hoc igitur ritè, de sublimi, excelsoque Tribunali ex mundo tyrannus exactus. Nam auctoritate sospitis Christi inualescente, præiudicioque sempiternę clementiæ uindex peccati iustissimus ipse Princeps orbis à seipso renuntiatus, qui tætram illam belluam æstuantem profligatissimè, & tergiuersantem in quęstionem compulit, desperatissimè fugientem comprehendit, perditissimè iacentem sententia ipsa confecit. Mundus enim sine duce stare non poterat; igitur in libertatem illo Christi præsentia vendicato, ipse vniuersæ terræ Christus Princeps constitutus. Virgil. Ecloga 4.

Aspice conuexo nutantem pondere Mundum,
Terrasq; tractusq; Maris, cælumq; profundum:
Aspice, venturo lætentur vt omnia sęclo.

Ratione igitur humanitatis Rex, qui ergastulo seruo humanis armis

Act. 17. armis contrucidato. Nouum Regnũ præcellentiſsimæ humanitati comparauit, quæ cum ad poſteros fama dimanaſſet. *Quoniam hi, qui orbem concitant, & huc venerunt quos ſuſcepit Iaſon, & hi omnes contra decreta Cæſaris faciunt Regem alium dicentes eſſe Ieſum.* ignominiæ pœnæque lege facta ſancti nominis inuiolata maieſtas. *Subintroierunt quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hocinditium) impij Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem, et Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.*

Iudas in Cathol.

Spiritus ſanctus Regem Chriſtum renunciauit. igitur tributum ſoluit Chriſtus ſcandali euitandi cauſa, non iuris. in Chriſto ſolo genus omne imperij; denique ipſe Rex, Iudex, & Legislator.

CAP. VIII.

NON enim applauſus leuitatis popularis ille, ſed veritas, inſtinctu Spiritus Sancti, maiorem in modum acclamata, *clamabant dicentes; Hoſanna filio Dauid, benedictus, qui venit Rex in nomine Domini, Rex Iſrael, benedictum quod uenit, Regnum Patris noſtri Dauid.* Nec ob aliam cauſam Nathanael verè Iſraelita ob fidem, in quo dolus non eſſet, ob ſimplicitatem errore ſolutam Chriſti laudibus claruit, niſi, quia ab Spiritu Sancto doctus, poſtea veriſimè, certiſsimèque concepit. *Tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael.* Imago Chriſti. *Melchiſedech, primum quidem qui interpretatur Rex iuſtitiæ, deinde autem, & Rex Salem, quod eſt Rex pacis.* Chriſtus igitur Homo Rex, aliter minimè Melchiſedech imago Chriſti extitiſſet, nam quæ Imperij Diuini ſimilitudo in humano? futurum humanum Chriſti Regnum Melchiſedech ſignificauit, igitur imaginem eſſentia mutuatamque poteſtatem Melchiſedech, naturalis Chriſti dignitas vicit, quod erat humanum lege in Melchiſedech, humanum erat in Chriſto natura, ità neque imago Melchiſedech, niſi Chriſtus Rex homo, neque hic ſui nominis vmbram re ipſa ſuperauiſſet, niſi ſuæ naturæ, iuriſque Rex. intra carceres igitur humanos, inferioremque humanitatem imperij Chriſti ampliſsima ſpecies in-

Ioan. 18.

Ad Hebr. 7.

Mel-

Melchiſedech, qui monumentis virtutum ſuæ veſtigio humanitatis, nomine Regis proprium Chriſti humanum Regnum omni alio huius generis excellentius longè prę monſtrauit. Diuus Athanaſius, nam verbum, quæ ſunt patris, donat; omnia enim, quæ donat, & facit pater, per filium donat, & facit, ita è diuerſo ipſe cum ſit filius hominis, humanitus dicitur à ſe ipſo accipere, quod aliunde non accipit. Sed nonnè perfectè argumentando concluſit? *Quid tibi videtur Simon? Reges gentium, à quibus accipiunt tributum, vel cenſum à filijs ſuis, an ab alienis? & ille dixit ab alienis, dicit illi Ieſus, ergo liberi ſunt filij, vt autem non ſcandalizemus eos vade ad Mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te* Chriſtus enim, ne ſcandalizaret, tributum pendit, non enim erat obligatus. Immunis igitur tributo, ergo filius Regis. Vulgus enim ſcandalo afficiebatur, ſi Chriſtum Deum, & Regem ignorans, minime vectigal pendere Imperatori vidiſſet: Si enim Chriſtum pro certo Regem eſſe haberet, minime ſcandalizaretur, ſi non ſoluiſſet, contra, ſi ſoluiſſet; quia Regem dedeceret, & ei iniuria fieret, ſcandalizaretur; ergo Rex, qui non conſcientiæ, ſed ſcandali uitandi cauſa parebat. Si enim Chriſtus non homo Rex; eſſet illo ad Imperatorem ordine, quo cæteri: perſoluiſſet ergo tributum, non ob ſcandalum, ſed quia deberet; ſed pendit ob ſcandalum, iure igitur minimè obſtrictus erat, ergo Rex. Si enim homo, aut Rex, aut Subiectus Regi, minimè talis; ergo miraculo aſſerta Maieſtas, & ne dubitaret Petrus, Rex homo, & Deus, dignitatem humanitatis Miraculo confirmauit. Phariſeorum par ſcandali ratio erat, de Chriſto, & de Petro, quia Chriſtum, vt Petrum hominem iudicabant. loquitur enim Chriſtus de opinione Phariſeorum, minime igitur æquale ius Petri, & Chriſti. Separata ergo Regis Dei, hominiſq; dignitas, & vniuerſalis Eccleſiæ præfectura; ipſe Petrus propter futuram poteſtatem honoratus, iuſtiſsimus enim Chriſtus cum ſui imperij minime rationem Præſidi Romano probauiſſet, ſatius eſſe duxit cum hominibus futurus eſſet ignotus, tributum præſtare, quam probabile ſcandalum feciſſe videri, Erat enim Iuſtitię, parte ſua, pro imperio laboranti ſuccurrere, cum ea, quæ propter onera dantur, non propter ſolam poteſtatem, ſibi nihil detrahens, ſed ſua periculis tribuens iuſtiſſimè multo perficeret. *Qui in propria;* non natura, ſed poteſtate

In 2. orat. contra Arianos.

Matt. 17.

Ioann. 1.

venit, vt Ioannes ait. *In propria venit, & sui eum non receperunt;* In mortalia descendit, sed quare propria? quia Christus, vt Deus, summo bono similia, & propria creauerat, vt homo mortalitatis modo, & veritate naturæ propria receperat, sed minime propria omnino, nisi omni genere proprietatis, propria igitur humana potestate, quę si hominum solito imperio habuisset, eadem contraria mortalium voluntate amisisset; sed retinuit certissimus patronus, igitur firmissimo ipsius naturę humanę iure Rex homo suos homines, quamuis nolentes tenuit. Quare potestate Christi effectum, vt omne genus imperij abstrusum, quod exquiri posset, existeret. Diuinum ratione Dei, ratione hominis naturale humanum, quod non nisi in Deo homine, cum inter æquales natura, nisi lege Regnum capi non possit, igitur alijs superior se ipso Christus, id natura capessebat. Si enim hominem homini propter natam ex alienę virtutis præstantia vtilitatem concedere oportuit; propter naturam multo dignissimam vni omnes Regi præsto esse necesse fuit. legitimum humanum, quia Regnum ad optimum publico consilio naturæ lege defertur. Alter modus potestatis ab ipso descriptus. *Hæc est autem voluntas eius, qui misit me patris, vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.* Non quia intermissum, sed quia manifestum re, & ratione futurum. *Cum tradiderit Regnum Deo, & Patri, cum euacuauerit omnem Principatum, & potestatem, & virtutem, oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius.* Sed nos de illo, quod in humanis agens Christus agitauit. *Ite in Castellum, quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis asinam alligatam, & pullum asinæ ligatum cum ea, super quem nemo adhuc hominum sedit, soluite illum, et adducite mihi; & si quis vobis aliquid dixerit, & vos interrogauerit, quid facitis? quare soluitis? sic dicetis ei, quia Dominus his opus habet.* Rex Deus imperiosè. *Soluite illum, & adducite mihi.* Sed memor Regiæ humanę conditionis, vt moderatè, & sapienter imperare videretur, ratione reddita, domino priuato respondi iubet, quia *Dominus his opus habet.* Si enim solùm Rex Deus minimè sibi necessarium animal ad Regiam actionem esse dixisset, se re ipsa, & virtute, non aliquo plausibili Regem exhibuisset; quia Deum tãtum spiritus propriè, effectusq; aliquis virtutis infinitę demonstrat; sed Rex homo egebat asino, in quo veheretur, ne omnino sine aliqua humani honoris mediocritate

Ioan. 6.

1. ad Cor. 15.

Matt. 21.

ςritate pedes in tanta popularis concurſus multitudine omnis ſexus,ςtatum,ordinumque frequentia deambularet; nec vſus equo,vt notiſsimus Rex eſſet in tanta humilitate Redemptor. Quare cum multa, quæ aciem ingenij, altitudine miſterij, præſtringerent, ſuæ conſcius prudentię, conſilijq; feciſſet; Tamen non immemor fidei, & cognitionis humano generi ad ſalutem neceſſarię, teſtimonijs Spiritus Sancti,& ſuis, munus regium ampliſsimum, & ſummum efferebat. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Quæ ex Diui Thomę, Diui Hieronymi, & Auguſtini ſententia de humanitate intelligenda ſunt,quia de Diuinitate nulli eſt dubium, quin ſemper habuerit. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius; in eo enim, quod omnia ei ſubiecit,nihil dimiſit non ſubiectum ei.* Sed vnius generis vnus Princeps, qui ſimul omnium Deus homo,non ne Rex homo erat? *Qui eſt caput omnis Principatus, & poteſtatis.* Quare,cum vnionis ratione in perſona verbi,pro ſummа bonitate,cum inferiori parte,quicquid cum illa congrueret,ſplendoris, potentiæ, & gratiæ communicauiſſet, eam poteſtatem noſtri Theologi excellentiæ perhibuerunt. *Dominus iudicabit fines terræ, & dabit Imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.* Vim potentiſsimam, quam humanitatis humeris ſuſtineret, vt in Iſaia; *Et factus eſt Principatus ſuper humerum eius.* Super humanam naturam iacta fundamenta ſaluberimi imperij altiſſima, vt D. Hieronymus ait,in parabola centum ouium,& vnius perditæ,quę inuenta,paſtoris humeris,reportata eſt; Zacharias. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Ergo naturalem iræ impetum vindicem mali moderatus eſt; ſed iraſci eſt hominis,ergo manſuetus Rex,homo Rex eſt, non ſolùm aduerſo malis,ſed etiam facili, & benigno affectu propter propenſionem ſalutis Reipub. *Quia miſerator eorum reget eos.* in humanitate Regni ius reſidebat.in Apocalypſi. Et *habet in veſtimento,et fæmore ſuo ſcriptum; Rex Regum, & Dominus dominantium.* Veſtimenta enim, & fæmur humanitas Chriſti eſt. Scripta innata eſt vna cum humanitate dignitas, Rex igitur propter naturam humanam Chriſtus eſt. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ.* Inſolito Imperio Regis hominis,& ſerua Diuinæ humana ſeueritate ſapientiæ. *Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos.* Cum enim is, qui rem tantam in perſona portaret. A diuinitate ſummo iure maieſtatis inſignitus,à Pa-

Matt. 28.
D.Tho. 3. de Reg. Prin.c.12.
Ad Hebr. 2.
1.ad Col.
D.Tho.de Regim. Princ.lib. 3.c.10.
Suarez diſput.48. ſect. pri. ſuper 3. part. D. Thom.
1.Reg.2.
Iſai. 9.
D. Hier. thom. 3. ad Algaſ. quæſt. 6.
Zac. 9.
Iſai. 49.
Apoc.c. 19.
Pſal. 2.

tre infulis donatus Imperij, ſolidiſsimis regiæ naturę humanę priuilegijs niteretur, vt Paulus; *vniuerſorum* hæres factus.

Ad Heb. 1.

Aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores;
Cara Deum ſoboles, magnum Iouis incrementum.

Diſp. 48. ſect. 2 ſuper 3 parte. D. Th.

Pollens vniuerſali, & directo dominio rerum. Itaq; benè Hiſpanus noſter Suarez, indignum eſſe Chriſtũ, niſi ad ſalutem humanam neceſſaria imperare Angelis poſſe. ipſum quaſi ab humanitate debilitari? Virtutem eius, qui nihil perdidit, & ſociam, ad ſummam gloriam, humanam naturam optauit: intra cancellos coerceri? Præterea Regum eſt, leges ferre, &

Iſai. 2.

cauſis præeſſe. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius.* Chriſtus eſt

Ad Hebr. 1.

legislator, & Iudex. *Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi. virga æquitatis virga Regni tui.* Igitur Rex. *Iudex viuorum,*

Act. 10.

& mortuorum. Nec minus vniuerſalis ille locus. *Neque*

Ioan. 5.

enim Pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. Diſtinctio præclara commutata lege in gratiam, quæ lex multò

Ioan. 1.

diuiniſsima eſt. *Quia lex per Moyſen data eſt gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Gratia in copioſiſsimis paſsionis meritis æquata cum angelica humana natura, vt in Apocalyp.

Apocal. cap. 10.

Conſeruus tuus ſum; veritas lex ſapientiæ diuinis præceptis pro hominum ſalute multo præſtantior. Functus autem actione Regia Chriſtus legislator nouis edictis miſeros cum ſubleuaſſet, & hoſtes perdidiſſet. Sapientiſsimus per legem gratię

Pſal. 9.

regnauit. *Parauit in iudicio Thronum ſuum, ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia.* Poſtremus actus humanus Regius Chriſti futurus eſt.

Iudicij ſignum tellus ſudore madeſcet,
E cælo Rex aduenit per ſæcla futurus
Scilicet in carnem præſens, vt iudicet orbem,
Vnde Deum cernent incredulus, atque fidelis
Celſum cum ſanctis, aui iam termino in ipſo.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipſe.
Cum iacet incultus denſis in vepribus orbis.

D. Aug. lib. 18. c. 23. de Ciuit. Dei.

Iacobi 4.

De cuius Sella ius æternæ vitæ, neciſque. *Vnus eſt enim legiſlator, & Iudex, qui poteſt perdere, & liberare.* Diuus Thomas.

3. part. quæſt. 22. art. prim. ad 3.

Alij homines particulatim habent quaſdam gratias, ſed Chriſtus, tamquam omnium caput habet perfectionem omnium gratiarum, & ideo quantum ad alios pertinet, alius eſt legiſlator, alius eſt Sacerdos, & alius Rex, ſed hęc omnia concur-

runt

runt in Christo, tanquam in fonte omnium gratiarum. Isaias, *Dominus enim Iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse veniet, & saluabit nos.* Cap. 33.

Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.

Finem Christi diuersissimum à fine Principis fuisse videri, neque consilia pacis, neq; lites rerum priuatarum, neque causas maleficiorum agitauisse.

CAP. IX.

SED in hoc ordine disputandi vnusquisq; finem argumentorum intelligens, iure optimo dubitabit, sit nec ne doctrina, qua possit Princeps Euangelicus erudiri. Cum enim necessariò conuerti demonstrentur doctrina, & Princeps; operam perdimus, nisi, vt in principio, instrui hunc Principem posse, pro certo habuimus, diuisim, & copiosè tota ratio, & illa optimi, & perfecti species explicetur, nam cum in gubernatione Reipublicæ non possit, non esse finis, quó Princeps consilia dirigit, pro cuius adeptione fungitur munere regio præstanter, si hic finis non potest, cum fine Christi congruere, quę sunt ad finem, alienissimis à suo fine seruire non possunt. Et nonnè tenuitas cum copia, cum gloria contemptus, cum vi fragilitas ipsa certabit? cum enim Christus omnia humana fortunę volubilis animo diuino repudiasset, arma, comitatus, insignia imperij procul esse voluit, contentus infimis abiectissimę vitę, magnanimusque mortem aggressus. Carnifici obtemperauit, quid tam contrarium Regi? quid tam absurdum? quid minus Reipublicæ salutare? cum etiam illa necessaria deessent; non enim illi armata manus ad vlciscendum iniurias, non Senatus ad publicæ rei consulendum, non ordo descriptus ciuium, quibus conseruationis, & construendi summi boni causa Regnum constet necesse est, non ergo perficiet Regem in belli discrimine in consilijs otij, statusque occupatum, qui, his omnibus contrarius, non solum fortunas egenis donari, sed sperni solicitudinem victus, & hominibus cœlestem viuendi rationem enixè suasisset. Quare ipse Chri-

stus;

Mar. 15. ſtus; *Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem Regnum meum non eſt hinc.* Si enim Rex fuiſſet, partes Reipublicæ conſtituiſſet, inter quas in primis neceſſaria dignitas rei militaris, & gloria. Sapiens, & fortis Rex, qui ſciret incredibiliter intereſſe Reipublicæ, ſummum conſeruari honorem, & ciuium reuerentia vigere, minimè violari, prodi, & occidi pateretur, non enim in formam Prouinciæ maieſtatis, alendique exercitus cauſa redegerat, vt iniurias nomini, & fortunis illatas, armis vindicaret. Non ergo Rex, nam patientia, gratia, fortitudo, arma ſpiritualia, ſine vi, & ferro in terris infima, & nihil valitura, ergo ſeruirent Chriſto Redemptori, non Regi, non ergo Rex Chriſtus. Paulus Oroſius. Eodem quoque anno tunc primum idem Cæſar, quem his tantis myſterijs prædeſtinauerat Deus cenſum agi ſingularum vbiq; prouinciarum, & cenſeri omnes homines iuſsit, quando homo, & Deus videri, & eſſe dignatus eſt: tunc igitur natus eſt Chriſtus, Romano cenſui ſtatim adſcriptus, vt natus eſt. Hæc eſt prima illa, clariſsimaque profeſsio, quæ Cæſarem omnium principem, Romanoſque rerum dominos ſingillatim cunctorum hominum edita adſcriptione ſignauit, in qua ſe, & ipſe, qui cunctos homines fecit inueniri hominem, adſcribique inter homines voluit. Quod nunquam penitus ab orbe condito, atque ab exordio generis humani in hunc modum, ne Babylonio quidem, vel Macedonico, vt non dicam minori cuiquam Regno conceſſum fuit. Nec dubium, quin omnium cognitionis fidei, inſpectionique pateat, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus, hãc vrbem nutu ſuo auctam, defenſamque in hunc rerum apicem prouexerit, cuius potiſsimè voluit eſſe cum uenit: dicendus, utique Romanus, cenſus profeſsione Romani. Si ciuis, minimè igitur Rex. præterea in illis. *Quis me conſtituit Iudicem, aut diuiſorem inter vos? dixitque ad illos, videte, & cauete ab omni auaritia.* Si enim Chriſtus Rex, aut ipſe per ſe iudicaret, aut Magiſtratum iudicare iuſsiſſet, hoc enim munus regium, nihil non, ſiuè per ſe, ſiuè per miniſtros expedire, non ergò Rex, qui nihil reſpondit, quod ad formam iudicij, & rem terminandam pertineret: contra, cum eſſet Rex cæleſtis, nec deceret res eum humanas, abiectaſque tractare, ne charitatem naturę neceſsitudinis, & fratrum animos penitus auaritia peſsima bellua diuelleret,

Lib. 6. ca. 22.

Luc. 12.

ut

ut malo ſpiritus mederetur; diuina dictauit, pro terrenis, ne uerbum quidem fecit, non ergo Rex, qui, vt doceret myſteria, deciſionem rei litigioſæ euidentiſsimè renuiſſet. *Quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſsidet.* Abundantia enim ſpiritualis inaudita erat, ſenſibilem homines ægritudine quadam ignari bonorum ſpiritualium anhelabant, ſoliti erant partes Regni humani non diuini cognoſcere, ſed cum optima bona ſint altiſsimæ adminiſtrationis, & boni proprium ſit diffundi: alia ſimpliciter abundantia legis gratiæ diuitijs neceſſariò Dei Regnum efficiebat, nouo generi vitæ inuento, noua bona ſuppeditata, vt non ex his, quæ fortunatè poſsidentur, ſed ex illis, quæ gratis conceduntur: Chriſti Regnum intelligeretur. *Erigens autem Ieſus dixit ei, mulier, vbi ſunt, qui te accuſabant, nemo te condemnauit? quæ dixit: nemo Domine, dixit autem Ieſus, nec ego te condemnabo, vade, & iam amplius noli peccare.* Mulier cum eſſet in adulterio deprehenſa, teſtes diuina ſapientia terruit, neq; enim ferendum erat vt cum exulare malitia edicebatur ab altero rationem vitę poſcerent, qui non poſſent ſuæ, reddere. Si enim Rex minimè impunitam graui Reipublicæ damno dimiſiſſet, præcipuum ipſi, prępoſitumq; ſe ad Redemptoris miſericordiam, parteſq; conuertere, *vade, & iam amplius noli peccare.* Quare de cauſa coronatus? *Eum autem, qui modicum, quam Angeli minoratus eſt, uidemus Ieſum, propter paſsionem mortis, gloria, et honore coronatū.* Non autem propter Regnum, minimè igitur Rex. Quare vt à genere humano coronam ciuicam Chriſtus acciperet, Imperij auream repudiauit.

Ioan. 8.

Ad Theſ. 4.

Inquirendum de fine Chriſti ſimpliciter, & de medijs ad finem.
CAP. X.

QVIBVS difficultas, quo magis primo aſpectu augeri videtur, eò, & euidentior (non tam contrarijs refutatis rationibus, quam leuiter inflexis) & altior intelligentia operis, tamquam in clariſſima luce verſatur: *Attende tibi, & doctrinæ.* Cum enim auido ingenio ſubtilis ratio indagandæ veritatis diſtinctis, & expoſitis membris, docendo, & con-

1. ad Tim. 4.

concludendo satisfaciat, vt planè dubia explicare, illuminatè obscura explanare possimus. Primum differendum est de fine Christi simpliciter, deinde de medijs, quibus est finem consequutus, adeo breuiter, vt pro necessarijs me summa extremis, vt aiunt digitis profitear attigisse.

Finis Christi redemptio credentis humani generis.

CAP. XI.

Luc. 19. ERGO ex ore Christi finem accipito; *venit enim filius hominis quærere, et saluum facere, quod perierat*. Hic igitur vltimus, propter quem solum. *Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum*. Si missus est, vt genus humanum tenebris peccati, & mortis eriperet, hoc potissimum facere debuit. Finis Ioann. 8. igitur Christi redemptio mortalium. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis.* Ergo quia redimendi, verè liberi futuri erant, & liberi futuri, quia liberandi peccatis, quę gratia redemptio est. Vt clarissimè in illis. Matth. 20. *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis*. Maximè vnum, cum- Matth. 1. fine nomen. *Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*. Totus ipse in hoc Christus omni 1. ad Cor. 1. ad redimendum virtute. *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio,* Ad Co. 1. *& redemptio*. Pro pretij Christique infinitate salus. *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius*. Non humanis, nec 1. Petr. 1. sordidis, sed diuinis, & purissimis. *Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati*. Nihil maius, nec pro amore hominum, nec pro iustitia contra maleficium fieri potuit, 2. ad Tit. *qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate*. Nec qui immensa virtute aliter poterat. *Semel pro pec-* Petr. 1. 3. *catis nostris mortuus est*. Infinitus igitur amor cognitus munere Ioann. in Cat. 3.

In

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, vt Dei Patris eſſemus filij Dei ſanguine. *Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* Simul igitur maxima charitas, & vita donata. *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Opus igitur hoc pretium ſanguinis, *qui dedit redemptionem ſemetipſum pro nobis.* Ex quo ſolemnis illa precatio. *Sanguis Chriſti filij eius emundet nos ab omni peccato.* Non ſeueritatis illa ſententia, ſed amoris. *Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*, Venantius Honorius.

Apoc. 5.
Apoc. 1.
1. Ad Timot. 2.
Ioan. in Epiſt. c. 1.

Nec noſtro tantùm voluiſti è corpore naſci,
Sed caro, quæ naſci pertulit, atque mori;
Funeris exequias pateris vitæ auctor, & orbis
Intras mortis iter, dando ſalutis opem.

De Reſurrect. Chr. lib. 2.

Glorioſiſsimi nominis bona pro ſuis effuſurus, vt peccati leniret eſtū, & volitantem tyrannidem retardaret. *Hunc Principem, & Saluatorem Deus exaltauit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli, & remiſsionem peccatorum.* Illuſtri argumento Paulus expoſuit, quod effecit, deditque Chriſtus. *Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus; Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum.* Cum præfatione in his. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.* Salutis æternæ diuiniſsimo, nouiſsimoq; inuentu. *Neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta.* Aurelius Prudentius in Enchiridione.

Act. 5.
Ad Rom. 5.
1. ad Timot.
Ad Hebr. 9.

Traiectus per vtrumque latus, laticem atq; cruorem
Chriſtus agit, ſanguis victoria, lympha lauacrum eſt.

Perſpicuè Ioannes, quia noſtra vita mors ipſius *Quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum.* Vera igitur, & libera. Spiritus vita: Cuius vi perculſæ tyrannides conciderunt. *Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, ideſt Diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti.* Vates Pontifex, vt diuina felicitate metiremur, quod illi perditiſsimi pro humana perpetuitate deliberatum interpretabantur. *Hoc autem à ſe met ipſo non dixit, ſed cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit, quod Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum.* Hoc eſt

In Epiſt. Ioan. 4.
10. ad Roman.
Ioann. 11.

mortales vna, eademque salute saluaret.

Virg. Eglog. 4.
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetuo soluent formidine terras.

Ad Rom. 10. Cum hominum summa testificatione. *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris.* Claudianus de Christo Seruatore.

Quin, & mancipij nomen, nexusque subisti
Vt nos subriperes letho, mortemque fugares
Morte tua, mox æthereas enectus in auras
Purgata repetis latam tellure parentem.

Media in quadrupla differentia, plenitudo gratiæ, prædicatio, miracula, mysteria passionis, quibus est finem beatissimè consequutus.

CAP. XII.

AD consequendum finem redemptionis media in quadrupla differentia considero: in plenitudine gratiæ, in prędicatione, in miraculis, & in mysterio Passionis; de plenitudine gratiæ, Ioannes. *Verbum caro factum est, & habitauit in*

Ioann. 1. *nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ, & veritatis.* Si caput ipse, nosq; participes consequens erat. *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Qui alios sua

Ioan. 8. dignatione, bonos amauit ipse sanctissimus. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Deus homo, diuinissimus pro Deo Patre inter homines Regnans, peccatum dominatione insultans labefactauit. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Non enim,

Ioann. 1. nisi plenissimus gratia Agnus Dei, nec sustulisset peccata, nisi sine peccato esset; igitur Agnus Dei sine peccato, cuius erat proprium peccata delere. *Gratia Dei erat in illo.* Animo, & ore castissimus. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus*

Luc. 2. 1. cap. 21. Pet. *in ore eius.* Nihil abundantius Spiritu Sancto, quo Deus effector est. *Iesum à Nazaret, quomodo vnxit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute.* Ergo non solum honoratus, sed quod nunquam

Act. 10. antea homini fauste contigerat, unctus plenissimis gratiæ honoris, & virtutis donis, ad tenendam dignitatem, infesta repellenda, diuinitatis humanitatisq; demõstrationem. *Thronus*

Ad Hebr. 1.

eius Deus, in ſæculum ſæculi virga æquitatis, virga regni tui; dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis. Igitur ſumma gratia plenitudo eſt. de prædicatione ipſe Chriſtus. *Si non veniſſem,* Ioan. 15. *& locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent; nunc autem excuſationem non habent in peccato ſuo.* Ergò neceſſaria prædicatio, ſiuè vt ſaluares, ſiuè vt obnoxia crimini. Sic enim prædicationem diuido in Parabolas, vt de ouibus, de Rege, de Patre familias, & reliquis: in quęſtiones, vt de Baptiſmo, de Reſurrectione, de Pœnitentia, & ſuper Prophetas, & de alijs. Et in ſententias; vt ille primum pro Dei populo. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.* Continuo pro ſe ipſo bene expertus. *Nemo Prophe* Luc. 8. *ta acceptus eſt in patria ſua.* Poſtremò ad docendum, quia melior Luc. 4. pars hominis mens eſt. *Quæ autem procedunt de ore, de corde* Matt. 15 *exeunt, & ea coinquinãt hominem.* Pro miraculis illa demõſtrant. *Porrò ſi in digito Dei eĳcio Dæmonia, profectò peruenit in vos Re-* Luc. 11. *gnum Dei.* Machina Regni Dei humaniſsima, celerrima, conficientiſsima, minimè ambitioſa apud Chriſtum, ſed propter Deum glorioſa, propter homines ſalutaris. *Pater gratias ago* Ioan. 11. *tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circumſtat, dixi, vt credant, quia tu me miſiſti.* Miracula, Opera egregia, validioraque ſenſu propter fidem. *Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hęc teſtimonium* Ioan. 10. *perhibent de me.* Fama, & magiſterium propter miracula. *Hoc* Ioan. 2. *fecit initium ſignorum Ieſus in Canna Galileæ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius.* Infinita miraculorum vis. *Multi crediderunt in nomine eius videntes ſigna eius,* Ioan. 2. *quæ faciebat.* Memor beneficij, & gratiæ, Populus, Chriſtum admiratione vrbanus, non ſuſpenſus fide, nec leuitate curioſus, ſed ſenſu certus, experiendo alacris, diuina Miraculorum cognita nouitate colebat. *Teſtimonium ergo perhibebat turba,* Ioan. 12. *quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis, propterea obuiam venit turba, quia audiuerunt eum feciſſe hoc ſignum.* Sępiſsimè propter deſideria tangendi, videndi, efferendique miracula populi frequentia ſtipatus. *Turbæ ſecutæ ſunt eum, multitudo magna, quia videbant ſigna, quæ* Ioan. 6. *faciebat ſuper his, qui infirmabantur.* Contumaces, quia pluſquam decebat miracula depoſcebant, *niſi ſigna, & prodigia vi* Ioan. 4. *deritis, non creditis.* myſterium Paſsionis in Marco enunciatum, quod cõtẽptũ à Petro, vt ſpecie vile, Chriſtus ne ſuę dignitati,

& discipulorum fidei detraheret, oratione vehementissimè de-
Mar. 8. fensitauit, morte ipsa perseuerantissimè sustulit. *Apprehendens eum Petrus cæpit increpare eum, qui conuersus, & videns discipulos suos comminatus est Petro, dicens; Vade retrò me Sathana, quoniam non sapis, quæ Dei sunt; sed quæ sunt hominum.* Insigniter passio
Ioan. 3. Christi mors. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Ausonius in Ephemeride.

contagia nostra
Qui tulit, & diri passus ludibria lethi,
Esse iter æternæ docuit remeabile vitæ:
Nec solam remeare animam, sed corpore toto
Cœlestes intrare plagas, & inane sepulchri
Arcanum vacuis adopertum linquere terris.

Quæ omnia pro adipiscendo fine necessaria erant; nam quomodo posset filius Dei videri, qui non castissimæ vitæ disciplina, lectissimis, inauditisque virtutibus? quæ fundata in illa diuinæ naturę perpetua constantia, cum minimè naturę essent, humanæque constitutionis, necesse erat ex Deo esse, credique auctoritate vti Patris eum, qui qualis esset ipse, ipsius testimonio credi deberet. iam verò, vt vitam suauissimis præceptis ad amorem diuinum homines informarent, sanctè, piè, castè, integrè viuerent; non ne prædicatio necessaria? in primis verò miracula, quæ infinitę virtutis potentiam, summum fidei, & diuinæ naturæ argumentum demonstrarent. Quid dicam de Passione? cuius mysterijs sacratis, vberrimis meritis, malitia extincta, virtute gratiæ, natura in integrum ferè restituta est; quæ non modo ad libertatem adoptione, sed gratia ad beatissimam vitam reuocata gauderet. Igitur nisi hæc facta fuissent, non credidissent; nisi credidissent, minimè redempti fuissent; sed cum homines redemptos constet, eos credidisse, constabit.

Omnia Christum propter finem redemptionis humanæ, multa, vt Regem, sed quæ non essent à Redemptore aliena, potius ad finem necessaria feciße. Igitur hoc modo vsus Regno Christus.

CAP. XIII.

QVICQVID ergò Christus egit, & dixit, propter finem redemptionis humanæ mente concepit; ergò ea omnia quadrant ad finem, aliter minimè ea Christus sapiens diuina, & infusa sapientia exequeretur; nihil igitur, siuè figillatim, siuè generatim actum, quod non ad finem redemptionis humanæ aptissimè conueniret. Media igitur suauia, efficacia, diuturna; nihil enim non molitur hac arte sapientia; Igitur Christus Rex fecit, vt Rex, quicquid non erat à fine redemptionis alienum. Non enim oportebat regnare redemptorem, nec vti suppellectile regia, Imperatorio apparatu; Sed quia humanitas particeps gloriæ diuinitatis, non posset non consistere cum dignitate Regia, & multa expedirent, quæ nisi Christus Rex esset, aut agere non posset, aut eum vehementer dedecerent, ob eam causam, cum se redemptorem clarissimè profiteretur, Regem occultiùs conderet, multò præclariùs ad virtutem, & exemplum, illa pertinentia ad Euangelici Principis doctrinam (spretis rebus humanis, contentus dignitate, cuius iure omnia licerent, sed non conuenirent omnia) docebat. Nonnè in illis, vt Rex? *Cum introisset in templum, cepit ejicere omnes vendentes, & ementes in templo, et mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & non sinebat, vt quisquam transferret vas per Templum.* Optimus Pontifex, & Rex maximus rectissimam obseruantiam Religionis, augustissimamque reuerentiam sacrarij defendit; nam ne templum violaretur, eius erat summo prohibere iure, sacrilegos plagis terrere, metuque. quamquam ab inuidis Phariseis falsissimo temeritatis postularetur; cum de honore Dei tractabatur, in lucem omnium se ipsum proferebat, quo Mar. 21.

enim

enim iure, niſi regio, fecem vrbis perditiſsimam plebem expuliſſet? obiurgaſſet? nam agere hominem, quę humanæ naturæ ratione non poſsit, abſurdum eſt; ergo ad Redemptorem pertinebat, in Dei cauſa, vti maieſtate, manuque valere, quę niſi comite humanitatis regio imperio, quo iure qua ratione feciſſet? Vſus Regno in illis. *Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis aſinam alligatam, & pullum aſinæ alligatum cum ea, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit, ſoluite illum, & adducite mihi.* Regię conditionis pura res, imperium Regni proprium. Celebratiſsimè verò in Vrbem triumphans, Rex acclamatus, & ſalutatus in-
Mar. 11. uectus. *Eunte autem illo, plurima turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via, alij autem frondes cædebant, & ramos de arboribus, & ſternebant in via, & turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent, quia Ieſus venit Hieroſolymam, acceperunt ramos Palmarum, & proceſſerunt obuiam ei.* Palma inuictiſſimi extremis in periculis Regis, oliua belli, & pacis arbitri; ſed propter ſupremam vim rerum, pax citiſſimè, & florentiſsimè bellum conſequuta eſt. Floret, extatq; Pax columnis æternis optimæ vi-
Ioann. 15. & 16. ctorię in Regno fundata. *Ego vici mundum.* Quamuis lætiſſimis populis promiſſum ſe Regem Iſraelitarum genti oſtenderet, neceſſarioque Deum Regem, & hominem expreſſiſſimum diuinis vaticinijs cognoſci acclamatione oporteret, ne ſuſpectus honos; ne aura populari exceptus vaniſsimè videretur, cum ne latum quidem vnguem, redemptoris manſuetudinem, pietatem, modeſtiamque præteriret, apparatum pompæ moderatus eſt. non enim illi currus eburnei, non equi phalerati, non Tubicines, non veſtes auro, argentoque intertextæ, non Tribuni laureati, non equitum, peditumq; lectiſſima manus; ad habitum animi minimè ambitioſi, humiliſque omnia compoſita, ſtratus Aſellus, per quam abiectè, inermis turba, fauor populi, non leuitate vulgi concitatus ad fauorem gratioſè, ſed Spiritus Sancti inſtinctu exardeſcentes motus.

Chri-

Christum negasse, Regnum suum esse de hoc Mundo, propter opinionem Pilati, qui minimè Regnum Christi moderatum esse Redemptoris dignitate intelligebat. Christus quamuis admirabili apud populum gratia, fama, & potentia, voluit tamen pati propter nos.

CAP. XIV.

QVARE illis rationibus dubia facillimè diluuntur, & loci difficiles explicantur. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Non quia non terrenorum Rex, sed quia si aliter respõdisset, quem magni habebat, Pilatus irrisisset, oppositisetq; si Rex, cur non exercitus pro Regis salute decertat? vbi arma? vbi Imperium? vbi curia? Ideò lædi, quia non regnaret. Se igitur Regem fatetur, sed non de hoc mundo, quia iniurias, & mortem perpessurus, nec armis erat congressurus. In alijs igitur præter vindictam alienissimam à Redemptore Regnum suum erat de hoc mundo, sed quia iure vltionis regio sublato, sacrosanctique honoris Regum lege deposita, quæ præsidijs Maiestatis, et perduellionis pœnis iniurias à Principibus arcet, nemo hominum, qui non sacratissimum Redemptorem, cumulatum rarissimis diuinisq; virtutibus credidisset; Regnum de hoc mundo stare posse arbitrabatur. Ideò simpliciter ait. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Sed ne vniuersali sententia, Regno securim infligeret, adiecit. *Si enim ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent.* Ita secundum hominum opinionem Rex homo non erat, qui traditus supplicio, sed re vera præter hoc, quòd Redemptori necessarium, Regnum suum esse de hoc mundo confessus est, qui quamuis volens se quadam parte iuris regij, potestateque defensionis summæ priuauit, reliqua omnia imperij humani propter finem Redemptionis commodissimè, ac necessariò,

&

& propter humanitatis naturalem honorem perfectè retinuit. Cum enim vnicuiq; præsertim Romano esse incredibile dignitatem velasse, texisseq; Christum videri posset; ipse, ne contraria intelligentiæ populari diceret, scilicet esse Regem, & incommoda sustinere, se Regem, prout tunc temporis expediebat, & Redemptorem profitetur. Non autem cõueniens erat, absurdum videri vulgo sapientissimum, præcipuè cum salus humana periclitaretur, cognoscendaque esset voluntas eximia passionis, ità se Regem declarauit, vt ijs se libentissimè exutum prædicaret, quibus Reges iniurias propulsare solerent. Qui dudum miraculis, & vi orationis diuina tertuisset, se se violentissimis iniurijs diuinitus liberasset, nisi inermem se declarasset, omnes fugę, solicitudiniq; mandasset, & minimè se morti deuouisset. Prudentissimus ergo Redemptor ita sensibus Regni sententiam temperauit; vt omninò de Redemptore constaret. quare in ipsa totius absolutione mysterij diuinum amorem ostentatum, sæpissimè maximis rebus contumelioſissimè illudi, & barbarè omnibus ignominijs

Matt. 27. appeti, attentariquè permisit. *Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum, si filius Dei es descende de Cruce, similiter, & Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & Senioribus dicebant, alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere, si Rex est, descendat nunc de Cruce, et credimus ei. Confidit in Deo, liberet nunc eum si vult, dixit enim, quia filius Dei sum, idipsum autem, & latrones, qui crucifixi erant cum eo improperabant ei.* Ingratissimi, & immemores non modo non relata gratia, sed imposita iniuria, nonne illa notabilia,

Matt. 9. & memoranda? *Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus*, natura deuicta obstupuisse, an credidisse dices? *Porrò homines mirati sunt dicentes: qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?* Et cum ex immani turba suo præsidio munitus, nullo

Luc. 4. comitatu septus euolauit. *Ipse autem transiens per medium illorum ibat*, securitate Dei, non celeritate hominis excessit,

Ioan. 10. euasit. *Quærebant ergò eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum.* Latuit homo, & pudentissimè tempore opportuno

Ioan. 8. suum negotium egit. *Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.* Cum non haberet opus manu, qui diuinitus Populos con-

Marc. 1. cionibus sapientię teneret. *Admirabantur turbæ super doctrina*

eius.

eius, erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens. Imperium in oratione, nec ipſis inferis parcens, & omnia dominatione permiſcens. *Quid nam eſt hoc? quod eſt hoc verbum, quænam doctrina hæc noua, quia in poteſtate, & virtute imperat ſpiritibus immundis, & obediunt ei, & exeunt*. Marc. 1. Fama clariſsima rerum geſtarum præpotens. *Fama exit per vniuerſam regionem de illo*. Quamuis illam abnueret. *Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant*. Marc. 7. Quare nec iuſtiſsimus illi amor populi deerat. *Et cum hoc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuerſis, quæ gloriosè fiebant ab illo*. Luc. 13. Solidiſsima caritas ſtudia ſapientiæ. *Omnis enim populus ſuſpenſus erat audiens illum*. Luc. 19. Propterea cauſa Chriſti veritate, non oſtentatione, nec aſſentãte populo, ſed clementi caſtigatione multitudine reprehenſa popularis. *Non in die feſto ne fortè tumultus fieret in populo*. Matt. 26. Etiam, atque etiam teſtificati ipſi hoſtes, nam ſi paucos inuidię ſummę, ſuperbiæ, futilitatis exciperes, cæteri Chriſtum ſuſpiciebant. *Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariſęis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt*. Ioan. 7. Non oderant, ſed metuebant Chriſtum Principes, & Scribæ. *Timebant enim eum, quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius*. Mar. 11. Per ora ſemper omnium volitabat, virtus, gratia, ſapientia. *Quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?* Ioan 6. honoratiſsimus aditus ad vniuerſorum animos. Quare certisſima, & nobiliſsima eius nominis exiſtimatio, non ſolùm, vt Matthæus, à Prophetis accepta. *Ieſus, qui vocatur Chriſtus*. Matt. 1. Sed vt Pilatus, ab vniuerſis. *Ieſum, qui dicitur Chriſtus*. Matt. 27. Propemodum incredibilis populo, ſæuitia Principum, ſtupiditas Phariſæorum, pertinacia Scribarum. *Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis, nonne hic eſt, quem quærunt interficere, & ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt; nunquid verè cognouerunt Principes, quia hic eſt Chriſtus?* Ioan. 7. Tertullianus ait, Tiberius ergò, cuius tempore nomen Chriſtianum in ſæculum introiuit; nuntiatum ſibi ex Syria Paleſtina, quod illic veritatem illius diuinitatis reuelauerat, detulit ad Senatum cum prærogatiua ſuffragij ſui, Senatus quia non in ſe probauerat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit; comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum. In Apologet. c. 5. Inexcuſabilis ignorantia. *Nunc fratres ſcio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri*. Act 3. Cognitioni malitia impedimento fuit.

1.ad Cor. 2. *Quem nemo Principum huius ſæculi cognouit; ſi enim cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Qui enim, nec vti magnitudine Dei, nec hominis dignitate, nec ardentiſsimo populi amore voluit, ad perfectionem humanæ Redemptionis tumultuosè amentiſsimis vocibus malorum ignaram, & arte inſanam plebem à facinoroſis principibus in fraudem induci, & præcipitari ſiuit. Matt. 27. *Princeps autem Sacerdotum & Seniores concitauerunt turbam, & perſuaſerunt populis, vt magis peterent Barrabbam, Ieſum verò perderent.* Non tam populi voluntas erat, quàm turbulentiſsimæ tempeſtatis error. Matt. 22. *Cum quotidiè vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me, ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Cum furia Diaboli multò grauiſſimum facinus, (quo ne crudelius quidem poterat excogitari) commiſiſſet; pro pœna mali Tyrannus ille merito iuſtitiæ diuinæ catenis alligatus eſt. ſi enim Chriſtus non modeſtiſſima ſimplicitate, ſed palam & manifeſtè ſe Chriſtum exhibuiſſet, perfidioſiſsimi illi pœnas populo pro cariſsimo acto magiſtro in crucem pependiſſent. Ideò cum reſpondit Pilato, non ſe Regem eſſe negat, ſed finem, Ioan. 18. cuius cauſa veniſſet ad terras antè oculos ponit. *Ego in hoc natus ſum, & adhoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.*

Chriſtum Regis, & Redemptoris exiſtimationem defendiſſe, Regnum repudiaſſe, potiſſimam Redemptoris unam rationem tenuiſſe, ſimiliter ſe in diuinitate, ac in oſtentando Regno geſſiſſe.

CAP. XV.

QVAMVIS Chriſtus Rex erat, ipſius finis non Regnum, ſed veritas fuit, illud enim ſpecie finis moderatiſsimum, ſæpeque medium neceſſarium ad finem perfectè adipiſcendum arripuit. Et non ne vides, cum ſæpius interrogatus, & quantus Regem eſſe ſe inficiari non poſſet? Et minimè fateri

fateri verbo magni referret, vt optata inimicorum ſuis conſilijs præripit, inſidias modeſtia effugit, & dolis acutè refragatur? in propoſito enim perſeuerans multiplici diuinæ ſapientiæ ingenio vtramque Redemptoris, & Regis retinuit dignitatem, cum actum de adultera. *Hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum.* Nec iuris ſui eſſe duxit non iudicare, ne ſibi vltrò iniuriam inferret, & quod fieri non poterat, ſumma veritas mentiretur, nec lapidatione puniri adulteram voluit, ne maleuoli Phariſęi ad accutandum ficta fallacia, Chriſtoque illorum errore in crimine deprehenſo gauderent, niſi Rex homo fuiſſet, rem breui finiuiſſet, minimè ſui iuris eſſe iudicare dixiſſet. Opus igitur erat ſapientia tanta, ne Regis exiſtimationi detraheret, nec à ſe ipſo Redẽptore deficeret. Cum de cenſu diſceptatũ, illi ſtultiſsimi maieſtatis Chriſtum conuincere putauerunt, contra ipſe regiam tuetur poteſtatem, cum inter populum, & Imperatorem ſummus iudicio Rex ſeuerè imperat. *Reddite ergò, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Qua via illum euertere voluerunt, ſe abſque fraudis periculo actione Regis confirmauit, nam *cognita Jeſus nequitia eorum*, ſe accuratiùs, diligentiuſque defendit. Hoc vno modo improbitate Iudęorum depreſſa veritas emerſit, & intercluſa decoris, & innocentiæ defenſio reſpirauit. Nec mirùm cum ſapientia Dei abundaret, nec animo ſummi viri deficeretur. *Ieſus ergò cùm cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam.* Populus in humanæ vanitatis Phariſæorum ſordes, & Principum luxuriam priuatam aſpernatus, publica Chriſti magnificentia, nõ aſſentatione captata, ſed piè pro religione oblata neceſsitate ſuſcepta exhilaratus; pro maximo accepto beneficio miraculorum autori ſummã gratiam refferendam putauit. Nihil maius arbitrio vitę, neciſque, quod honorificentiſsimè ad Chriſtum liberè, non tam nomine altiſsimo Regis, quam beneuolentiæ detulerũt. Inuitat enim virtus, rapitque, cuius vi diuina periclitata, atque perſpecta, populus in Chriſtum impulſu quodam amoris ferebatur; ipſe verò charitate ſolitus, non blanditijs in aures populares influere, plebis imperitiſsimæ ſinceram, ſed ipſius gloriæ mentem pernicioſam, velis duxit, remiſque fugiendam. Non enim erat inconditæ turbæ, Deum hominem à Principibus terrę ſecernere, quamuis Chriſtum Ioan. 5. Matt. 22. Ioan. 6.

imperio digniſsimum, ſolùm illos magnos fortuna imperij reputaſſent; non enim effectus ille cum diuina gratia congruebat, cuius erat facere, vt peccatis dolerent, obiurgatione gauderent, non vt rebus ſtudere nouis leuiter arte liberalitatis admodum populari decepti viderentur. Porrò cum maximè naturali ſummi boni deſiderio flagrantes animi, vna mente conſenſiſſent; Chriſto ad grati animi merita, communis erat notiſsima ſine acclamatione voluntas, quæ ne patefacta, & illuſtris tempeſtate quadam populari latiùs intonaret, & impetu quodam temerè geſtientis, & exultantis multitudinis, integerrimum, & percomem Redemptorem offenderet, ſuos omnes, ad quos ne minimam quidem adulationis contagionem, & ſpeciem cupiditatis, voluit pertinere, celeriter nauigare iuſsit, ipſe ſolus in receſſu montis oratione prouectus, cum iam adueſperaſceret; ſtupentibus diſcipulis, & vix credibili dominantis mito humanitatis curſu, pedibus nouum maris iter ingreſſus, ventis imperauit. Iſta Regni recuſatio, iuris proprij confeſsio, alienæ poteſtatis declinatio fuit, non ſolùm, vt plauſum popularem conſtantiſsimus abijceret, ſed vt primus, & vltimus hominum, auctoritatem publicam penes populum ordinario iure condendi Rempublicam, imperio naturali humanitatis euelleret, & ne ab alijs accepiſſe, quod à ſe ipſo habebat, & alijs condonare poterat, videretur. Ex ſe ipſo pendens, non populo, ſed ſibi, & prouidentiæ Regnum renunciauit. Itaque Chriſtus, quamuis ſtatu patriæ prouincialis, deſcriptione populi pars imperij latentius, tamen profeſsione ſua Redemptor, Dei hominis conſequentia Rex, opportunitate regia facta gerendi regnauit. Quid intereſt, quis in dubitatione, obſcuritateque hominum fuerit, qui explicatus fide, ſua opera editus, vnicis, æquiſsimis, optimis humanæ naturæ conditionibus ponderatur? In ſecundo argumento, quis non videt expediri Euangelij maximam operam non potuiſſe, ſi ſe inaniter Chriſtus minimis diſtrinxiſſet, qui concurſus tumultuantis populi? quæ perturbatio in diſcrimen adducæ Reipublicæ? quomodo futurus Redemptor, qui plebem alienaſſet, ſtatutum Ciuitatis commutauiſſet? ſapienter ergo magiſtratibus totam controuerſiam cauſæ relinquit; tractant enim ſumma Reges, infima inferiores Magiſtratus; quare, vt quem opinabantur fortè libenter humanis intereſſe; ſummum, generoſiſsimumque cognoſ-

gnoſcerent, ad diuina tranſitum facit, fini, & famæ conſulens. Ad vltimum iuris forma ſublata iudicare Chriſtum non debuiſſe, ita cum ritè adulteram humanæ legis afficere pœna non poſſet, & labem animi mali potiſsimam cauſam exploraſſet, piè animaduertendum, ſapienterq; ſenſiſſe. *Vade, & iam amplius noli peccare*. Poſt paſsionem coronari oportuiſſe affirmandum eſt, vt ſine ſuſpitione ambitionis clara Regni Chriſti gloria, & fide dignares tanta videretur, multo enim maximi Regis erat, non niſi facto certamine, & rebus occupatis, repetitisq; ceremonijs ſacratis, & regijs inſignibus conſecrari. Quare D. Thomas; Chriſtus, quamuis eſſet Rex conſtitutus à Deo, non tamen in terris viuens terrenum Regnum temporaliter adminiſtrare voluit. Similiter enim Chriſto in diuinitatis gloria propalam collocanda, ac in oſtentando Regno accidebat. Diuinitas enim gloriam cum corpore circumfuſo ſplendore communicare appetebat; ſed obſtabat finis, & cognitio humani corporis Chriſti, quominus menti caliginem diuinitas obſcuratura humanitatem offunderet; Ideo transfiguratus eſt in monte, minimè, ſe ſe illo teſtimonio Diuinitatis, gloriæ ſummæ corporalibus bonis viuens omnino priuaturus; ſic cum multa acta regia feciſſet, quibus generi ſe humano Regem oſtenderet, vt finem prouidentiæ diuinæ modo conſequeretur, velis humillimis modeſtiæ, Regis perſonam obtenderat. Igitur hæc fuit perpetua, conſtansq; ratio Chriſti, nihil non vt ipſe diceret, & faceret Rex, quod non etiam deceret Redemptorem, finem ſibi digniſsimum Rege, & Redemptore proponere, medijs optimis ad finem, certiſsimisq; contendere, quibus omnibus perſpicuè conſtabit, per quam eleganter; & per quam ſcitè doceri Principem Euangelicum poſſe.

3. par. q. 59. art. 4. ad 1.

De Regim. Prin. lib. 3. cap. 15.

Matt. 17.

PRIN-

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER SECVNDVS.

Vt Chriſto ſalus hominum, ſic Principi ſalus ciuium, propoſita eſt. aliqua ratio mediorum communis. lege gratiæ, rationem politicæ eſſe perfectam.

CAP. I.

SI enim Chriſti finis erat, mortales ægros ad vitima ſupplicia præcipites ex faucibus mortis eripere; Principis finis eſt ſummum Reipublicę bonum, quod niſi à ſcelerum turpitudine, ciuibus liberis, & incolumibus partibus Reipublicę, ſine peſtiferis vitiorum morbis aſsequi poſſit. ſi enim, vt aliqui arbitrantur, quamuis homo non peccaſſet, Deus ſummę argumento bonitatis, altiſsimoq; ſe ſe communicandi cauſa modo incarnatus fuiſſet, tunc radijs diuinis toto ſplendidiſsimus corpore regię Maieſtatis lautiſsima familia regnaſſet; Non enim decorum erat vitam in otio tranſigere, aliquid ergo præcellentiſsimum ageret: quid præclarius Regno? quid Rege Sacerdote in terris ſimilius Deo? ſubla-

Scot. lib. 3. q. 3. d. 7.

to

to è medio redimendi fine, ſaluberrimum generi humano Chriſto glorioſiſsimum, immortales in illa pręſtantis naturę integritate conſeruaſſe; igitur cum ad redimendum e ſeruitute oues errantes, & diſperſas incarnatus, illa arte ad gubernacula ſedit, vt cum Rex appellatus, & fini ſeruiret, & Principi Euangelico exemplo eſſet ad imitandum. quare cum Chriſtus ex tyrannide ſeruauerit homines, & in regno gratię beatè conſtituerit, ſimiliter Princeps fine ſibi propoſito ſummi boni Reipublicę, inſtituet ciuium mores, quorum virtute, gloriaq́; floret beata Reſpublica. Vt igitur Princeps Euangelicus miſerijs peccatorum liberet Ciues, Chriſtus erit norma, & exemplum, qui in hoc vigilauit, laborauit, vt ſuis ſaluti eſſet; hoc conatus eſt, hoc effecit, vt ſalui omnes eſſe poſſemus, quibusnè medijs? virtutibus, in quibus cum ſe diuinitus exercuiſſet, quanta ſapienter docuit? quanta egit pręclarè, quę proſequi ſtudijs, & imitari debemus? Illa enim proſperè Diuini amoris afflante aura conſtituta, quæ lege gratiæ, cum omnis ratio virtutis, tum politicæ perfecta eſt; Quæ ad illam perfectionem ſapientiæ non niſi duce gratia diuina peruenire potuiſſet. gubernatio enim debet naturam, habilitatemq́; ſequi ſub omnes benè agendi ſubiectæ virtutis modos; inuenta enim illa propter ſalutem magiſtra eſt, optimi ſtatus vniuſcuiuſque rei, ſi aliter fieri non poteſt, ſaltem conſeruationis; itaque humano generi ad peccata veteraſcenti, natura penè deſerto, nec lege ſatis adiuto, ſpe potius, quam re ipſa confirmato, par infirma erat ratio politicæ, quæ naturali lumine publicæ virtutis, minimè homines peccatis ruere pateretur, ne per errorem in maximæ fraudis interitum communem incurrerent, locus ergo non erat optimæ conſiderationi bonorum, nec ſummę hominum virtuti, cum illa primo delicto expulſa, mortales non ſolum ad rem gerendam ſanitate parati eſſent, ſed pene febri peccatorum, grauique æſtu iactati aliqua medicina poſſent releuari. tunc boni Principis erat, procliuiorem naturam ad libidinem frenare ſeueritate, iuuare clementia: Summo iure extremis malis obſiſtere: tamquam ex aliquo naufragio tabulam virtutis moderari, ſępius amputando, quam alia arte ęgritudini vniuerſæ mederi. ea de cauſa Draco legislator non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe fertur, non enim ille teter crudelitate erat, ſed vir pro patrię caritate prudens, qui cum humanam naturam cognitam, perſpectamque haberet,

ret, quos exhortando continere non poterat, duritiè legum
Lib. 2. refrenauit. Ideò Liuius, Imperiaque legum potentiora, quam hominum peragam. quia homo facilis multis multa deceptus benignitate bene facti, seu fraude ambitionis ductus, de legis norma concedebat. Lex loquens vniuersim cum infimis, & potentibus iure pari hominibus inposterum nullam in seipsam potestatem permittebat; quamuis in præsens rem vtilem contemplaretur, tamen imitationem periculosi exempli prodi nolebat. Ne vnquam serua humanæ cupiditatis perniciosæ malitiæ hominum dederetur. quam acerbitatem cum inhorruisset Ciuitas, id, quo nihil firmius vsu uenit, vt bonam frugem libertatis maturis iam viribus ferre possent. Perspicuum enim fuit solertissimo Aristoteli, & per studioso Platoni, minimè quasi famulam humanam virtutem tantarum esse virium, vt se ipsam intelligentia, & actione tueri posset. Persapienter Cicero. Homo non vt a matre, sed vt
Lib. 3. de Rep. à nouerca natura editus est in vitam, corpore nudo, & fragili, & infirmo, animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines, in quo tamen inest tanquam obrutus quidam diuinus ignis ingenij, & mentis. Virgilius.

Sacra Deum, sanctique Patres extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.

Numen Deorum, sanctitas patrum, conseruatrix orbis iustitia deperdita, quod his elegantissimè Virgilius sola fabella Iuuenalis expromit.

Paulatim deinde ad superas Astræa recessit
Hac Comite, atque duæ pariter fugere sorores.

Ouidius ætatis aureæ labe, delictoque postremæ.

de duro est vltima ferro,
Protinus incepit venæ peioris in ævum
Omne nefas, fugere pudor, verumque, fidesque;
In quorum subiere locum, fraudesque, dolique,
Insidiaque, & vis, & amor sceleratus habendi.

CAP.

Digitized by Google

De statu naturæ corruptæ ante legem gratiæ. de renouatione rerum. de optimo Christianæ religionis habitu disserendum, ac primùm de primo.

CAP. II.

ITaq; cum ad bene agendum magnoperè debilitata natura, Summum Reipublicæ bonum effici non posset, ratio perfecta politicæ, quæ beatæ ciuium vitæ artifex est, exquiri, & perscribi non poterat: quæ tradita lege gratiæ non solum eos, qui veteri lege, sed qui natura vixerunt, ad virtutum studia nouis institutis roborauit. Constantinus Maximus in sua oratione. Quapropter Christus sapientissimis hominibus in vnum conuocatis, disciplinam præclarissimam, vitæq; vtilissimam tradidit, vt qui boni, & fœlices esse vellent, eius prouidentiam in rebus præclarè dispensandis sitam admirarentur, & suspicerent. quo sanè quid potest præstabilius à quoquam, aut maius bonum commendari, quàm Deum Iustitiæ administrationi præesse, eosq; qui ipsius doctrina, & institutione digni sunt, similes sibi efficere, vt bonitate tandem in omnes propagata, hominibus in perpetuum adsit fœlicitas? hęc est illius planè victoria, hoc verum Imperium, hoc opus maximum, & vitę maxime consentaneum, vt vniuersus Populus moderatè, modestèq; se gerat. Diuus Augustinus. Nihil enim eis turpe, ac flagitiosum spectandum, imitandumq; proponitur, vbi veri Dei, aut pręcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur. quæ vt facilius iudicari, & intelligi possint, de statu naturæ corruptæ ante Christi aduentum, de renouatione rerum, virtutibusq; in homines lege gratiæ collatis, de optimo deniq; ad res pręclarè gerendas Christianæ religionis habitu dicendum est. post disperditionem humani generis miserrima illa conditio ex Paulo. *Vos cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquandò ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum Principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus, & nos omnes aliquando conuersati sumus*

Cap. 10.

De Ciuit. Dei lib. 2. c. 28.

2. ad Ephes.

mus in desiderijs carnis nostræ facientes voluntatem carnis, & cogitationum, & eramus natura filij iræ, sicut, & cæteri. Non illa vita erat hominis, sed mors bestiæ, non libertas naturæ, sed seruitus peccati, igitur homines nequam, virtute, tanquam vita carere cęperunt, secundum corruptorem humani generis Diabolum, ac secundum naturam morsu acriori peccandi stimulati, se mundo, hoc est omnium scelerum, vinculis constringendos tradiderunt; qui cum aduersus diuina errore, & aduersus humana, malitia obduruissent, diuinam imaginem dedecorauerunt, quasi ad iram Dei nati essent, qui ad gratiã, gloriãq; procreati erant. quare omnis veritas Dei, omnis ratio infirmata virtutis, igitur illos non pepulisset Paulus, nisi deteriores non amore Dei, sed denuntiatione calamitatum excitauisset.

Ad Rom. 1. *Reuelatur enim ira Dei de Cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.*

Nonne humanissimę gentes in hac miseria? hebræi lecti à Deo, & in religione singulares? græci excultę naturæ artibus, virtu-

Ad Ro. 3. tibus, legibus exercitatiores? *Causati enim sumus Iudęos, & græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est.* Sed hebræorum pauci fideles Deo, reliqui ad omnes ineptias, falsitatesq; conuersi legem adulterarunt, dedecore vitæ polluerunt; negato Christo penitus inanissimam, & pestiferam amiserunt. Græci theatrali licentia, fictis inconditè fabulis, absque fide, leuitate peruersa, dilapsi sunt. Quid cæteræ nationes? nonne feræ inhumanitate, impiæ superstitione, tristitia soliuagæ, ingenio ieiunæ, contaminatę vitijs, longe à natura recedentes? *Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum.* Petulanti lingua, improba conscientia, præcipiti ad trucidationem impetu, omni fraude, hostiliq. odio velut armis, peierantes, prodentes, fenerantes inualuerunt. *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem; contritio, & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt.*

O curuæ in terras animæ, & cælestium inanes.

Ipsa sapientia non austerè, sed verè non solum perniciem præsentium grauiter admonuit, sed pestiferam originem malorum ad omnes partes permanantem memoria repetiuit.

Dia-

Digitized by Google

Diabolus enim velut gradu mortis iacto peccato, verſutijs opinionum, & titillationibus voluptatum, captos animos à veritate auocauit, & in erroribus volutabundos extinxit. *Vos ex patre Diabolo eſtis, et deſideria Patris veſtri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo, cum loquitur mendaciū, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, et pater eius.* Ioann. 8. Charitas odio, ſuperſtitione religio, ius iniuria perfractum; igitur in hominibus tanta peccandi libido fuit, vt hoc ipſum illos delectaret peccare, etiam ſi cauſa non eſſet. *Eramus enim aliquando, & nos inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis, & voluptatibus varijs in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.* Ad Tit. 3. Chriſti teſtimonium, de genere humano. *Quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſunt.* Matt. 19. Lex enim vetus fragilis erat, quare Moyſes, non quę optima erant in luce naturę, ſed quę durior ad virtutem natura veſtigio quodam boni ferre poſſet, ſcripſit. *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem non ſic fuit.* Matt. 19. Hoc eſt ſecundum legem naturę; non fic, cum hac, tum alijs de cauſis Romanorum eſt natura duce virtus memorabilis, vt Diuus Auguſtinus. Veteres igitur, primique Romani, quantum eorum docet, & commendat hiſtoria, quamuis, vt alię gentes excepta vna populi Hebręorum Deos falſos colerent, & non Deo victimas, ſed Dęmonijs immolarent, tamen laudis auidi, pecuniæ liberales erant, gloriam ingentem, diuitias honeſtas volebant, hanc ardentiſsimè dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt, pro hac & mori non dubitauerunt. Cæteras cupiditates huius vnius ingenti cupiditate preſſerunt. Ipſam denique patriam ſuam, quoniam ſeruire videbatur inglorium, dominari verò, atque imperare glorioſum, prius omni ſtudio liberam, deinde dominam eſſe concupierunt. Hinc eſt quod regalem dominationem non ferentes, annua Imperia, binosque Imperatores ſibi fecerunt, qui Conſules appellati ſunt a conſulendo, non Reges, aut Domini à regnando, atque dominando, cum & Reges, vtique à regendo dicti melius videantur, vt regnum à Regibus, Reges autem, vt dictum eſt, à regendo: ſed faſtus Regius non diſciplina putata eſt regentis, vel beneuolentia conſulentis, ſed ſuperbia dominantis. De Ciuit. Dei lib. 5. cap. 12. Ergo repudij autorem Romani vituperauerunt. Valerius Maximus. Repudium inter vxorem, & virum à condita vrbe vſque ad viceſimum, & Lib. 2. c. 1.

quingenteſimum annum nullum interceſsit. Primus autem Spurius Carbilius vxorem ſterilitatis cauſa dimiſit. Qui quamquam tolerabili ratione motus uidebatur, reprehenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei præponi debuiſſe arbitrabantur. Sed, quò matronale decus uerecundiæ munimento tutius eſſet, in ius uocanti matronam, corpus eius attingere non permiſerunt, vt inuiolata manus alienæ tactu ſtolæ relinqueretur. Si enim imperfecta lex, quomodo illa adiuuante ad ſumma venirent? Benè igitur Paulus. *Quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo*. Ipſi ergo homines ſimillimi legi, quare non tota eſſentia boni a Gentibus ſegregati, ſed quadam differentia. Nam vtriſque reſidua erat ſpes Chriſti, & neceſſitas, gentibus ad ſalutem, Iudæis ad ſummum bonum.

3. ad Rom.

Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores, ſcientes, quod non iuſtificatur homo ex operibus legis. Naturam igitur, & legem fides confirmauit, quia niſi per fidem Ieſu Chriſti ianua boni non patet. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei*. Propter Chriſtum ſolum lege gratiæ dominantem. *Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia*.

1. ad Gal. 2.

Ad Rom. 3.

6. ad Ro.

Sed fieri ne potuit, vt efficiens virtutis natura ſe aliquo modo delectu bonorum, & malorum expediret? *Cùm enim gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus*. Naturæ autem norma, quamuis imminuta diſtorſione rectè vetare, & iubere poterat, ſi homo ita eſſet affectus, vt non ſeipſum diligens, obſequio naturę indulgenter iudicaſſet, ſed aculeato expetendi propoſiti conſilio iudicans dilexiſset. Romani, ſi cum alijs nationibus conferendi fuiſſent; ſi vt omnes maximè à natura ſuperſtitioſa labe, at multo minus, quàm cęteri ab honeſtate uitę, morumq;: conſcientię, tanquam Deo, pudori, tanquam legi, famę, tanquam pręmio ſeruientes declinarunt. Sed tenebris erroris circumfuſi mortales, quibus, ut refert M. Varro add itus error, et metus ademptus. *Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli, cum infideli? qui autem conſenſus templo Dei cum idolis?* Gentium auita noxa.

2. ad Ro.

2. ad Cor. 6.

1. ad Theſ. 4.

Sicut

Sicut & gentes, quæ ignorant Deum. Ex quo error intellectus & superstitio quasi pecudum. *Scitis, quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.* Tempore Pauli Græcia nefario pellicatu capitalior, spoliataq. geniali lecto barbara. *Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, itaut vxorem patris aliquis habeat.* Pudendum, non solum inutilem esse culpam, sed mortiferam. *Quem ergo fructum habuistis, tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Propter commune peccatum exultans impunitatis spe necessaria lex. *Virtus vero peccati lex.* Aduersaria peccato, nam acquirit bona, quæ peccato tolluntur. Omne enim à peccato malum. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Sæuitia peccati Mors, quæ statim quasi votiua à peccato persoluitur. *Stipendia enim peccati, mors.* Quare peccatum propter causam remedij lata virtutis occasio, & illustris, propter mortis ferociores minas acre malum. *Stimulus autem mortis peccatum est.*

1. ad Cor. 12.
1. ad Cor. 5.
6. ad Ro.
1. ad Cor. 15.
Ioan. 5.
1. ad Cor. 15.

Christum constituisse salutem, sapientiam, libertatem, & dona. Reconciliatos homines Deo, regeneratos à Christo ipsius propitiatione. Nouus, & interior homo Christi gratia factus est, ex quo omnia noua. Residua malitiæ, nisi se ipsum Christianus homo destituat, diuina misericordia leuari.

CAP. III.

ORborta hominibus ipsa luce veritatis, & sapientiæ vltimis malis Christus liberauit, statuitq; salutem. continuò remotissima, & altissima mysteria didicimus, complicatas naturæ notiones euoluimus, species virtutum, intelligentiã scientiarũ, honestatem artium excusimus. demersa lex naturę, tremefacta humana libertas, diuinis meritis, & adiutorijs humanis emersit. *Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* cum enim stultitiam offen-

fendiſſet, non potuit non inimica, & ſuprema, præſertim ſalu-
Act. c. 17. bris futura veritas vincere. *Tempora quidem huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes, vbiq; panitentiam agant.* Illa magiſtra eſt ad præcepta capienda, vt quæ
Iacobi 1. creauerat veritas, eadem liberaret. *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, ut ſimus initium aliquod creaturæ eius.* Nam ſi finis eſt, ut quales Dei ſumus, tales eſſe uideamur, hoc fieri niſi ueritatis
Ad Col. 3. ingenio non poteſt. *Donans nobis omnia delicta, delens, quod aduerſus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud Cruci, & expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in ſemetipſo.* Triumphus maximus captos potentiſsimos hoſtes, gloriosiſsima victoria omnes miſeros ſaluos, opima ſpolia tyrannides extinctas, ſpectatiſsima præſentis gratię monumenta fortiſsimum principatum, ſegregatum, ab omni concretione mortali, recuperatam ampliſsimè ſalutem oſtendunt: igitur dono uitę accepto ab Imperatore, conſtrictoque catenis parricida communi, bonis perfruamur. ab illis enim alia innumera dona gradatim, uſque ad ſummum bonum,
2. Petr. 1. gratiamque diuinam manauerunt. *Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam, & pietatem donata ſunt per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute, per quem maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ conſortes naturæ, fugientes, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.* Quare luce intellectus, conſtantia animi, honeſtate vitæ, ſpe meliorum rerum, curſum virtutis tenere, omneſq;
ad Eph. 4. ueræ gloriæ partes explicare debemus. *Iam non ambuletis, ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiam.* Deus filium clementiſsimum propter liberos perditos, miſit, vt non ſolum eos reciperet, ſed nomine proprio filiorum, lege
Ad Gal. 4. parentis heredes deſignaret. *At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus, quoniam autem eſtis filij, miſit Deus ſpiritum filii ſui in corda veſtra, clamantem abba pater, itaq. iam non eſt ſeruus ſed filius; quod ſi filius, et hæres propter Deũ.* Primo feliciſsimo effectu homines Deo
Ad Rom. 5. piè reconciliauit. *Non ſolum autem ſed & gloriamur in Deo per Dominum*

minum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Postremò totum opus lenissima misericordia, medio necessario, salute secura, gratia diuina compositũ, vt abundante spiritu sancto, & Christo agẽte a Deo clementer præmeditata humana salus diuina, & misericordi cõparatione, finibus bonorum, & summæ bonitatis numeris absolueretur. *Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus, sed secundũ suam misericordiam saluos nos fecit: per lauacrũ regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitę æternæ.* Ad Tit. 3.

Memoria miseriæ peccati repetendæ, vt tantorum odio malorum paratiores ad christianã vitam, neq; in religione, neq; in publico more, neq; in priuato peccemus. Defessa malis, & ab hoste impurissimo vexata natura, maxima beneficia admiretur; quæ quia decerpsimus à Christo non veremur Christiani, ne potius pia, & grata prædicatione, quam arroganti, & profana nimis gloriari videamur. Satis superq; prudentes sumus, si apud homines tenuissimè prædicamus, quæ maximam mirabilitatem inter Angelos, sua immensitate fecere. Illa censent boni, minime duri vident, stulti tergiuersantur, sapientes perstant, hæretici superbiæ furore corrumpuntur, infideles insciticia, & vanitate cadunt, christiani patienti animo sapiunt, fidei celsitate consistunt. *Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, ijs qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, & illicitis Idolorum cultibus, in quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem blasphemantes.* 1. Pet. 4. Si Deus humani flagitij oblitus, iterum suos homines fecit, quibus ne digni Deo, nisi virtutibus? *Cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso.* Ad Col. 1. Salui gratia Christi, sanguine suo redempti, propitiũ Deum propter Christum habuimus. *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.* Ad Ro. 3. Igitur pro genere humano quod est, erit, & fuit, fide prędito. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantùm, sed etiam pro totius Mundi.* 1. Ioan. 2. ex hoc summę bonitatis fenore sapientissimus nouus homo Christi gratia renascitur. *In*

Christo

Ad Gal. 6. *Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.* Hoc enim fuit, ac de peccato triumphare. Ad Ro. 6. *Hoc scientes, quia verus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato.* Homo non alijs coloribus, quam concepta Dei sapientia renouatur, igitur cum suaptè natura mens imago Dei, & intelligentiæ capax, lex gratiæ cum omnibus sine distinctione, conditionis, & linguæ loquuta est. Ad Col. 3. *Expoliantes vos veterem hominem, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creauit illum, vbi non est gentilis, & Iudæus, circumcisio, & præputium, barbarus, & Scyta, seruus, & liber, sed omnia, & in omnibus Christus.* Summus Pastor dignitate, nomine, populis, vniuersam Rempublicam hominum in vnum locum honoris, & salutis congregauit, vnde humanitas, doctrina, religio, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ sunt. Ioan. 10. *Alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor.* Matt. 21. Inutiles Hebræi, fructuosi Christiani. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* In religione sapientia, & in harum initijs æternitas proles enituit, nam Ioan. 10. pro illarum rerum arce se Deus infinitus armauit. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.* Cum Samaritana propter humilitatem, cum alienigena propter gentium gloriam simplicitate fidei diuina meritura sermones contulit. nec enim illa tam se Matt. 4. insinuauit, quam diuina gratia abrepta est. *Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus, cum ergo venerit ille, annunciabit nobis omnia. Dicit ei Iesus. Ego sum, qui loquor tecum.* Idem Dominus cum omnibus unus. Ad Rom. 10. *Non enim est distinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium.* Ratio eadem Dei, & Domini est. Ad Ro. 3. *Quoniam quidem vnus est Deus.* Extant sempiterna opera impressa magnanimi pietate pastoris. 2. ad Eph. *Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Creati, & salui propter charitatem communem, quia dulcissima Deo humana salus. 1. Epist. c. 3. *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Quia diuinus amor humanum imperat, humanus diuino conditior est, diuinus sine humano esse non potest. bene exponit Paulus. Ad Col. 1. *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtu-*

lit

lit in Regnum filij dilectionis suæ. Abiectis erroribus, propositisq; uirtutibus, instituenda noua ratio uitę non minus Deo duce diuina, quam fortunata pręmijs, quam humana pręsidijs. *Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desiderium erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis*. Iam conformatio Christi humanus, natiuusq. in homine sensus est. *Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri*. Ob quam causam partes inferior, superiorq. consortes. *Vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore Deo per Crucem: interficiens inimicitias in semetipso*. Nouus homo interior, quia robustissimus animo est. *Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem: corroborari per spiritum eius in interiore homine*. Alia seu quę adiuuarent, seu quæ seruirent homini illustria, & noua viguerunt. *Si qua in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua, omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum*. Non solum humana verum etiam diuina in Christo, propter ipsum, christianosq; ductos a Principe. *In dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in Cælis & quæ in terra sunt*. Arnobius aduersus gentes, nonne vel hæc saltem fidem vobis faciunt argumenta credendi? quod iam per omnes terras, in tam breui tempore, & paruo, immensi huius sacramenta diffusa sunt, quod nulla iam natio est tam barbari moris, & mansuetudinem nescians, quæ non eius amore versa moliuerit asperitatem suam, & in placidos mores assumpta tranquillitate migrauerit. Aurelius Prudentius.

Ad Eph. 4.

12. Ad Rom.

2. ad Eph.

Ad Eph. 3.

2. ad Cor. 5.

2. ad Cor. 5.

Ad Eph. lib. 2. c. 1.

Viuitur omnigenis in partibus, non secus ac si
Ciues congenitos concludat mœnibus vnis
Vrbs, patria, atque omnes lare conciliemur auito
Distantes regione plagæ, diu saque ponto
Littora conueniunt. nunc per vadimonia ad vnum.
Et commune forum, nunc per commercia, & artes
Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra,
Extremi ad ius connubij. nam sanguine mixto
Texitur alternis, ex gentibus vna propago.

In lib. posteriori in Symmac.

D. Athanasius, neque id incredibile cum etiam nunc Barbari feris moribus, idolisq. hoc tempore sacrificantes, in sese furiant, neque vel vllam horam sustineant, sine armis viuere:

In lib. de Incarnat. verbi.

ijdem tamen vbi Christi doctrinam audiunt, statim à bello ad Agriculturam reuertuntur, & pro gladijs tractandis manus ad preces extendunt, at pro mutuis inter sese bellis, aduersus dæmones pudicitia, & animi virtute obarmantur. Nihil enim non in vniuersali salute. *Omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei.* Se spei planities cum laudis altitudinibus æquauerunt, angustiæ difficultatum apertissimè patuerunt, penetrales sapientiæ res apparuerunt, clausi loci religionis referati sunt. supplementum vero languentis naturæ, gratia, qua generis humani profundę valles refercium tur, quæ Dei virtute excelsæ, montes Diaboli, superbiamq; sub potestatem subiunxerunt. ita virtutis via, quæ aspera periculis, humana securitate, quæ flexibilis vitio, recta voluntate, vt vno verbo dicam, Deus orbi salutaris. *Per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem Crucis eius, siuè quæ in Cælis, siue quæ in terris sunt*, vt refert Poeta.

Luc. 3.

1. ad Col.

Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet et Assyrium vulgò nascetur amomum.

Occidet Diabolus, qui & serpens. in Apocalypsi. *Proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas.* Alio in loco. *Apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas.* Hebraice inimicus Diabolus, Græcè calumniator. *Sicut serpens Euam seduxit astutia sua.* Vehementer suos Dominus non solum hostem præcipitantem, ad victoriam digito notando, sed singulari præmio virtutis demonstrato ad certamen apostolicum trudit. *Videbam Satanam, sicut fulgur de Cælo cadentem, ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Ius Apostolorum Diabolos amandare, vt serpens, quæ antea inflato collo, tumidis ceruicibus, dominatu imminebat, quæ nunc se emergit rabie, nunc delitescit timiditate, huc, & illuc inexpiabili scelere fertur: compressa, atque illisa moreretur. *Serpentes tollent.* Quare Pharisæi, quia Diaboli membra erant. *Serpentes genimina viperarum.* Appellati. Isaias, varie, & eleganter: *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super leuiathan serpentem vectem, & super leuiathan serpentem tortuosum.* Quia fraudulentus, & versutiloquus est. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Quid callidius, quid truculentius illo facto? *Dixit Dominus*

Cap. 12.

Cap. 20.

1. ad Cor. 11.

Luc. 10.

Mar. 16.

Lucæ 3.

Isaias c. 27.

Gen. 3.

Deus

Deus ad mulierem; Quare hoc feciſti? quæ reſpondit; ſerpens decepit me, & comedi. Quare, ſi contundendus vniuerſi erroris, fraudisq. anteſignanus, nonne ipſa peſtis culpæ, maledictiq. atrocitas comminuenda erat? *Lingua enim Diaboli.* Vt ait Iacobus. *Inquietum malum plena veneno mortifero.* Inquies, quia ſaturari exitio non poteſt, mortifera, quia ad hominum circumſcriptionem eblandita, diu vipera venenata in ſinu, atque in delicijs humani generis hęſit. Pro grauiſsimo malo prętcrito, genus hominum ſummum bonum recuperauit. aſsyrium amomum illa ſunt. *Quia cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.* Sed hoc maius, planeque Diuinum. *In nationes gratia Spiritus Sancti effuſa eſt.* Ideo præcepto ſummi iuris diuino pręſcriptum. *Gratis accepiſtis: gratis date.* Lactantius Firmianus, tanta diuinæ ſapientię vis eſt, vt in hominis pectus infuſa matrem delictorum ſtultitiam, vno ſemel impetu expellat. ad quod efficiendum non mercede, non libris, non lucubrationibus opus eſt, gratis iſta fiunt, facilè, cito, modo pateant aures, & pectus ſapientiam ſitiat.

Cap. 3.

Matt. 11.

Act. 10.

Matt. 10.

Lib 3. de falſa ſapientia c. 16.

ſcelera iſta, nefaſq.
Hac mercede placent:

Lucanus lib. 1.

reſidua malitiæ.

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis.

Quibus tentamur. *Nemo cum tentatur dicat, quod à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat, vnuſquiſque vero tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.* D. Chryſoſtomus, non enim vult opifex creaturę noſtrę corruptum in nobis videre opus ſuum, itaque ſanctitatibus. & remedijs ſpiritualibus integrum te conſerua. domanda omnis generis furialis libido, quę in genere humano defixa. niſi Deus temperamento periculi, & ſubſidij, firmitudinem, & prudentiam adhibuiſſet. *Quoniam omne, quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt.* Sed illa leuatos miſeria Chriſtianos ad ſpem gratię diuina ſententia conſolatur. *Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* Et bene mereri. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ; quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* Quid ſuauius pietate propter ſpem? *Nouit Deus pios*

1. Iacob.

De militia chriſt.

Ioan. epiſt. 2.

1. ad Cor. 10.

1. Iacob.

2. Pet. 2.

2. ad Thes. 3. *de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos.* Bonos robur fidei sustentat. *Fidelis autem Dominus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo.* Ex quo gaudium, quia lauream diuturnitate viridissimam præstat. *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* Ordo, seriesq; virtutum, cum nexa virtuti virtus, totum suum opus integerrimè gignit. *Scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes.* Qua palestra minimè defatigati ad virtutis genus omne promptiores. *Omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus adferat.* Ex vsura virtutis aureum seculum.

3. Iacobi. Ioann. 15.

Quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.

Affluentissima bonis omnium possessione virtutum, digna christiana hæreditas Deo. *Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, Populus, quem elegit in hæreditatem sibi.* Constantinus Maximus in edicto. Communis autem amicitiæ bonum vera fides, reuerentia erga Deum, & legis obseruationem, stabilis, firmaque apud vos maneat, redite in gratiam, & mutuam inter vos necessitudinem colite, vniuersoque Populo suos mutuos complexus reddite, ipsique, vestris ipsorum animis contentionis labe purgatis, iterum amicè, & beneuolè vos alter alterum excipite. D. Bernardus Abbas. Non solum autem, sed & commiscuit ea nihilominus, ac confœderauit in suo corpore, quod est populus christianus, ipse caput illius, ita vt hoc genus hominum Apostolica voce, genus electum, regale sacerdotium appelletur. in alia quoque scriptura, quot sunt prædestinati ad vitam, nonne omnes Reges, & Sacerdotes nominantur? Ergo quę Deus coniunxit, homo non separet, magis autem quod diuina sancit auctoritas, humana studeat adimplere voluntas, & iungant se animis, qui iuncti sunt institutis, inuicem foueant, inuicem se defendant, inuicem onera sua portent.

Psal. 32. Euseb lib. 2. cap. 9. Epist. 243.

Legem

Legem gratiæ perfectiſsimam rationem deſiderare Politicæ, propter virtutes imperanti, parentiq. communes, & præcipua ſingulariaq. ipſis animi ornamenta. Regnum Dei Populus Chriſtianus, lex quoq; gratiæ Dei regnum appellatur.

CAP. IV.

EX quibus facilè liquet homines quondam perperam feciſſe, humanæ vitę curſu ad virtutem turbulento, & difficillimo: ſanguine poſt gratioſiſsimo ſaluatos, notis diuini ſpiritus inſignitos, ad ſapientię ſolidam gloriam fuiſſe renouatos. non eandem ergo cum conualeſcente, & cum ægrotante animo politicæ rationem congruere, veriſsimè demonſtramus. itaque cum varietas temporum neceſſario diuerſiſsimos modos tractandi animos peperiſſet, ratio ipſa conuincit, ſtatum veteris legis, & naturæ, & legis gratiæ politicum, in perfectiſſima virtutis ad benè agendum ratione eſſe ſeiunctum. Quare ſi ad feliciorem ſtatum uirtutis progredi natura non poteſt, nec politica ſuperiorem conſiderationem humanarum effectu virtutum debuit appetere. Conſtantinus Maximus in edicto. Sic nunc cum libertas omnibus reſtituta ſit, & Draco ille Dei optimi, & maximi prouidentia, noſtroq. miniſterio de communi Reipublicæ adminiſtratione depulſus, arbitror equidem & virtutem, ac potentiam diuinam omnibus ſatis conſtare, & eos qui vel timore, vel infidelitate in peccata lapſi ſint, cùm illud quod re uera bonum eſt, ſatis perſpiciant in veram, & rectam viuendi rationem reddituros. Igitur politicæ ratio religione chriſtiana deuincta, ſumma humanæ gubernationis intelligentia eſt. omni uirtute lex gratiæ politicam obſeruat. Diuus Auguſtinus. Hæc ergo cæleſtis ciuitas dum peregrinatur in terra, ex omnibus gentibus ciues euocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit ſocietatem, non curans quicquid in moribus, legibus, inſtitutis, diuerſum eſt; quibus pax terrena, vel conquiritur, vel tenetur, nihil eorum reſcindens, vel deſtruens, imò etiam ſeruans, ac ſequens; quod licet diuerſum

Euſeb. lib. 2. c. 45.

De Ciuit. Dei lib. 19. c. 17.

ſum ſit in diuerſis nationibus, ad vnum tamen, eundemq. finem terræ pacis intenditur; ſi religionem, qua unus ſummus, & uerus Deus colendus docetur, non impedit. integerrimam uitam, modeſtiſsimos mores, omneſque uirtutes in politicam attulit.

Lib. 3. Hexamer. cap. 1. D. Ambroſius. ex omni igitur palude, ubi quaſi ranæ ueterem querelam canebant, congregata eſt fides, congregata eſt puritas animi, mentiſque ſimplicitas, congregata eſt aqua, ex omni lacu, & ex omni fouea, ut nemo fodiat foueam fratri ſuo, inquam ipſe incidat, ſed omnes ſe inuicem diligant, omnes ſe inuicem foueant, & quaſi unum corpus diuerſa membra ſuſtentent, quos non mortiferi cantus, & acroamata ſcenicorum, quæ mentem emolliunt ad amores, ſed concentus Eccleſiæ, & conſona circa Dei laudes populi vox, & pia vota delectent.

In Apol. c. 42. Vitæ communi diligentiſsimè aſſidet, in omni opera ingenij, officij, dignitatis. Tertullianus. Itaque non ſine foro, non ſine macello, non ſine balneis, tabernis, officinis, ſtabulis, nundinis veſtris, cæteriſq. commercijs cohabitamus in hoc ſæculo. nauigamus, & nos uobiſcum, & militamus, & ruſticamur, & mercamur, proinde miſcemus artes, opera noſtra publicamus uſui ueſtro. Nam ſi uniuerſas Reipublicæ partes requiris, Si ſapiens præcipit, & ſapiens obtemperat, unuſquiſque in ſuo genere ſapiens eſt.

Ad Col. 1. *Corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni ſapientia.* Igitur ex omni forma optimæ virtutis, ad religionem, velut fundamentum relatæ ſumma Reſpublica eſt. *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.* Nihil enim perfectius ſapientia, ſed potiſsima ratio politicæ in parendo, & in imperando uerſatur, igitur, ſi ea ſtabilita ſapientia eſt, perfecta eſt. ideo Conſtantini Maximi

Lib. 1. c. 8. edicto, vt ait Sozomenus. Chriſtiani, omnes fere Romani Imperij Magiſtratus gerere cęperunt, ut Reſpublica diuinarum, & humanarum rerum conſpiratione conflata, caput extolleret. Aurelius Prudentius.

De potentia crucis in Symm.

Talibus edictis vrbs informata refugit
Errores veteres, & turbida ab ore vieto.
Nubila diſcuſsit, iam nobilitate parata,
Æternas tentare vias, Chriſtumque vocantem
Magnanimo ductore ſequi, & ſpem mittere in æuum.

Si enim hoc quicquid eſt ſummi boni Reipublicæ, ordine ſapientiæ diſponitur, ſi vitia non obſtant, ſi virtus gratiæ omnibus communis eſt, ergo lex gratiæ, quæ hæc effecit, rationem

vniuer-

vniuerſam politicæ ſuis numeris abſolutam, perdùxit ad ſummum *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu: quod in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia: ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui et confirmabit vos, vſq; in finem ſine crimine.* Quos non penè intermortuæ naturæ conatus, ſed palam reuiuiſcentes virtute Dei, reſpirantes ſpiritu ſapientiæ, lex gratiæ prouexit. Tranſitus à fide humana ad diuinam, beatiora nobis omnia reſeruauit. Origenes attamen fides qua creditur, ex uoto rem ſucceſſuram efficit, ut omnes audeant, eam in incertum euentum committere, quod ſi omnes huius uitæ actiones, quorum exitus eſt dubius, bona ſpes futurorum, & fides continet, qui hac freti nauigamus, ſeminamus, coniugijs operam damus, cæteriſque humanis negocijs, quin potius credimus Deo rerum omnium opifici, tum ei qui pro ſumma eximia beneficentia auſus eſt, omnibus quam late orbis terrarum patet, ſuam doctrinam commendare. hic uberrimi fontes uirtutis, & ſcientiæ, feraciſsimi loci bonorum ſunt. *Scitis enim gratiam Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos, Egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia diuites eſſetis.* Mortalia poſteriora bonis moribus, fractis tentationibus animi, abiecta hominum vanitate. *Vt ſciat vnuſquiſque veſtrum: vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore: non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum.* Gregorius Nazianzenus contra Iulianum. quocirca nos ita conſtitutam habere vitæ rationem oportet, ut uirtutes partim iam exequamur, partim in eas incumbamus, partim cupide appetamus. munera chriſtiana in animum, & corpus conſtiterunt. *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.* Sapientes ſimplices ſunt, omnium ſtultiſsimi malitioſi, exquiſito vitio naturę quaſi pro artificio eruditi, igitur indicia bonitatis, non fucata ſpecie ſint, ſed inuſta ſignis veritatis. *Itaque epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ, & nequitiæ: ſed in Azimis ſinceritatis & veritatis.* Dux uitæ Doctrina, indagatrix bonorum probitas, charitas uitiorum expultrix, diuinus noſter ſepimento uirtutum, artiumq; Magiſter eſt. *Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuen-*

1. ad Cor.

Lib. 1. contra Celſũ.

2. Ad Cor 8.

Ad Theſ. 4.

6. ad Ro.

1. ad Cor. 5.

Ad Eph. 4.

Digitized by Google

uentionem erroris, veritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, quaſi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis. D. Baſilius. è diuerſo ni priùs ad formulam iſtius doctrinæ compoſueris teipſum, atque erudieris, circa ea, quæ uitæ tuæ ordinem concernunt, uitam ipſam nullo unquam tempore exigere potueris fluctuationis, & turbellę prorſus liberam. rem contortam difficilemque complexi, uirtutem aſsiduam vitæ, ſolidam ſapientiæ lubentiſsimo, & æquiſſimo animo pręſtiterunt. *Gratias autem Deo, quod fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi eſtis.* Pro duriſsima ſeruitute, dulciſsima prorſus ac libera trahimur. *Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.* Diuus Gregorius Nazianzenus aduerſus Iulianum, quam libertatem uobis eripuimus? in quos plebem furentem concitauimus? In quos Pręſides plura etiam, quam ipſis imperatum eſſet, exequentes? quibus vitæ periculum creauimus, immo quosnam pręturis, alijſq; honoribus, qui pręſtantiſsimis quibuſuis uiris debentur ſubmouimus? atque, ut ſummatim dicam, eccui aliquid ſimile intulimus qualia multa à uobis partim patrata, partim denunciata ſunt, quibus prudentię, ſapientięque adiumentis maximis cura partium Chriſto præcipua eſt. *Dedit alios Paſtores, & Doctores,* ſcilicet optimates, & ſapientes, quorum conſilio, ne quid Reſpublica detrimenti capiat longe proſpicit Princeps. *Opitulationes.* Omnibus rebus medicinam afferunt iuditio, & charitate, cum ad occurrendum ſingulis opus virtute aliqua eſt. *Gubernationes.* Formas Rerum publicarum, quæ & ſi, nec à Chriſto, nec ab Apoſtolis docentur. *Spiritualis iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.* Quia, gratia à Deo eſt; nulla enim virtus ſupra gratiam, Princeps igitur ipſa, & Iudex. vna cum gratia dona data ſunt. *Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti.* Virtutes triumphalia dona victoriæ. *Propter quod dicit, Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus.* Secernuntur varietate officiorum, dignitate magiſtratuum, propenſione virtutum. *Habentes autem donationes, ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentes.* Sua vnicuique virtus muneri adiuncta, & naturę pro firmamento addita. *Siue prophetiam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt*

Homil. 4.

Ad Rom. 6.

In orat. 3.

4. ad Eph.

1. ad Cor. 12.

1. ad Cor. 1.

1. ad Cor. 2.

Ad Rom. 12.

in

in ſollicitudine, qui miſeretur in hilaritate. Princeps pro ſua conſcientia, pro virtute ciuium, pro vtilitate Reipublicæ regit. *Si quis miniſtrat tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus*. 1. Petr. 4.
Fide religionis, & prudentia principis uirtutem, quam Deus adminiſtrat conſecutus. *Quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus*. 1. ad Eph
Quid mirum ſi tanta ille? quandoquidem chriſtiani ſoluti à cupiditatibus, liberi a delictis, actionibus probi, præſtantes uirtutibus, Dei indicijs ornati diuinis. *Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis*. Dei Ciues 1. ad Cor.
ſimilitudine luminis, & exercitatione virtutis, Dei Regnum, 3.
Chriſti ductu, & prouidentiæ ordine, igitur qui monumentis Dei nomina ſua inſcribunt, innocentiſsimi, & probatiſsimi habentur. Tertullianus. Enim uero nos, qui ſub Deo, In Apo.
omnium ſpeculatore diſpungimur, quique æternam ab eo c. 45.
pœnam prouidemus, merito ſoli innocentiæ occurrimus, & pro ſcientię plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus, non diuturni, verum ſempiterni, eum timentes, quem timere debebit & ipſe qui timentes iudicat, Deum non proconſulem timentes. *Fecit nos Regnum*, Apoc. 1.
& Sacerdotes Deo, & patri ſuo ipſi gloria, & imperium in ſecula ſeculorum Amen. Diuinæ gloriæ anſa materia cæleſtis imperij, chriſtianique ſacrorum Reges extiterunt. *Feciſti nos Deo noſtro Regnum, & Sacerdotes, & regnauimus ſuper terram*. Apoc. 5.
Populus Chriſtianus Regnum inuictiſsimum religione, ſempiternum ſapientia, maximum præmio. *In diebus autem Regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & Regnum eius alteri Populo non tradetur, comminuet autem, & conſumet vniuerſa Regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum*. Dan. 2.
Origenes. Omnibus enim iam inde ab initio reſiſtentibus, Lib. 1. cō
quo minus verbum eius per totum orbem terrarum ſpargeretur, ſuæ quibuſque ætatis regibus, eorumque tam militaribus, quam ciuilibus Magiſtratibus, denique omnibus quacumque poteſtate præditis, & gradatim populorum præſidibus; præfectisque præſidiorum, vicit Dei verbum, quod ſua natura opprimi ſe non patitur, inuictumque permanet; Itaque tot aduerſarijs perdomitis Græciam totam ſubegit, maioremque partem Barbariæ, traxitq; ad pietatem innumeras animas. nihil glorioſius hoc vaticinio, nihil declaratione prouidentię prædicabilius, nihil editione dignitatis maius. *Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo Regni, quæ eſt ſubter omne cœlum, detur po-* Dan. 7.

polo ſanctorum altiſſimi. Populus Chriſtianus ſupra Regum auctoritatem,& ſupra fortunam temporum, quia caſum ſapiẽtia, & Dei brachio repulit. Reges non ſui iuris ſunt,ſed amoris, obſeruantiæque Chriſtianæ Reipublicę. *Cuius Regnum, Regnum ſempiternum eſt, & omnes Reges ſeruient ei, & obedient.* Aurelius Prudentius.

In Carmine Pleb. Ro. in Chriſ. credidi.

Iam ſuper aſtra poli terrenum extendere regnum,
Nec moueor, quod pars hominum riſiſſima clauſos
Non aperit ſub luce oculos, & greſsibus errat.
Quamlibet illuſtres meritis, & ſanguine clari,
Præmia virtutum titulis, & honoribus aucti.
Ardua retulerint faſtorumque arce potiti:
Annales proprio ſignarint nomine cartas,
Atque inter veteres cera numerentur, & æs.

Ideo Regnum Dei,fundatum religione, teſtatum fide, Chriſto expreſſum,gratiæ lex appellatur. Ipſe Chriſtus. *Tu autem vade, & annuntia Regnum Dei.* Ideſt legem gratiæ. *Exinde cœpit Ieſus prædicare Euangelium Regni Dei, & dicere, quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit Regnum Dei.* Quia lex Regni forma. *Aliis ciuitatibus oportet me euangelizare Regnum Dei, & iuſtitiam eius.* Fas erat legi gratiæ matre virtutum iuſtitia ſacrata obtemperare. *Quærite ergò primum Regnum Dei, et iuſtitiam eius.* Scilicet quærite legem gratiæ, quæ continet cum gratia iuſtitiam. Clariſsimè in illis. *Omnis, qui audit verbum Regni.* Ideſt verbum legis gratiæ. *Lex, & Prophetæ, vſque ad Ioannem ex eo Regnum Dei euangelizatur.* Lex noua primæ derogauit. *Et prædicabitur hoc euangelium Regni in vniuerſo Orbe.* Euangelica lex Populi Chriſtiani. *Regnum cœlorum.* Hoc eſt Regnum Dei vocata lex gratiæ. *Hi ſolum ſunt adiutores mei in Regno Dei.* In legis gratię procuratione. *Non enim in ſermone eſt Regnum Dei, ſed in virtute.* Nam lex gratiæ ſumma virtutis eſt,alio in loco deſcribitur, & ſingularium virtutum ponderibus examinatur. *Non eſt enim Regnum Dei eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.* Ita Chriſtiani, qui Regnũ Dei ſunt,Regnum Dei cum lege gratię conceditur, quæ cum ad animos, de corpore illa ſancta dicuntur, quæ cum eximia, & clara nonnè mentes inflammarent? *Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis, ſi quis autem templum violauerit, diſperdet illum Deus.* Profectò admirabili felicitate ſumma hęc dignitas eſt, quàm quis Chriſtianus defraudaret?

Luc. 9. Marc. 1. Luc. 9. Matt. 6. Matt. 13. Luc. 16. Matt. 24. Matt. 3. Ad Col. 4. 2. ad Cor. 4. Ad Rom. 14. 3. ad Cor. 3.

An

An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, 1. ad Cor. 6.
qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro.
Christiani primo Regnum, quòd Dei patris, secundo templum, quod Spiritus Sancti, deniquè membra, quæ Christi dicuntur. ergò Christo coniugati. *Vos autē estis corpus Christi, et membra de membro.* 1. ad Cor. 12. Ideò, quòd nos abiecimus peccato, Christus redimendo, & suos appellando reposuit. *Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quò signati estis in die redemptionis.* 4. ad Ephes. Non solùm singulari, sed communi virtutum coitione refecti, recentissimi sanguinis gratia conspersi, miserationis diuinæ fide protecti, Christi spiritu viuimus. *Deus autem (qui dives est in misericordia) propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo.* Ad Eph. 2. Quare si Christiani templū Dei, & Corpus Christi sunt, vitia non decreto exulare, sed abiudicari sententia voluerunt. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia.* Ad Gal. 5. Forma Regni Christiani Dei sapientia, materia homo affectus legis obedientia, & contentione ad finem, quem prouisione diuinarum, & humanarum rerum lex gratiæ meditatur. *Quæ prædico vobis, sicut prædixi. Quoniam, qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur.* Si ipsi minimè Regnum Dei humanum, quomodò Regnum Dei cœleste adipiscentur? *An nescitis, quia iniqui Regnum Dei non possidebunt?* Ad Cor. 6. Par atque eadem Regni, ciuiumque virtus est. *Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces Regnum Dei possidebunt.* Igitur perditores nominis alienatione virtutis. Tertullianus. Tot à vobis nocentes varijs criminum elogijs recensentur, quis ille sicarius, quis maticularius, quis sacrilegus, aut corruptor, aut lauantium prædo? quis ex illis etiam Christianus ascribitur? aut cum Christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam tales, quales tot nocentes? de vestris semper æstuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestiæ saginantur, de vestris semper munerarij nouorum greges pascunt; nemo illic Christianus. Nisi planè tantum Christianus, aut si, & aliud iam non Christianus. Paulinus. In Apolo. c. 44.

1.Epist.ad Auso.

Ne cvimineris impium
Pietas abesse Christiano, quî potest?
Nam argumentum mutuum est
Pietatis esse Christianum, & impij
Non esse Christi subditum.

Ergò, nec gratiæ lege Christiani principis Regnum constitutum, perfectissimequè Dei Regno accommodatum, ac vnum maximè cum illo in terris obtinebunt. societate quadam inter rerum gubernaculis omnium virtutes coire necesse est, vt ait Aristoteles. Nam si qui tenet principatum, non erit temperans, & iustus, quo pacto pulchrè, & honestè rectoris explebit officium? si qui gubernatur ab eo, carebit his virtutibus, quomodo benè dirigetur? itaq: cum illa diuina, & rara præcepta legis gratiæ, ad omnes virtutes, quibus liquido, quam optima exaggeratione completur ciuilis vita, pertineant; constat his Christianos, non solum altissima doctrina infici, sed pro merito in vniuersos Christi, Spiritus Sancti gratia, in animis ad vehementer agendum, sanctèq; magnum robur innasci. Constantinus Maximus in lege illa. Quandoquidem hos, qui fideliter sanctissimam Christianorum legem, & disciplinam colant, nullumquè illius præceptum violare audeant, magna bonorum affluentia, & robur firmissimum ad præclaros conatus, cum bona spe suscipiendos accommodatum: illos autem, qui impia mente imbuti sunt, euentus etiam ipsorum institutis consentanei sequuntur. A qua lege altrice summi boni vniuersa sanctitas, domestica, publica religionis, & Reipublicæ profecta est. *Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.* Vnusquisque enim bonus saluus, & liber propter legem talis est. *Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis.*

Lib. 1. Polit. c. 8.

Euseb. lib. 2. c. 25

6. ad Ro.

8. ad Ro.

Optimum Regnum ex optimis ciuibus, Principem Euangelicum propter legem gratiæ necessariò factum, ob eam rem euangelica doctrina, & Christi exemplis erudiri. Esto igitur optimus tot, tantisque rarissimis virtutibus Princeps.

CAP. V.

ENIM verò, quod in fabulis anteà, nunc accidere, in sapientia semperque fieri videmus, nam Deus hominum cætus adit, versatur in terris, ipse patriæ nos locupletissimè, & iucundissimè, non vt primum, quamuis particeps Dei, tamen egena natura sola conciliat. Eodem tempore suscipimur in lucem humanę vrbis, & in certam sedem Dei Ciuitatis ascribimur. Igitur nisi nostrę partes ceciderunt, Virtutibus, & cœlesti spiritu augemur. Ex quo firmus, valensque Reipublicę status vndique fulcitur, consensu ordinum religione copulato, animis ad communem virtutis nutum expeditis, quę non in hominum, sed in Christi humeris defixa cohęrent. Omnibus viris, & fœminis in suæ constitutione naturæ virtute eximia exæquatis, quasi aliquod signum ad benè sperandum de Rep. sublatum. *Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum.* Isai. 49. Paterna charitate à Regibus homines in manus esse sumendos, propiori, interioriq; affectu liberorum loco conseruandos. *Afferent filios tuos in vlnis.* Fœminas, tanquam matres, non minori amore, quàm reuerentia sustentandas, suspiciendasque. *Filias tuas super humeros portabunt.* Reges Doctores sapientiæ ciuilis, magistri regalium artium, non blanditia, sed pietate affatim Christianæ virtutis educatores. *Erunt Reges nutritij tui.* Reginæ nutrices, quarum cum lacte à teneris vnguiculis fœminæ, constantiam animi pudicitiamq; suxerunt. *Reginæ nutrices tuę.* Homines æquitate blandissima, & adoratione communicatæ cum genere humano, à Christo gratiæ, amice colendos, cõsideratè ponderandos. *Vultu*

in

in terram demisso adorabunt te. Nec puluerem peccati in matronis hæsurum, & minimas mali molestias abstergendas. *Pulnerem pedum tuorum lingent*. Quam ne rem à Deo arduam imperaturus Princeps est, aut quod excellum, ac penè diuinum cogitauit, quód non ciues assequantur, qui primo Dei sunt, quam Principis ciues? quanta ne honestate, fideque Regni partes, & ordines amplexabuntur, qui Dei Regnum prędicantur? ergó optimè eruditis, & exercitatis hominibus optima gubernationis ratio respondet, quæ cum ad hominis vltimum finem aptissima, non potest non illa doctrina legis gratię politica efficere Beatam Rempublicam, cuius ad ęternitatem studia cœlestis vitę combibimus. Diuus Au-
Libr. 2. de Ciuit. Dei cap. 9. gustinus. Vera autem iustitia non est, nisi in ea Republica, cuius conditor, rectorque Christus est: si & ipsam Rempublicam placet dicere, quoniam rem populi esse negare non possumus. Si autem hoc nomen, quod alibi aliter vulgatum eo ab vsu nostrę locutionis est fortè remotius, in ea certè Ciuitate est vera iustitia, de qua Scriptura Sancta dicit. Gloriosa de te dicta sunt, Ciuitas Dei. Certissima ergo politica insolita gentibus, quàm inter alia suprema beneficia in nobis Christus pignore immortalitatis, & adoptionis diuinæ deposuit, qua non
Cap. 23. solum humanis verè fruimur, sed viatores cum cęlestibus similitudine, spirituque coniungimur. Constantinus Maximus in oratione sua. An non hic vera, & germana concordia? an non perpetua benignitas? an non errati repræhensio? quæ admonitionem adhibet, non ad perniciem, sed ad curationem, non ad crudelitatem, sed ad salutem, sinceramque fidem, primùm erga Deum, deinde erga hominum, quam natura deuincit, societatem? Princeps igitur Euangelicus propter legem gratiæ factus necessario, qui cum Regni Dei optimo iurè regnaret, Regni Dei Princeps existeret, scilicet populi, quem à Deo acceptum penitus diffuso, & redundante Christi sanguine opimum, diuinisq; muneribus mirum in modum commendatum, pręclarè administrando, & continuo saluando miserijs humaIoan. 8. nitatis Deo redditurus est. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ*. Cui Christus cordi est, viuet in luce, in illa igitur, qua opus habet, sed quæ sunt vniuscuiusq; muneris necessaria sunt, vnusquisq; igitur imitaIoan. 10. tione Christi in suo munere sapiens est. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant*. Lumen vitæ, lumen essentiæ est,

quæ

quæ cum bonum ſit, non poteſt lumen vitæ, boni lumen non eſſe, ſed nihil luce vberius, vniuerſim igitur lux vitę omnis generis boni copia eſt. Princeps igitur ſequutus Chriſtum in luce ſummi boni aſsiduus, omni virtute Reipublicæ adminiſtrationem ſapiens comprehendet. *Ambulabunt Reges in lumine tuo.* Iſai. 60. D. Greg. Nazianzenus ad prǫfectum illum. Cum Chriſto imperium geris, cum Chriſto munus hoc adminiſtras, ab illo gladium accepiſti, non tam vt co vtaris, quam vt mineris, ac terreas. Quare tibi videndum eſt, vt illud tanquam donarium quoddam purum, & integrum ei, qui dedit, ſerues, imago Dei eſt, Verùm imaginem quoque Dei regis, quæ quidem hic certa diſpenſatione gubernatur: ad aliam autem vitam migrat. Nulla enim in re conniuet, qui præſtans diuinæ gratia virtutis eſt Princeps. Vt D. Hieronymus. Cũ ipſe Cæſar Chriſti ſeruus ſtudeat eſſe, vt aliquarum gentium Rex eſſe mereatur. Euangelicè ſine dubio perfectus, qui omnia procerum officia illius infinitæ lucis, pro officio ſapientię particeps conſequetur. Orat. 17. Epiſt. 2.

Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Quam ſententiam omnes educati fide religionis Chriſtianę ſentire debebunt, prǫcipuè hi, quos non fortuna, ſed virtus cęterorum cauſa, ſeruos publicæ charitatis, meliores alijs futuros, in dignitate collocauit. Plautus in Amphitrione. Matt. 11.

Libertas, ſalus, vita, res, parentes,
Patria, & prognati tutantur, ſeruantur:
Virtus omnia in ſe habet, omnia aſſunt bona, quem penes
eſt virtus. Act. 1.

Chriſti onus Principi ſingulare imponimus, ſine quo Regnum Chriſtianè adminiſtrare non poteſt. Quanto prǫclarior eſt, quanto Reipublicę vtilior, tanto ad magiſtrum ſui officij acceptǫrus partem propius accedat. Vt Diuus Ambroſius de Theodoſio magno. Dilexi virum miſericordem, humilem, Imperio, corde puro, & pectore manſueto prædituin, qualem Dominus amare conſueuit dicens. *Supra quem requieſcam, niſi ſupra humilem, & manſuetum?* Diſcat continentiam animi, Spiritus regios, grandes Deo, moderatione glorioſæ fortunæ, cognitioneque humanitatis humiles, bona enim egregiè factorum conſcientia tranquillitatis animi parens eſt, virtutis iugum bono nõ poteſt nõ eſſe ſuaue, Reipublicę onus ſodulo leue. In Conſ. de obitu Theod. Sen. Iſai. 66.

ue eſt, verè igitur Chriſti eſt, qui bonus vir, & bonus Princeps eſt, cum omnibus priuatim æquo iure Chriſtianæ religionis, publicè tantum pro officio Princeps. D. Ioannes Damaſcenus de Ioſaphat Indiæ Rege. Hinc Deo adiuuante pietas ipſius augebatur, nouoſq; in dies progreſſus faciebat, ac Rex in Chriſti mandatorum obſeruatione totus incumbebat, atque ex ipſius charitate pendebat, eratque verbi gratiæ diſpenſator, ac multarum animarum gubernator, ad Dei portum eas appellens; etenim illud exploratum habebat omnium regiorum munerum hoc primarium, ac præſtantiſsimum eſſe, vt homines ad Dei metam, & iuſtitiæ cultum erudiat; quod etiam ipſe faciebat, ſeipſum videlicet ad Imperio tenendas animi perturbationes comparans, ſubditoſque ſuos admonens, atque optimi naucleri inſtar, iuſtitiæ clauum ſedulo tenens, nam hæc demum veri regni lex, ac norma eſt, nimirum voluptatibus imperare, eiſque dominari, quemadmodum etiam ipſe faciebat. Non poteſt non itaque perfectus eſſe, qui tanta virtute præditus, omnes habeat inter ſe connexas, comiteſque virtutes neceſſe eſt, qui promiſsione diuina incredibilem afferet Reipublicæ vtilitatem. *Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt, qui audit verbum, & intelligit.* Euſebius in Oratione de laudibus Conſtantini. Quapropter ſolus hic noſter Conſtantinus ipſius veritatis teſtimonio Imperator prædicetur, qui quidem cum Deo ſummo omnium Imperatore amotis vinculis iunctus eſt, qui ſolus liber eſt, imò verò etiam, qui verè dominus eſt. *Fructum affert, & facit aliud quidem centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.* Omnis generis fructuoſiſſimæ virtutis effector, Seruatorque.

Cap 33.

Matt. 13.

lib 3. car. ode 14.

Si quærat pater vrbium
Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrenare licenciam.

Lib. 1. de falſa Religione. c. 1.

Lactantius Firmianus ad Conſtantinum, qui primus Romanorum Principum repudiatis erroribus, maieſtatem Dei ſingularis, ac veri, & cognouiſti, & honoraſti, nam cum ille dies feliciſsimus orbi terrarum illuxiſſet, quo te Deus ſummus ad beatum imperij culmen euexit, ſalutarem vniuerſis exoptabilem principatum, præclaro initio auſpicatus eſt. Quum euerſam ſublatamq; iuſtitiam reducens, teterrimum aliorum facinus expiaſti, pro quo facto dabit tibi Deus felicitatem, virtutem, diuturnitatem, vt eadem iuſtitia, qua iuuenis exorſus eſt

gu-

gubernaculum Reipublicæ, etiam ſenex teneas, tuiſque liberis, vt ipſe à patre accepiſti, tutelam Romani nominis tradas. Non nè in Apocalypſi præſtantiſsimas Euangelici Principis partes ſummus vates expoſuit? *Qui vicerit, & cuſtodierit vſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo, & dabo illi ſtellam matutinam.* Apoc. 2. Daturus ſe ait ad coercendum, & imperandum ſapientiam Principi, qui legi gratiæ obtemperauit. Notantur quatuor, bene agere, Poteſtas, Coercitio, Sapientia; nam niſi bene agit, poteſtate abutitur, ſine poteſtate neminem poteſt à malefaciendo deterrere; Sine ſapientia minimè vniuerſa ratione imperio conſulere. alio in loco Ioannes. *Ciuitas non eget, neque Sole, neque Luna, vt luceant in ea; nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius eſt Agnus, & ambulabunt gentes in lumine eius, & Reges terræ afferent gloriam ſuam, & honorem in illam.* Apoc. 21. Ciuitas Patria cœleſtis, lucerna Chriſtus, gentes Chriſtiani, Reges legis gratiæ Principes, qui gloriam Chriſto, honoremque debebunt. Nam fuerunt, vt ait Paulus. *Prouidentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.* Ad Rom. 12. Igitur beati Principes futuri ſunt, quibus lex gratię magiſtra propter Rempublicam lumen politicæ clariſsimum prætulit, quia ipſi ſuo in genere participes muneris, quod Spiritus Sanctus impoſuit. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Act. 20. Vt Chriſti populus, quaſi manu ductus à Principe, & per manus Epiſcopis traditus neceſſaria conformatione morum, religioniſque polleret. Diuus Auguſtinus. Proinde virtutes, quas ſibi habere videtur, per quas imperat corpori, & vitijs ad quodlibet adipiſcendum, vel tenendum, niſi ad Deum retulerit, etiam ipſæ vitia ſunt potius, quàm virtutes. Lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 25. Nam licet à quibuſdam tunc veræ, & honeſtæ putentur eſſe virtutes, cùm ad ſeipſas referuntur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ, ac ſuperbæ ſunt, & ideo non virtutes, ſed vitia iudicanda ſunt. Chriſtus tenuiſsimis copijs modeſtiſsimus, & ſi primo aſpectu ſuis difficilius exemplis, & artibus Principem Euangelicum expoliſſe videatur, tamen ſi altè conſideraris, quanto euidentius Chriſti ſapientiam, & prudentiam intelligis, tanto facilius & melius Princeps eruditur. enim verò in ſplendore fortunę, & opum magnitudine, quędam latent, quę neſcias iudicare, an

boni exempli, an honestæ rationis. In Christo omnia eminent, omnia apparent, nihil non factum iustissimè, sanctissimèque cognoscitur; in promptu ratio est, quia procul pericula superbię, vanitatis, ignorantiæ. Philo de Moyse. Regem autem in his solis agebat, quæ verè sunt regia, vt sunt continentia, fortitudo, sobrietas, solertia, prudentia, scientia, industria, tolerantia, iustitia, voluptatis contemptus, ad virtutem exhortatio, obiurgationes, castigationesque peccantium legitimæ, & rectè facientium laudes, atque præmia. Cicero de Pompeio. Non auaritia ab instituto cursu ad prędam aliquam reuocauit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Quæ cum de doctrina, nunc de exemplo. *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ità, & vos faciatis.* Ratio vniuersalis exempli in vnoquoque genere; sed nos de regio, cuius, exemplorum Christi a prolatione, hęc uis, & laus est, vt ità res gerantur, sicut a Christo factum ratiocinamur. exemplum enim ad actiones iuditio mentis captum, factis demonstratur. *Hoc Abraham non fecit.* Igitur contrarijs amplificatur, vt non minus ad expetenda, quam ad fugienda; per magna causa exempli, animos firmet; nam mentem ad excelsè intelligendum, seu mutilatam natura, seu inquinatam vitio exempla summopere extulerunt, nulla ad virtutem facilior via propter similitudinem, nulla vehementior propter appetitionem, nulla humanior propter suauitatem; tum verò nulla, minimè obscura hominum uoluntate, testimonijs ad posteritatem expressior. *Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius.* Sed ipsa vna, & præcipua ratio sapientiæ est, quæ sæpè magnorum virorum monumentis, virtutum illustrium trophæis, ornatior hominibus, & splendidior videtur, sed nisi uirtute, & intelligentia niteris, frustra exempla quærun tur. *Si Moysen, et Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Bonum exemplum est, non solum, vt unusquisq; perseueranter, sed etiam, ut cum aliorum fruge. *Oportet autem illum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & laqueum Diaboli.* Plinius ad Traianum in Panegirico. Melius homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in se boni habent, quod approbant, quod prœcipiunt fieri posse, & quis terror valuisset efficere, quod reuerentia tui effecit?

Libr. 1. de vita Moy.

Pro lege Manil.

Ioann. 3.

Ioann. 8.

Matt. 20.

Luc. 16.

1. ad Tim. 3.

effecit? Ergo Christus Rex summa ad erudiendum Principem ratio, cum etiam necessariò populum Religione Christiana imbutum, Christianis moribus, & legibus catholicis regat. An putas homines à Christo saluatos, vt eos tu vitio, & negligentia Reipublicæ perderes? ijsdem igitur vestigijs Reipublicę summum bonum insistet, quibus immortalis animorum vita comparatur. artifex ergo Christianæ constituendæ Reipublicæ Princeps, propagatorq; virtutum, Religionis integræ, sanctæ disciplinæ, in bello fortitudinis, in pace iustitiæ, communis omnium vtilitatis auctor, libertatis assertor, parens charitate optimus, lege seuera prudentissimus, qui nauem generis humani fluctuantem tyrannide, iactatam procellis stultitiæ, demersam scelerum tenebris moderetur. Omnium ciuium uitam, statum Christianę Reipublicę, lumen Regni Dei, sedem sapientiæ, domicilium Religionis imitator Christi sollicitudine, operis, capitis periculis redimat. peccatis ciues, malis Rempublicam liberet, cui certum fide, exploratum scientia, Deum minimè illi omni ope defuturum, qui sibi animi uirtutibus, mentis officijs, industriq; neruis aderit. Ex his ergo, quę Christus Redemptor Rex gerendo, docendoque sanciuit, cum doctrinę ciuilis, & exempli abundè ad imitandum ratio posset exprimi, tamquam ex seminario, & principio Euangelici Principis forma defluxit.

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER TERTIVS.

Propter vnitatem Christi exemplaris, & propter neceſſariam ad imitandum virtutem, Vnum Principem eſſe oportere. Quid interſit inter Principem infidelem, & noſtrum. Quantum huic dandum auctoritatis. Non niſi propter Chriſtum vnum regnare conuenire. De Regni Comitijs.

CAP. I.

SI vnus homo Chriſtus Rex, nonnè vnius Imperium ceteris modis Rerumpub. præferemus? Vnus igitur ſit Princeps, qui non modo veſtigia Chriſti perſequi poſſit, ſed vnum Principem quoque iure Imperij referat. Sed cum in alijs, tum in hoc vis nominis eſt ſingularis. Si enim noſter hic Euangelicus; quis ingratiſsimus, & ſtultiſsimus dubitabit, non eſſe ſummo munere digniſſimum? Nam vt ait Ariſtoteles, Origo Regni fuit cum accepto beneficio, vni optimo viro, præſtantiquè

Lib. 3. Politic. c. 11.

ſtantiquè res eſt operoſiſsima, difficillimaq; mandata, qui poſteà è medio ſublatus cum optimates, ideſt multi optimi florere cæpiſſent, & eſſe turpe uni optemperare arbitrarentur. Noſtrum autem hunc Euangelicum altiſsimę uirtutis ergo nuncupatum; Alius eadem fortè uirture præditus minimè tanquam de gradu deijciet; ille enim quiſquis erit, at ait Petrus Regi paret propter Deũ, quare non uolumus, ut is regnet, qui hac uirtute ornatur exiſtimetur. Ardua ſanè obſcuriſsimi res iudicij & plus periculi propter mala diſcordiæ, quam ſalutis Regnis allatura. Erit igitur Regius ille, non Rex, ut Scipio in Polibio. collectis igitur Iberis Regium quidem uelle ſe aiebat, & dici ab omnibus, & cum ueritate eſſe, Regem uerò nec eſſe, nec dici à quoquam, nam ut ait Plato regius homo eſt regalis ſcientiæ callidiſsimus. ut lycurgus Lacedęmonorũ legislator, regius ſcientia, non dignitate, qui Charilao nepote regnante adiuuit eum in Republica inſtituenda, & gerenda non ſuſtulit. Cyneas Legatus Pyrrhi inter alia multa laudabilia de Romanis eximia hęc Regi dixit, Senatum Romanũ ſibi multorum Regum uiſum eſſe concilium. Cicero. niſi fortè regium tibi uidetur, ita uiuere, ut non modo homini, nemini, ſed ne cupiditati quidem vlli ſeruias: contemnere omnes libidines, non auri, non argenti, non cętera rum rerum indigere: in Senatu ſentire libere; populi utilitati magis conſulere, quam uoluntati, nemini cedere, multis obſiſtere. Rex ergò, qui ſiuè iure hæreditario, ſiuè legitimo in hac fauſta, feliciquè fortuna uerſatur, in ſtud ium perfectiſsimæ, gratiſſimæque imitationis incumbet: non enim in ſui periclitatione, libidine, inuidia, odio, gratia ęger, cum illi neque ignoratio, neque perturbatio poſsit opponi, qui diligenia, & bonitate, humanæ fragilitati occurret, nec plus aſſumet ſibi, quam Reipublicæ vtilitas poſtulabit, ergo præclarius; hoc ipſo Princeps Euangelicus demonſtratur, cum illa culpa vacat, cuius odio, non ſolum ſuſceptæ maculæ, ſed Regna labefactata, & ſtabilitæ Reſpublicæ. Diuina doctrina patet, qua ſolum infidelium Reges à Principibus Chriſtianis ritè diuidimus. *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur: vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* Eadem eſt ratio contrariorum: ſi in Principe infideli adumbrata natura, in chriſtiano expreſſa ſunt fide ſigna virtutum, ſi ille vtitur imaginibus boni, hic ſolidam effigiem tenet. D. Gregorius

Libr. 1. Hiſt.

In Politico.

Plutar. in Lycur.

Plutar. in Pyrrh.

Pro P. Sylla.

Mar. 9.

In 1. orat. gorius Nazianzenus hic enim ſpiritualis omnis imperij finis eſt, vbique priuatæ vtilitate neglecta, commodis aliorum conſulere. Si infidelis propter magnitudinē finitima virtutibus vitia, rerū apparationem humanarū ſequitur, Chriſtianus propter faſtigiū virtuti deſeruit, vt in nulla re ab actibus probiſſimis diſcrepet, nec in officio Principis queat claudicare. Quare, ſi dominatur ille infidelium, hic minime Chriſtianorum. Si leges ille dominatione perrumpit, hic reuerentia quadā pollicetur, profiteturq; ius, & fas Dei, hominumque; illi licet quod libet, huic quod oportet, illi vt indulgeat, huic vt diſtribuat, propoſitum eſt, vt ſenem adoleſcens colit, ſic chriſtianus Rex veretur Remp., ipſo re vera, & ipſius opinione maiorem, munus non ſolum religioni habet, ſed etiam obſequia in patriam. De qua. *Omnes Reges ſeruient ei, & obedient.* Vt verè. *Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior.* Euſebius. Conſtantinus Max. ſeq; & Dei ſeruum palam nuncupauit, & miniſtrum ſummi Regis ingenuè confeſſus eſt. qui Princeps chriſtianorum dignus eſt chriſtiani nominis celebritate futurus, ſummiſsior ſit; quia dignitatē virtute adeptus eſt, non magnitudine beneficiorum, nec ſpe promiſſæ largitionis, quibus Princeps infidelis metuendus a Republica, ſimulata vi, paucis mercede, precioq; ductis populum capit. Contra hic vt ſibi fidem habeant bene conſulturum rebus, in poſſeſsione ſua retinet dignitatem, ad locupletandam Remp. bonoſq; iuuandos beneficentiſsimus, non ad multitudinem deliniendam aſſentator plebeculæ. Cicero in Verrem. Te eos magiſtratus hominibus beneficij, non Reip. cauſa permiſiſſe? hoc autem cum tute fatebere, quiſquam dubitabit. quin tu iſtam apud populos prouinciæ iſtius inuidiam, atque offenſionem, nō beneficiorum collocandorum, ſed pecuniæ conciliandæ cauſa ſuſceperis? illa ſingularis ſententia. etenim re uera, multo magis eſt petendum ab hominibus, ſi ſalui eſſe volumus, vt eant nobiſcum in Prouinciam, quam hoc illis in beneficij loco deferendum; illa enim probanda liberalitas, quæ ſine periculo exiſtimationis eſt, vt in Africano optimo viro fuit, cum ab eo quidā vetus aſſectator ex numero amicorum non impetraret, vt ſe præfectum in Africam duceret, & id moleſtè ferret. Noli inquit mirari, ſi tu a me hoc non impetras: ego iampridem ab eo, cui meam exiſtimationem caram fore arbitror, peto. vt mecum præfectus proficiſcatur, & adhuc impetrare non poſſum; ita qui dignitate anteceditangens, confirmansq; uirtutes miniſter

Dan 7. De vita Conſtan. lib. 1. c. 2.

Actione 4.

niſter bonorum omnium, optimarum facultatum præbitor eſt; huic longè omnium Principi, qui omnium inſtar eſt, propter honorem ſuffragantis religionis cum ſapientia coniunctiſsimũ, nemo Regnum poteſt abnuere. Ariſtoteles. Ex quo planum fit paribus ex genere, & facultate leges debere ferri, in uiros, tam diuinos nulla fertur lex, ipſi quidem ſunt lex. *Scimus hoc, quia lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs, & peccatoribus, ſceleratis, & contaminatis.* Sed hic Princeps iuſtus, & obediens, pius, & innocens, purus, & ſanctus eſt. *Si quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati Dei.* Igitur qui ab ipſa lege conſcriptus, imago legis, non ſeruus eſt. Satis igitur conſonum fuit id ſapientiæ, Principem Euangelij, & diuinæ legis nomen retinuiſſe. *Scimus autem quoniam bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur.* Igitur cum illa vſus legitimè Princeps, tantum huic dandum eſt Imperij ad utendum, quantum legi ad ſanciendum, lex enim propter Remp. & propter legem animo, & factis comprehenſam talis eſt Princeps. Igitur cum legis nullus uſus abſque Principe, cur non in eo maieſtatis auctoritatem ineſſe velimus? Vnus me Rex Chriſtus propter ipſius inſtituta, & Reip. formam ab ipſo humanitus peculiari gratia poſſeſſam, & ob eam ipſam cauſam aptiſsimam Regibus, vt comprobarem Regnum omnino coegit. Deus enim in ſcripturis Reges execratus, cum Prophetæ longa concione, variaq; deprecatione obſecrantis, & minis acriter caſtigantis Populum, ne tantulum quidem exorto repente maximo clamore indignatos hebræos commouiſſet, ab his tamen creari Regem, niſi quibuſdam legibus, & conditionibus mali leuioribus paſſus nõ eſt. Nunc Chriſto autore, ſumptoq; ab ipſo Principe Euangelico, vni committere omnia non dubito. quare cum his temporibus, vt plurimum in orbe Chriſtiano regnetur, non humani caſus eſt, conſilijuè, ſed prouidentiæ diuinæ, propter Regni Chriſti benignam, & ſalutarem efficientiam in terris, vt ipſum Principes commodiſſimè imitarentur, in loco illos ad gratiam exercendam ſimilitudine, virtuteque poſuiſſe. *Perfectus autem omnis erit, ſi ſit, ſicut Magiſter eius.* In hoc genere regnandi ſimpliciter Chriſtus Magiſter eſt. Igitur optimus Princeps ipſum imitetur neceſſe eſt; à Chriſto enim non ſolum excellentia virtutis humanæ, ſed gratia præcautum eſt. Cum autem accidere poſsit, vt comitia de Regno habeantur, ſi duobus, aut tribus factis res ad ſortem reuocetur, lege

3. Polit. c. 11.

1. Ad Tim. 1.

Matt. 7.

Regnum

Act. 1. Regnum sortito capiatur. *Dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam.* Obtestante propter ciuium implorationem, Christi gratia, non hiante cupiditate, sed casto, christianoq; more senatu, populoue agente promissum Reipublicæ. *Ecce ego vobiscum*
Matt. 28. *omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi.* Christus enim est, vbi religiose ipsius nomen saluberrimum, & dignissimum celebra-
Matt. 8. tur. *Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Iudicio Dei, & sapientium difficillimam rem esse, vnum benè imperare, medicinam esse moderationem; nam deterrimum quemq; dominandi libidine impotentissimum. Princeps propter moderationem Pastor, hoc est bonus. Quid sit pascere Remp., & sponte prouidere. Vitia, & vel superbiæ suspitionem esse fugiendam.

CAP. II.

QVid enim grauius, quàm vnum præesse multis? quid difficilius, quàm omnes ab vno, virtute, gloriaque superari? quid diuinius, quam vnius menti exiguæ, lubricæ, incertæq; constantem, & perpetuam rationem ordinis, potissima momenta Iustitiæ, prudentiæq; credi? cuius ne publicum egregium humeris, tanquam Atlante cœlum sustineatur? enimuero impotens animus dominandi libidine tumens, per fas, nefasq; grassatur, quæ imminentium omnium malorum vim experientiam durissimam, aduersissimos casus nisi diuina ratio propulsabit? Malis ergo resistes moderatione, bona mode-
Lib. 4. c. 1. ratione animi consequeris, vt Valerius maximus. Quæ mentes nostras impotentiæ, & temeritatis incursu transuersas ferri non patitur, quo euenit, vt reprehensionis morsu sit vacua, & laudis quæstu sit opulentissima. difficillima ergo in Principe cogitandi, decernendi, faciendiq; modestia. quare cum Deus ab initijs generis humani sati, Hæbreorum populum, promissis

æter-

æternis, & fide rerum diuinarum ſibi ſacratum, à recta lege deflectere, barbarorumq; ſenſu falli vidiſſet, malo opitulari cupiens, futura præſciens, illa Regi præſcripſit, quibus Populi ſalutem periculoſiſsimo Regni tempore tueretur, & regiam dignitatem, tamquam in portu collocaret. Optimo quidem iure; cum Hiſtoriæ clariſsimis monumentis traditum ſit, Reges Barbarorum, quorum æmuli ſtolidiſsimi, & turbulentiſſimi Hebræi, Regni deſiderijs exarſerant: ſuperbos, libidinoſos, & ſuperſtitioſos fuiſſe: ſæpius Populos tyrannide oppreſſos, ad iniquiſsima ferenda, & nefandas adorationes coegiſſe. *Hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui, aut Regibus deſeruientes homines, incommutabile nomen lapidibus, & lignis impoſuerunt.* Sap. 14. Inſania ergo erat, quos tyrannorum libido affligeret imitari, cum Populus, qui à Deo regeretur, & vnum ſibi præfici efflagitaret, ſine dubio periclitaretur. Lectiſsimus ordo Iudicum, ſed ipſi Hebræi peſsimi. *Suſcitauitq; Dominus Iudices, qui liberarent eos de vaſtantium manibus, ſed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum Dijs alienis, etadorantes eos.* Iud. 2. Ergo ſub optimatibus conditio gentis optima. *Cumque Dominus Iudices ſuſcitaret in diebus eorum, flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cade vaſtantium.* Tamen à Samuele Regnum ob exigua mala deplorandi popoſcerunt. *Dixeruntq; ei, ecce tu ueniſti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, conſtitue nobis Regem, vt iudicet nos, ſicuti & vniuerſæ habent nationes.* 1. Reg. 8. Stultè contrario experimento didicerunt: faciliùs enim vnum corrumpi, quàm plures conſtat, & ſi plures deprauati, non ne tanto magis ab vno abhorrerent? Quare non ambitiosè, ſed ſapienter Samuel in contraria ſententia conſtantiſsimus. *Diſplicuit ſermo in oculis Samuelis, eo quod dixiſſent, da nobis Regem, vt iudicet nos.* 1. Reg. 8. Nam Deus Iudices dederat, Populus iniquiſsimè Regem poſtulauit. *Poſt hæc dedit Iudices vſque ad Samuel Prophetam, exinde poſtulauerunt Regem, & dedit illis Saul.* Act. 13. Quid manifeſtius illa offenſione Dei? *Non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* 1. Reg. 8. Niſi clementiſsimus. *Nunc ergo vocem eorum audi, veruntamen conteſtare eos, & prædic eis ius Regis, qui regnaturus eſt ſuper eos.* Opinio regnantium, non veritas Regni, ſed tandem in Regem, & Populum vehementiſsime. *Vbi eſt Rex tuus, maxime nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis, & Iudices tui, de quibus dixiſti, da mihi Regem, & Principes, dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in* Ezech. 13.

1 Reg 12. *indignatione mea*. Quamuis postea Populus. *Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis Regem*, ipse Samuel populares ad spem reliquam excitauit. *Nolite timere, vos fecistis vniuersum malum hoc, veruntamen nolite recedere a tergo domini, sed seruite Domino in omni corde vestro*. Itaque ad difficillimum exequendum munus tradita diuina præcepta.

Deute. 17. *Describet sibi Deutoronomion legis huius in volumine accipiens exemplar a sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cæremonias eius, quę in lege præcepta sunt*. Leges Regni. *Eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum*. Firmamentum Regni. *Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel*. Maior, quia melior, magisque lege comprehensus.

Deuter. 6. *Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque, & mouebuntur ante oculos tuos, scribesq; ea in limine, & in ostijs domus tuæ*. Vnctus Rex, vt vitijs inusta medicina, animis priorum Re-

1. Reg. 1. gum illapsa, mederetur. *Cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & vnges eum Ducem super Populum meum Israel, & saluabit Populum meum de manu Philistinorum, quia respexi Populum meum*. Moserat. *Imple cornu tuum oleo, & veni*. Sumpta Sa-

1. Reg 6. crosancta persona, inauguratąque diuinitus. *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius; & directus est spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps*. In nomine hæreditatis rationes Regni, vt depositi, in procuratione Principis domi,

Num. 10. belliq; virtutes. *Ecce vnxit te Dominus super hæreditatem suam in Principem, & liberabis Populum suum de manibus inimicorum eius*. Nota Dei, cælestisq; iudicij suffragio distinctus barbarus dynasta, & Hebræus Princeps, vt sciret quibus imperaret, vt eum à tyrannide vindex Deus deterreret. Nam penes Prophetas, & Sacerdotes sapientiæ, penes Reges Imperij auctoritas.

Num. 7. *Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar Sacerdos consulet Dominum*,
1. Re. 10. Samuel Sauli imperat. *Septem diebus expectabis, donec veniam*
1. Re. 22. *ad te, & ostendam tibi quid facias*. Gad Dauidi. *Dixitq; Gad Propheta ad Dauid. noli manere in præsidio, proficiscere, & vade*

Iere. 38. *in terram Iuda*. In his igitur arcana Imperij. *Misit Rex Sedecias, & tulit ad se Ieremiam Propbetam ad ostium tertium, quod erat in domo Domini, & dixit Rex ad Ieremiam, interrogo ego te sermonem ne abscondas à me aliquid*. Cum acerrimus Samuel Populum

per

per Deum obteſtatus intolerandum dominatum, ſentinam crudelitatis, contumelię, luxurię, ipſis obieciſſet, inſuper mandata diuina leniſſimæ miſericordiæ, ſed grauiſſima denuntiatione malorum expoſuiſſet. Deum manifeſtè alienari, nouas res, & imperitæ multitudinis temeritatem acerbisſimè ſtomachantem, procellas lamentandæ in perpetuum calamitatis minimè effugiendas impendere. *Clamabitis in die illa a facie Regis veſtri, quem elegiſtis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiiſtis vobis Regem.* Nulla ne res pernicioſam immanitatem franget, erroremq; funeſtum corriget? igitur tumultu in Deum publicè concitato, plebs amens ſcelere, mentecapta, furiali impietate præceps, barbaraq; contumacia à natura, à Propheta, a Deo auerſa, vlulanti voce fremens, inſana in voluptate bacchabatur. *Nolnit autem Populus audire vocem Samuelis, ſed dixerunt, nequaquam, Rex enim erit ſuper nos.* Ergo in Deuter. forma a Deo facta de Rege, in lib. Regum, furibundo populo exultante; de Tyranno, quorum clades ſemper exitio rerum iuſtovecordiæ ſupplicio ſubijſſe cõperimus. Euolue veterrimos, cunctoſq; annalium libros, innumeros regnaſſe accipies, quam plurimos impiè, crudeliterq. dilaceraſſe Rempublicam, miſereq. mortem obiiſſe. Regnum ſanè maximæ difficultatis res, ob eam cauſam in libro Iudicum, ſpecioſisſimis, & fœcundisſimis arboribus nemorum principatum deferendum Syluę decreuerunt, ſed illę ſapienter contentę ſe ipſis reſpuerunt. *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem, dixeruntq; Oliuæ. Impera nobis, quæ reſpondit, numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dij vtuntur, & homines, & venire, vt inter ligna promouear?* *Dixeruntque ligna ad arborem ficum, veni, & ſuper nos Regnum accipe; Quæ reſpondit eis: Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructusque ſuauiſsimos, & ire, vt inter cętera ligna promouear? locutaque ſunt ligna ad vitem: Veni, & impera nobis: Quæ reſpondit eis: Numquid poſſum deſerere vinum meum, quod lętificat Deum, & homines, & inter ligna cętera promoueri? Dixeruntq; omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera ſuper nos. Quæ reſpondit eis: Si verè me Regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite, ſi autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros libani.* Sola enim ſentis inuenta eſt, quę oblato Regno inſolenter inflata, minime ſeipſam noſcens, nec verita, ſibi præcellentium arborum odium, inuidiamq; regnandi conflare, arripere temerè potentiã auderet. Oliua multiplici emo-

1. Reg. 8.

Cap. 9.

lumento gratiſsima, ficus copia dulciſſima, vitis partu vberrima. Porrò cum oliua Princeps, Religionem imprimis, belli, & pacis artes; vitis charitatem virtutum forma præſtantem, beneuolentiam popularem, fortunasq; rerum ampliſsimas; ficus exteris admirabiles, hoſtibus ipſis verendos, probatiſsimos mores, ſuauiſsimosq; prætenderent, ne auſæ quidem de difficillimo, ac penè diuino regnandi officio cogitare: Tu ſentis deformitate fœda, ſpinis horrens, te aſperam, ab omni cultu, & fœtu abhorrentem dignam ſplendore Regni exiſtimaſti? Sat
Eccleſ. 3. erat optimis munus ſuum. *Quanto magnus es humiliate in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Quæ nihil agebat, caduca, & languens impudentiſsimè, ſine aura, ſine fructu, ſine amore Imperium attrectaret? Ergo illæ Principes moderatione, tu libidine infamis, ſi ſapiens eſſes te à poteſtate abſtinuiſſes rei ſummæ gubernacula tractare, altè meditata; deniq; incredibiliter in ſalebris hæſiſſes, rubuiſſesq; ſed ſtupida, inanisque, cum natura vili eſſes, illa ſpecie maieſtatis obruere dedecus, & turpitudinem putauiſti; ſi enim repente in illa grandia inuolaſſes, penitùs ornamenta perdidiſſes; & quæ viuere potuiſſes ignota, cum fabulam affectaſſes impotentis naturæ, decideres.
Prou. 29. Illæ igitur arbores cœli fauore modeſtiſsimæ. *Humilem ſpiritum ſuſcipiet gloria.* Sine Deo enim dominari nefas eſt, ita vt, aliter opinionis falſiſſimæ errore peccetur. Tu Deum aſpernata, quæ humillima omnium, velut immanis, & vaſta bellua omnibus iniuriam intuliſſes. Cum enim ſpina vaniſsimis voluptatibus tenuiſsimæ vmbræ decipere, delicijsq; illiberalibus, non vmbratili, ſed vera morte ſepelire vigentes animos voluiſſet, erupit voce tyranni; *Venite, & ſub vmbra mea requieſcite*; imò, vt ille,

6. Aeneid. *Vmbrarum hic locus eſt.*

Vita apparet, ſed nec mors latere poteſt; nuſquam enim erat imago ſomni viralis, ſed vbiq; mortale corporis frigus, quibus enim fruuntur tyranni, conſeneſcunt, & quibus alliciunt occi-
Lib. 3. Hæſam. c. 11. dunt. Præcipuè cum, vt D. Ambroſius. Irrutiles igitur, ò homo, aut ſplendore nobilitatis, aut faſtigio poteſtatis, aut fulgore virtutis, ſemper tibi ſpina proxima eſt. Diuinæ gratiæ eſt. *In*
Can. 2. *vmbra eius concupiui, & ſedi.* Quare cum hæc ars vitio fucata minime ad attrahendum ſecura videretur, ad tyrannidē furioſiſsimè, ſtultiſsimèq; confugit, minitatur incenſionem cedrorum, ſeipſam in materiam ſalutarem, funeſtam facem adhæſu-

ram.

tam. Vt Veſpaſianus in Tacito. Imperium cupientibus, nihil medium inter ſumma, aut prȩcipitia. Ergo immortales virtute, fortes animo, intelligentia ſapientes, optimates, deniq. interituri? vt Rex tu ſpinoſa, & infima volitabis? Quid abſurdius? quid procacius regnandi cupiditate prȩcipiti? quid humanius? quid prudentius moderatione? Plinius ad Traianũ. Contemptor ambitionis, & infinitę poteſtatis domitor, ac frȩnator animus ipſa vetuſtata floreſcit, nec ab vllis magis laudatur, quàm quibus minimè neceſſe eſt. *Ego ſum Paſtor bonus:* Amantiſſimo Paſtoris nomine, dulciſſimo bonitatis vocabulo, magnitudinem potentię moderatus, Ergo Princeps moderatus bonus eſt: Nam paſcit ciues; nec officit vitio, nec offendit cupiditate, quia minimè lucri faciendi cauſa Paſtor eſt. licet enim perfrui fruge bona, & ſerenitate ſemper, pecudes hiems ad caulas, non opinio reducit, etiam ſi nolint illæ, ſtabula fabricatus eſſet, moderatio ergo preſtat Paſtorem, & magnitudo commendat. Nihil enim deeſt ouibus, quod Paſtori ſupereſt: ipſe etiam in ouili eſt, nec vellera intemperantia vellit: ſed ipſum veſtiri moderate villis maxime decet. Nam niſi ſimillimus Paſtor Dux, ager minimè compaſcuus eſſet, & oues errando perirent, pecuaria enim res quęſtuoſa, nec minus ciuilis, cum pro Republica innumerabilibus officijs, & laudibus bonus Paſtor frugi Princeps eſt. Cum hęc virtus latisſimè pateat, ab ipſo Eccleſiæ Principe illam accipite. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontanèe ſecundum Deum, neq. turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neq. dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* Principum eſt ſic Ciuium tueri vtilitatem, vt quicquid agant ad eam referant, obliti commodorum ſuorum; procuratio enim Reip. vt tutela eſt, quę ad bonum eorum, qui commiſi ſunt, non ad eorum, quibus committitur gerenda eſt, pro totius Reip. corpore vniuerſa ratione omnes partes curet, & nec minimam deſerat. Omnes vniuerſorum, populares optimi, cuiuſq. ſtudioſi, non diſcordię, non bella ciuilia, vt cum Princeps, ciueſq. Remp. conſectentur, ipſi omnes, ipſe omnibus adhæreſcat. totum enim corpus interiret, ſi vnumquodq. membrum proximi ad ſe valetudinem traduxiſſet, cum ne nocerent reliquis partibus membra ſanguine, tamquam ſpiritu carentia eſſent amputanda. Quid ſi caput cuius virtute omnia mouentur, & ſentiunt eorum emolumenta, quorum gratia extitiſſet, ad ſe raperet: non ne cum corpore corruere neceſſe eſſet? itaq. cum nemo alteri aliquid detrahit, nec

Lib. 2. Hiſt.

In Paneg.

Ioan. 10.

1. Petr. 5.

ſibi

ſibi iniuſtè Princeps publica aſſumit, cum earum rerum copia eſt, quę ſunt neceſſarię, eadem, vniuscuiuſq. vniuerſorumq. vtilitate omnibus prouidetur: grex Dei ciuitas eſt ęquo iure, certaq. viuendi diſciplina ſtabilita: cum manſuetudine animorum, & verecundia, vigilijs munita magiſtratuum ad Principis applicata ductum, quo, ad Dei nomen vocata ſpe Deum, gratiaq. conſequitur. *Prouidentes non coactè ſed ſpontanee ſecundum Deum.* Qui enim ritè delibatam poteſtatem à Diuino Imperio ſuſcipit, languentis animi gratia Dei exſuſcitata virtute, nonne perennibus ſtudijs Principis perſonam induit? Apex enim Regni eſt imitatio prouidentię, Si Deus liberè omnibus proſpicit, Nonne Princeps? In vtramq. partem hominum libertatem, natura conſtituit, quę ſi libenter ad bonum mouetur, non ſolum ſecundum naturam, ſed proprio merito rectè appetentis animi omnes habet numeros: Ergo qui ſponte, perfectè. propenſiſſima enim voluntas maximarum rerum efficiens eſt. *Neq. turpis lucri gratia, ſed voluntariè*, bonitate enim naturali, & Dei gratia imperat cupiditati voluntas: libera igitur eſt, Ergo agit voluntariè, cum enim via conſiderata boni, atq. prouiſa, viuit, vt vult, à ſeq. ipſa honeſtiſſimè petit voluntatem Deo referendam, rectiſſima res gerit uoluntate. quamuis enim qui peccat uoluntate agit, et ſimpliciter ſit omne peccatum uoluntarium, tamen qui non deſinit parere dedecori, qui turpitudini mancipatus eſt, quodammodo à ratione diſcedens mente perditus non peccat uoluntariè. *Quia omnis, qui facit peccatum, Seruus eſt peccati.* Cicero. Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atq; imperant, quæ quia expleri, atq; ſatiari nullo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris ſuis incenduntur. Quare optimæ dignitate libertatis, qui recta ſequitur, & coercet auaritiam, libere viuit, & voluntariè; cum enim nulla maior peſtis hominum naturam inuaſerit optime ſeruitute definitur, cum nihil naturæ charius libertate ſit, Nihil ſeruitute miſerius. teterrimum, & fatale Remp. gubernantibus vitium, ita quod Apollo Pythius oraculo edidit Spartam nulla re alia niſi auaritia eſſe perituram, videmus, non ſolum Lacedemonijs, ſed omnibus Populis opulentis prædixiſſe, ſiue enim ſceleratè quęſtui habeat Remp., ſiue ſordidiſſima largitione quis tentet, quod virtute facere debuiſſet, peſſime Regnum diſrumpit ad boni communis derelictionem nefaria captum auaritia, & ad omne libidinis genus inquinatiſſima mercede con-

Ioan 8.

Lib. 6. de Rep.

conductum. D. Ambrosius de Iesu Naue. Ad vocem eius sol stetit, auaritia non stetit. Itaq; nulla virtute, qui præsunt meliores, quam abstinentia, & continentia, quibus repagula iuris, & vincula bonorum continentur. *Neq;, vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Dominationis durius sine virtutis aliquo nomine pronunciatæ odiosum nomen esse fugiendum, vt in suspicioſissima re Princeps nō modo crimen, sed etiam omne maledictum effugiat; magnificentia quadam animi, & rerum humanarum despicientia Princeps, cum grauitate, atq; constantia, tum etiam animi tranquillitate, securitateque parens, non cupiditate inanis gloriæ, erepta libertate dominus, animi perturbatione, iracundiaq; dominator. Itaque quod magnanimi Imperatores propter modestiam, & maledicentissimum Populum cauendum esse duxerunt, sanctissimus Petrus omni animi penitus contentione sustulit. Itaque non dominari, est omni perturbatione vacare, capescere Remp. propter adiumenta, quæ habet à natura rerum gerendarum, fortis, & magni animi dignitatem, non vt ne qua re egeat, ne cui pareat, vt libertate, vt velit vtatur. qui enim se intelligit personam ciuitatis gerere sustinendum eius decus, leges seruandas, describenda iura, & ea fidei suę commissa esse meminisse oportere, is aptissime se quadam prędara forma gloriędad Remp. accomodauit. Augustinus. Sed fœlices eos dicimus, si iustè imperant, si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium, non extolluntur, sed se homines esse meminerunt.

Lib. 2. off. c. 16.

De Ciuit Dei lib 5. c. 24.

Neu pete præscriptos homini transcendere fines.

Claud. de 4. Honorij Cons.

Itaque quantum Princeps conniti animo potest, non feruentior animo, sed moderatior sapientia, tum artibus, tum opera, tum facultatibus hominum inter homines deuinciet societatem. Neque enim sapiens ille præmia prętermisit. *Cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.*

Principis esse seruire, hoc ipso Imperium magnificere. Quomodo necesse sit à bono Principe contemni Principatum. Quæ altitudo superbiæ, & quæ moderationis propria. Prægrauare se ipsum Principis est, vt qualis iudicio aliorum sit futurus, talis esse debeat.

CAP. III.

NEC Christus contentus erat si uocaretur. *Dominus, & Magister.* Nisi suis seruiret. Nam iniuncto grauissimo onere imperij, & sapientię propriam voluntatem relinquendam, induendā publicam personam Principis, quamobrem ad illum Principem Christus. *Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas, vbi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis.* Vt neque propter desidiam laborem fugeret, neque propter superbiam supplices repudiaret, nec rerum neglectio improbitatem coargueret. Sed dignitas summa in vniuerso labore, singularis humanitas in prouidendi diligentia, in probatissima bonitate ipsa perspiceretur cognitio Reipublicæ. hoc est robur, si remittant superbiæ spiritus, comprimant vanitatis animos, sedent arrogantiam opinionum, in moderatione, christianaq; humilitate Princeps ciuilium virtutum faciem, atque usum expressum esse fateatur. Argumentum adultæ sapientiæ, non errare animo, quò fert uoluntas, non uolitare mente, quo ducit spes, non insultare in uia lubrica, sed instabili, & plana gloriari, quando utilitas Reipublicæ, fides hominum discrimen Regni uocat, uelut in campo uirtutis excurrere, uirtuteque superare armat mira machinatione rerum Principes patria, illaqueatq; uirtutibus, ut se ad optima, quæque conuertant, & omnibus dignissimos fingant, ut hominibus incipiant imperare alij eos cingant, Deus conscientiæ uinculis, homines existimationis laudibus, ut ad Deū uerissme, ad homines pudentissimè dispositi, digni Regum celebratione laudentur, quare aptissimè Imperatores cingulum

Ioan. 13.

Ioan. 21.

L. vl. lib. 12. de præp. sac. cub.

titu-

titulum dignitatis, & ſequeſtrę virtutis ad gubernandum clariſsimum pignus magiſtratibus dedidere, vt quod ipſi propter monumentum propoſiti aſſumpſerant, miniſtri, ſeu adiutores imperij ad commonendum ſeipſos, & ſpem ciuium in honore præferrent. Valerius Flaccus teſtis eſt, cingulum inſigne regium fuiſſe. L. omnes de Metatis, & Epid meticis lib. 12.

medio Rex aggere longo
Eminet, huc crebris quatiens ſingultibus ora
Aduolat Æſonides, celſoque reponit in oſtro,
Dat pictas auro, atque ardentes murice veſtes,
Quas rapuit telis formoſa vocantibus Auſtris
Hypſipile, galeam, dilectique cingula Regni
Iniicit: Lib. 3. Argonauticon.

Cingulum zona eſt, quæ regalem purpuram ſignificat apud Herodotum, vt Suidas autumat, quia purpura Regum ornamentum eſt, ſed idem Suidas Zona, hoc eſt dignitate inſignes in Republica intelligi magiſtratus autor eſt. Aperte pro diademate accipitur cingulum, quo cum ſe ſuſpendere Monyma Mitridatis vxor uoluiſſet, ò infelix ait cingulum, quod nec in tam triſti miniſterio aliquid opis afferre potuiſti. Cingulum pro faſcia, quæ inuentore Libero patre diadema eſt. Valerius Maximus de Pompeio. Cui candida faſcia crus alligatum habenti, Fauonius non refert, inquit, qua in parte corporis ſit diadema. Exigui panni cauillatione regias eius uires exprobrans. Vt Cic. ad Atticum. Etenim mihi caligæ eius, vt faſciæ cretatę non placebant. Cingulum pro poteſtate Principis. *Vocabo ſeruum meum Eliacim filium Elciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu eius.* Pro manifeſtiſsimo indicio clariſsimę, maguæq; auctoritatis. *Erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem, & domui Iuda.* Cingulum pro imperio, alio in loco. *Tranſi terram tuam quaſi fluuen filiæ maris, non eſt cingulum vltra tibi.* Quia res maritimæ, quibus diù Tyrij ualuerunt, vna cum Imperio maris erant mutandæ. Ideo *manum ſuam extendit ſuper mare, conturbauit Regna.* Cingulum balteus, quo ſumma uirtus oſtentatur. *State lumbis circumcinctis balteo veritatis:* Regum nomen prę ſefert. *Nam expoliauit ſe Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua veſtimenta ſua, vſq; ad gladium, arcum ſuum, & balteum.* Vt cumq; proui, & potentiæ iure. *Balteum Regum diſſoluit.* Cingulum pro Zona Regum infula, *Conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimiliter filio hominis,* Lib. 2. c. 2. Libr. 2. ep. 3. Iſai. 22. Iſai. 23. Ephes. 6. 1. Reg. 18. Iob. 12. 1. Apoca lyp.

vestitum podere, & præcinctum ad mamillas aurea Zona. Filius hominis Rex homo est, aurum propter nobilitatem præstantis naturæ coronarium igitur aurea zona regia est. Quare Angelis, qui orbi terræ præsunt, pro decore administrationis aurea zona decreta est. *Exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo, et candido, & præcincti circa pectora Zonis aureis*. Igitur cum cingulum multis modis ornet, & quadam præclara significatione Principum uirtutes admoneat; sapienter Christus regia sententia, Petrum extremis pænè verbis sapientiam summæ potestatis edocuit. Non cingimus capita, sed mentes coronamus. Nicephorus Callistus de Placilla Augusta ad Theodosium, considerare te semper coniux suauissime oportet, & quis nam antea fueris, & in quem locum te euexerit vniuersitatis huius Deus. si enim perpetuam, eius rei obtinueris memoriam, non prorsus te ob accepta beneficia, erga eum ingratum præstabis, sed ex præscripto legum Dei, quod ab eo accepisti, gubernabis imperium, & ita eum, qui id tibi, vt fideli ministro commisit, rite coles.

15. Apocalyp.

Li. 1. c. 42.

mentemq; domet respectus honesti.

Domini est Dominari, magistri docere; nihil maius, nihil diuinius, potentia socia sapientiæ; sed non possunt non tantę seruire virtutes, nam frugalissimæ sint necesse est; seruit ergo administriculis potentiæ sapientia, & salubritate sapientiæ moderatissima potentia est; absit ergo immoderatio, hic enim dominatur, vt seruiat, ut sit saluti omnibus, captus enim amore ciuium; ergo seruus Dominus, ergo moderatissimus Dominus, quem conuenire omnibus promptum. *Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire*. Par humanitate infimis, qui omnibus excellit dignitate. D. Ambrosius de Dauide. Non mediocre illud præsertim in Rege, sic obire humilitatis munia, vt communem se exhiberet etiam infimis. Ad Augustam Pulcheriam, & Marcianum Imperatorem Patres Nicæni Concilij. Quibus religionis est, vt ad eos facilè accedatur. nonne vt Seneca? Consuetudo ista vetus est Regibus regesq; simulantibus, populum amicorum describere, est proprium superbię magno æstimare introitum, ac tactum sui liminis pro honore dare, vt ostio suo proprius assideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sint hostia, quę receptos quoque excludunt. Eutropius de Traiano. Amicis eum culpantibus, quod nimium circa omnes communis esset, respondit talem se Imperatorem esse

Matt. 19.

Libr. 2. officio. c. 7.

Act. 3.

Lib. 6. de benef. c. 33.

Digitized by Google

esse priuatis, qualem sibi Imperatorem priuatus optasset. Cicero. His rebus nuper Cn. Octauius iucundissimus fuit, apud quem primus lictor quieuit, tacuit accensus; quoties quisque uoluit, dixit, & quam uoluit diù, quibus ille nimis fortasse lenis videretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Epist. 1. lib. 1. ad Quint.

D. Ambrosius de Moyse, Cum Deo constanter loqueretur, homines tamen humili, & grata appellatione affari solebat, merito æstimatus supra homines, vt & vultum eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent. quia sic sibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur. Quid eius imitator, Sanctus Dauid electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis, & blandus, humilis spiritu, Sedulus, facilis affatu, nec solum ætate pueros propter lenitudinem, sed propter moderationem tenuiores fortuna, & copijs intellige; dixerat enim ille minime difficilis Princeps. *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus*. Optime prouisum omnibus cum infirma incipiunt esse diuturna. *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*. Ne potestatem ob seipsam, sed ob animarum salutem appetere videretur. Plinius de Traiano. At quo temperamento Dij boni potestatem tuam, fortunamque moderatus es, Imperator titulis, & imaginibus, & signis, cæterum modestia, labore, vigilantia Dux, & legatus, & miles. *Qui præcessor est sicut ministrator*. Theodosius & Valentinianus Imperatores ad D. Cyrillum hactenus quidem Reipublicæ augendæ ministramus, per omnia vero subditis, vt ita dicamus seruientes, vt piè viuant, & conuersentur. D. Ambrosius de Dauide. Ante Regnum se pro omnibus offerebat, Rex cum omnibus æquabat suâ militiam, & partiebatur laborem, fortis in prælio, mansuetus in Imperio. *Rectorem te posuerunt noli extolli, sed esto quasi vnus ex illis*. Claudianus. Lib. 2. off. c. 7. Matt. 9. Matt. 20. In Paneg. Luc. 22. D. Cyril. epist. 17. Eccl. 32. In sexto Honorij consulatu.

Publicus hinc ardescit amor, cum moribus æquis
Inclinat Populo Regale modestia culmen.

Ideo *ministrare*; quia quamuis Imperium præ altitudine spiritus, docendo sapienter, & bene agendo contemnere videri posset; reuera magnificaret, qui minime nomine ostentaret, sed exequeretur uere in peruulgatam opinionem eorum, qui uiciosissimè Reges non administrantes, sed administrandos esse uoluerunt. Essentia Regni obsoleta, florente vmbra uanitatis: est enim instar animæ Rex, instar corporis, quæ apparet celsitu-

In bello Iugurt. dinis pulchritudo, Saluſtius. Quaſi Prætura, & conſulatus, atq; omnia alia huiuſcemodi per ſe ipſa clara, & magnifica ſint, ac non perinde habeantur, vt eorum, qui ea ſuſtinent, virtus eſt. ille igitur egregiè animaret, & velut forma ad illuſtriſſimæ vitæ gloriam omnia reuocaret, ſpirituque ſeruiret, vt ipſi præ-

In lib. de amicitia. clarius opera ſeruiretur: Si enim, vt ait Cicero. Imbecilla eſt ad contemnendam potentiam natura humana viribus inferior potentia eſt; debilitata igitur vitijs, quorum impulſu ambitioni, licentiçq; improbiſsimis Dominis paret, ut aduerſus iuſtitiam uim quærat, nec ſolum poſsit humana, ſed iura diuina uiolare, ſapientia igitur inuictiſsima eſt, quia ſapientia poteſtatem propter leges colit, non propter libidinem appetit, ſapiens igitur negligit ea, quibus nihil inſipiente intolerabilius. D. Am-

Lib. 5. Hæxame. cap. 5. broſius. Quem inuenias hominum, qui ſponte deponat imperiũ, & ductus ſui cedat inſigne, fiatque uolens numero poſtremus ex primo? Nos autem non ſolum de primo, ſed etiam de medio ſæpe contendimus, & primos diſcubitus in conuiuio uendicamus, ac ſi ſemel delatum fuerit, uolumus eſſe perpetuum, ideo inter grues æquanimitas in laboribus eſt, humilitas in poteſtatibus. admonentur, ut exerceant cuſtodiç uices, non admonentur, ut de poteſtate decedant, quia ibi naturalis quies ſomni interpellanda, hic uoluntariç ſedulitatis gratia præſtanda eſt. Nemo igitur bonus Princeps eſſe poteſt, niſi qui dignitatem ſpernit, ipſa ſuperior, tunc armis natura, uitia, quibus in ſpem malam inducitur, & tyrannidem ſuperabit, ut gaudens officio lætetur, non faſtidio, & contumacia efferatur.

Latins regnes auidum domando
Spiritum.

15. ad Rom. Ergo concludimus. *Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes*. Altitudo ſuperbiæ eſt, non dignitatis, quæ ijs contraria eſt, qui humiles ſunt, abſque fortuna, & poteſtate. Cum uero munita magiſtratu alta ſapientia iuſtiſsimo patrocinio inferiora tegat, quibus ſuccurrendum eſt, aduerſari, crimen proterui animi eſt. Si enim ſapientes intelligas humiles, qui propter deſpicientiam rerum ſe ab hominum ſuperbia, & vanitate vindicarunt. quid improbius, quam ſe mitiſsimæ, vtiliſſimæq; ſapientiæ alumnis opponere, temereque, & ſtultè in

Lib. 9. c. 4. Regno, hoc eſt in ſapientiç propria fruge verſari? Vt Valerius Maximus. Adeo fęlicitatis, & moderationis diuiduum contu-

1. ad Cor. 4. bernium eſt. Quare. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem*

pro-

prouocantes, inuicem inuidentes. Inanis gloria non ſolum vitij, ſed ignorantię eſt; nam abſque virtute inanis eſt gloria. Nihil igitur, niſi turpitudo, abſque virtute, nam aliquid ſit neceſſe eſt. re ipſa igitur vitium, quę turpiter inanis eſt gloria. D. Ambroſius. Potentię quoque cupiditas, formam iuſtitię uirilem effęminat, quomodo enim poteſt pro alijs interuenire, qui alios ſibi ſubijcere conatur, & infirmo aduerſus potentes opem ferre, qui ipſe grauem libertati affectat potentiam. Cum enim non inuenit, quod quęrit fallaci adductus opinione, ignorantia tenetur. Cum oblitus nequitia, ardet cupiditate vitioſiſsimus eſt, quæ ijs declarantur, quæ ſequuntur, nam laceſſere iniurioſi hominis eſt, inuidere immoderati, contra tueri, & vt ſua, ſic aliena fortuna eſſe contentum, communis, & Regiæ moderationis eſt. Diuus Ambroſius. Rex dicitur quòd regere ſe nouerit, arbiter ſui iuris ſit, ne, non captiuus trahatur in culpam, nec præceps feratur in uitium. Ille in Ioanne exemplo eſt. *Sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes non recipit nos.* In illo ambitioſus, in hoc inuidus; niſi enim inuidiſſet virtuti, recepiſſet, niſi ambiret libidinosè, ad rem gerendam adiumenta petito, & bono gratularetur. Statius.

Lib. 1. off. c. 28.

Super Pſ. 118.

In ep. 3.

Et nondum craſſo laquearia fulua metallo
Montibus aut alte Grais ſuffulta nitebant
Atria, congeſtos Satis explicitura clientes.
Non impacatis Regum advigilantia ſomnis
Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes
Excubiæ, nec cura mero committere gemmas,
Atque aurum volare cibis, ſed nuda poteſtas
Armauit fratres; pugna eſt de paupere Regno.

Lib. 1. Thebaid.

Stimulis fodiendus, & pro medicina oratione cruentandus erat. *Cómoneam eius opera, quę facit, verbis malignis garriens in nos, et quaſi non ei iſta ſufficiant.* Reprehendendus ob animi contumaciam, & volubilem linguæ loquacitatem, à nimia appetitione ortam. D. Auguſt. Beatos Imperatores eſſe, ſi luxuria tanto eis caſtigatior, quanto poſſet eſſe liberior, ſi malunt cupiditatibus prauis, quàm quibuslibet gentibus imperare. Plato. Ita habeto hoſpes maximã optimamq; victoriam eſſe, vt quis ſeipſum vincat, vt vero quis à ſeipſo ſuperetur, omnium peſsimum, turpiſsimumque eſſe hęc ſignificant, bellicum quiddam in nobis ipſis aduerſus nos ipſos eſſe. Iſocrates in Nicocle. Impera tibi ipſi non minus, quam, & cæteris, idque maximè Regium putato, ſi nullis libidinibus ſer

In ep. 1.

Lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 14.

De legib. 3.

uias.

ulas, ſed cupiditates magis in poteſtate habeas, quam ciues tuos. Quid clarius illo teſtimonio libidinis? cum ſuſceptas partes non explet virtutibus, & improbiſsimis anguſtijs animi angitur, quaſi non ſatis imperij non ſatis diuitiarum? ergò erarium li-
Senec. lib. 7 de benef. gurire, omnibuſq; tyrannidem intentare maluiſti? Regno par magnitudo moderationis eſt, ſimilis monſtro cupiditas. Seneca.
Lib. 1. de Conſo. Prof. 6. Quem inuenies, cui modum imperij ſatietas fecerit? Boetius. Nec poteſtas ſui compotem facit. Quem vitioſæ libidines inſolubilibus aſtrictum retinent cathenis. Adraſtus in Statio.

nec tu mihi ſanguine longè
Te gener, & iubeo: ſceptri ſi tanta cupido eſt,
Libr. 11. Thebaid. *Exuo regales habitus i Lernam, & Argos*
Solus habe, non verba magis ſuadentia frangunt
Accenſos, ſumptisque ſemel conatibus obſtant,
Quam ſi curuatis erectus fluctibus vnquam
Pontus, cyaneos vetuit concurrere montes.

Apo. 3. Malorum extremum diligenriſsimè ſubmouendum. *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus eſſes, aut calidus, ſed quia tepidus es, nec frigidus, nec calidus incipiam te euomere ex ore meo.* Ab omnibus vitiorum uentis circumflari turpiſsimum eſt. Si malum ſpecie boni attrahit, bonum quadam leuitate mouet, illo perdimur, hoc non iuuamur, conſtantia deteſtanda mala, una, eademque retinenda forma virtutis, vt non minus efficax ſit ad efficiendum omne bonum actio ipſa, quam ad rectè appetendum ipſa voluntas, parum frigiditatis, nimium calidi, friuolum tepidi, odit moderatio. facilior uirtus illi, qui aut frigore implicatur, aut igne agitur, quia unius mali ſingularis medicina expeditior. multorum diuerſa remedia malorum partes ad ſe rapiunt, prælianturque inter ſe. quare cum tepiditas non ſit medium uirtutis, ſed uitium inertia, & ſtupore torpens ab hoc remotiſsima moderatio, ſuis adiunctis reſecando, addendoque detinetur. Vnuſquiſque, ut
Lib. 3. de leg. ait Plato, propter moderationem prudentiſsimus. D. Auguſtinus. Hinc etiam erat, & ex hac prouidentiſsima patriæ
Lib. 1. de Ciuit. Dei c. 31. charitate ueniebat, quod idem ipſe ueſter Pontifex maximus à Senatu temporis illius, quod ſæpe dicendum eſt, electus, ſine ulla ſententiarum diſcrepantia vir optimus caueam theatri Senatum conſtruere mollientem, ab hac diſpoſitione, & cupiditate compeſcuit, perſuaſitque oratione grauiſsima, ne Græcam luxuriam uirilibus patriæ moribus paterentur obrepere, & ad

uir-

uirtutem labefactandam, eneruandamque Romanam peregrinę consentire nequitiæ; tantumque authoritate ualuit, ut eius uerbis commota senatoria prouidentia, etiam subsellia, quibus ad horam congestis in ludorum spectaculo, iam uti ciuitas cœperat, deinceps prohiberet apponi. *Vobis legisperitis væ: quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas.* Eadem lege sibi, & alijs Princeps imperet, seseque ijs omnibus temperabit, quæ non primum sui ipsius seuero sibi, alijs exemplo suaui humanitatis, & iuris moderatissima ratione censebat. Quare totum se tradet negotio, humerosque oneri Regni subijciet, non digitis, nec manu egisse contentus; nisi penitus animo, & corpore non ad leuia, & suauia; sed ad grauia, altaque contendat. alios onere grauare, & delibare quicquam oneris, non seipsum prægrauare tyranni est, nam minimè suum explet munus. si sarcinas propter, vnumquemque benè moratum ciuem conficis, ò Rex, tua maxima sarcina communis est, Si grauaris, nemo belli, & pacis onus portare potest, si flosculos carpis, non sustines onera, sine imperij põdere leuissimus euanescis, sub sarcinis populus gemitu, questuq; prosternitur. D. Gregorius. Nã quanto quis hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, eisq; ipsis populis mente, & cogitatione supponitur, quibus superponitur dignitate. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Quod mihi iugum est, alijs est suaue, quod onus, alijs leue, igitur onera non grauate, neq; acerbè imponuntur; Non ergo immoderatè, nam onus meum, proprium onus est, quod non affligit extraordinaria diri seruitij molestia, famulos fortunę mortales. Pro dignitate ergo particeps oneris, onustus imò qui summus est, qui quamuis oneratus celso animo incedis, liberè dicito: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Moderationis, prout vnusquisq; potest moderari est. Et nonne populus mutuo, fessum principem subleuaret? *Omnia ergo quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Quia si vna eademq; omnibus prouidentia, nonnè tu vnus idemq; cũ omnibus? inter homines nulla diuersa ratio, sed omnes proportio adæquauit. Si princeps es, quæ sunt tui officij, exhibe, sui potestarem faciat ciuis necesse est, primus incipe, qui princeps es, munera omnium ipse perficies. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis.* Prouidentiæ vaticinium est, suppar principi virtute ciuis. Ergo in te ipso omnium partes, & virtutes expen-

Luc. 11.

Il. 5. mor. c. 12.

Matth. 11.

Matt. 11.

Matt. 7.

Matt. 6.

ſibi iniuſtè Princeps publica aſſumit, cum earum rerum copia eſt, quę ſunt neceſſarię, eadem, vniuscuiuſq. vniuerſorumq. vtilitate omnibus prouidetur: grex Dei ciuitas eſt ęquo iure, certaq. viuendi diſciplina ſtabilita: cum manſuetudine animorum, & verecundia, vigilijs munita magiſtratuum ad Principis applicata ductum, quo, ad Dei nomen vocata ſpe Deum, gratiaq. conſequitur. *Prouidentes non coactè ſed ſpontanee ſecundum Deum.* Qui enim ritè delibatam poteſtatem à Diuino Imperio ſuſcipit, languentis animi gratia Dei exſuſcitata virtute, nonne perennibus ſtudijs Principis perſonam induit? Apex enim Regni eſt imitatio prouidentię, Si Deus liberè omnibus proſpicit, Nonne Princeps? In vtraniq. partem hominum libertatem, natura conſtituit, quę ſi libenter ad bonum mouetur, non ſolum ſecundum naturam, ſed proprio merito rectè appetentis animi omnes habet numeros: Ergo qui ſponte, perfectè. propenſiſſima enim voluntas maximarum rerum efficiens eſt. *Neq. turpis lucri gratia, ſed voluntariè,* bonitate enim naturali, & Dei gratia imperat cupiditati voluntas: libera igitur eſt, Ergo agit voluntariè, cum enim via conſiderata boni, atq. prouiſa, viuit, vt vult, à ſeq. ipſa honeſtiſſimè petit voluntatem Deo referendam, rectiſſima res gerit uoluntate. quamuis enim qui peccat uoluntate agit, et ſimpliciter ſit omne peccatum uoluntarium, tamen qui non definit parere dedecori, qui turpitudini mancipatus eſt, quodammodo à ratione diſcedens mente perditus non peccat uoluntariè. *Quia omnis, qui facit peccatum, Seruus eſt peccati.* Iozn 8.

Cicero. Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atq; imperant, quæ quia expleri, atq; ſatiari nullo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris ſuis incenduntur. Quare optimæ dignitate libertatis, qui recta ſequitur, & coercet auaritiam, libere viuit, & voluntariè; cum enim nulla maior peſtis hominum naturam inuaſerit optime ſeruitute definitur, cum nihil naturæ charius libertate ſit, Nihil ſeruitute miſerius. teterrimum, & fatale Remp. gubernantibus vitium, ita quod Apollo Pythius oraculo edidit Spartam nulla re alia niſi auaritia eſſe perituram, videmus, non ſolum Lacedemonijs, ſed omnibus Populis opulentis prædixiſſe, ſiue enim ſceleratè quęſtui habeat Remp., ſiue ſordidiſſima largitione quis tentet, quod virtute facere debuiſſet, peſſime Regnum diſrumpit ad boni communis derelictionem neſaria captum auaritia, & ad omne libidinis genus inquinatiſſima mercede con- Lib. 6. de Rep.

conductum. D. Ambroſius de Ieſu Naue. Ad vocem eius ſol ſtetit, auaritia non ſtetit. Itaq; nulla virtute, qui præſunt meliores, quam abſtinentia, & continentia, quibus repagula iuris, & vincula bonorum continentur. *Neq;, vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* Dominationis durius ſine virtutis aliquo nomine pronunciatæ odioſum nomen eſſe fugiendum, vt in ſuſpicioſiſſima re Princeps nõ modo crimen, ſed etiam omne maledictum effugiat; magnificentia quadam animi, & rerum humanarum deſpicientia Princeps, cum grauitate, atq; conſtantia, tum etiam animi tranquillitate, ſecuritateque parens, non cupiditate inanis gloriæ, erepta libertate dominus, animi perturbatione, iracundiaq; dominator. Itaque quod magnanimi Imperatores propter modeſtiam, & maledicentiſsimum Populum cauendum eſſe duxerunt, ſanctiſsimus Petrus omni animi penitus contentione ſuſtulit. Itaque non dominari, eſt omni perturbatione vacare, capeſcere Remp. propter adiumenta, quæ habet à natura rerum gerendarum, fortis, & magni animi dignitatem, non vt ne qua re egeat, ne cui pareat, vt libertate, vt velit vtatur. qui enim ſe intelligit perſonam ciuitatis gerere ſuſtinendum eius decus, leges ſeruandas, deſcribenda iura, & ea fidei ſuę commiſſa eſſe meminiſſe oportere, is aptiſsime ſe quadam prę clara forma glorię ad Remp. accomodauit. Auguſtinus. Sed fœlices eos dicimus, ſi iuſtè imperant, ſi inter linguas ſublimiter honorantium, & obſequia nimis humiliter ſalutantium, non extolluntur, ſed ſe homines eſſe meminerunt.

Lib. 2. off. c. 16.

De Ciuit Dei lib 5. c. 24.

Neu pete præſcriptos homini tranſcendere fines.

Claud. de 4. Honorij Conſ.

Itaque quantum Princeps conniti animo poteſt, non feruentior animo, ſed moderatior ſapientia, tum artibus, tum opera, tum facultatibus hominum inter homines deuinciet ſocietatem. Neque enim ſapiens ille præmia prętermiſit. *Cum apparuerit Princeps Paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam.*

Principis esse seruire, hoc ipso Imperium magnificere. Quomodo necesse sit à bono Principe contemni Principatum. Quæ altitudo superbiæ, & quæ moderationis propria. Prægrauare se ipsum Principis est, vt qualis iudicio aliorum sit futurus, talis esse debeat.

CAP. III.

NEC Christus contentus erat si uocaretur. *Dominus, & Magister.* Nisi suis seruiret. Nam iniuncto grauissimo onere imperij, & sapientię propriam voluntatem relinquendam, induendã publicam personam Principis, quamobrem ad illum Principem Christus. *Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas, vbi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis.* Vt neque propter desidiam laborem fugeret, neque propter superbiam supplices repudiaret, nec rerum neglectio improbitatem coargueret. Sed dignitas summa in vniuerso labore, singularis humanitas in prouidendi diligentia, in probatissima bonitate ipsa perspiceretur cognitio Reipublicæ. hoc est robur, si remittant superbiæ spiritus, comprimant vanitatis animos, sedent arrogantiam opinionum, in moderatione, christianaq; humilitate Princeps ciuilium virtutum faciem, atque usum expressum esse fateatur. Argumentum adultæ sapientiæ, non errare animo, quò fert uoluntas, non uolitare mente, quo ducit spes, non insultare in uia lubrica, sed instabili, & plana gloriari, quando utilitas Reipublicæ, fides hominum discrimen Regni uocat, uelut in campo uirtutis excurrere, uirtuteque superare armat mira machinatione rerum Principes patria, illaqueatq; uirtutibus, ut se ad optima, quæque conuertant, & omnibus dignissimos fingant, ut hominibus incipiant imperare alij eos cingant, Deus conscientiæ uinculis, homines existimationis laudibus, ut ad Deũ uerisme, ad homines pudentissimè dispositi, digni Regum celebratione laudentur, quare aptissimè Imperatores cingulum titu-

Ioan. 13.

Ioan. 21.

L. vl. lib. 13. de præp. sac. sub.

titulum dignitatis, & sequestrę virtutis ad gubernandum clarissimum pignus magistratibus dedidere, vt quod ipsi propter monumentum proposiți assumpserant, ministri, seu adiutores imperij ad commonendum seipsos, & spem ciuium in honore præferrent. Valerius Flaccus testis est, cingulum insigne regium fuisse. L. omnes de Metatis, & Epidemeticis lib. 12.

medio Rex aggere longo
Eminet, huc crebris quatiens singultibus ora
Aduolat Æsonides, celsoque reponit in ostro,
Dat pictas auro, atque ardentes murice vestes,
Quas rapuit telis formosa vocantibus Austris
Hypsipile, galeam, dilectique cingula Regni
Injicit: Lib. 3. Argonauticon.

Cingulum zona est, quæ regalem purpuram significat apud Herodotum, vt Suidas autumat, quia purpura Regum ornamentum est, sed idem Suidas Zona, hoc est dignitate insignes in Republica intelligi magistratus autor est. Aperte pro diademate accipitur cingulum, quo cum se suspendere Monyma Mitridatis vxor uoluisset, ò infelix ait cingulum, quod nec in tam tristi ministerio aliquid opis afferre potuisti. Cingulum pro fascia, quæ inuentore Libero patre diadema est. Valerius Maximus de Pompeio. Cui candida fascia crus alligatum habenti, Fauonius non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema. Exigui panni cauillatione regias eius uires exprobrans. Vt Cic. ad Atticum. Etenim mihi caligæ eius, vt fasciæ cretatę non placebant. Cingulum pro potestate Principis. *Vocabo seruum meum Eliacim filium Elciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius.* Pro manifestissimo indicio clarissimę, maguæq; auctoritatis. *Erit quasi pater habitantibus Jerusalem, & domui Iuda.* Cingulum pro imperio, alio in loco. *Transi terram tuam quasi flumen filia maris, non est cingulum vltra tibi.* Quia res maritimæ, quibus diù Tyrij valuerunt, vna cum Imperio maris erant mutandæ. Ideo *manum suam extendit super mare, conturbauit Regna.* Cingulum balteus, quo summa uirtus ostentatur. *State lumbis circumcinctis balteo veritatis:* Regum nomen prę se fert. *Nam expoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua, vsq; ad gladium, arcum suum, & balteum.* Vt cumq; proui, & potentiæ iure. *Balteum Regum dissoluit.* Cingulum pro Zona Regum insula, *Conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similiter filio hominis,* Lib. 1. c. 21. Libr. 2. ep. 3. Isai. 22. Isai. 23. Ephes. 6. 1. Reg. 18. Iob. 12. 1. Apoca lyp.

vestitum podere, & præcinctum ad mamillas aurea Zona. Filius hominis Rex homo est, aurum propter nobilitatem præstantis naturæ coronarium, igitur aurea zona regia est. Quare Angelis, qui orbi terræ præsunt, pro decore administrationis aurea zona decreta est. *Exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo, et candido, & præcincti circa pectora Zonis aureis.* Igitur cum cingulum multis modis ornet, & quadam præclara significatione Principum uirtutes admoneat; sapienter Christus regia sententia, Petrum extremis pænè verbis sapientiam summæ potestatis edocuit. Non cingimus capita, sed mentes coronamus. Nicephorus Callistus de Placilla Augusta ad Theodosium, considerare te semper coniux suauissime oportet, & quis nam antea fueris, & in quem locum te euexerit vniuersitatis huius Deus. si enim perpetuam, eius rei obtinueris memoriam, non prorsus te ob accepta beneficia, erga eum ingratum præstabis, sed ex præscripto legum Dei, quod ab eo accepisti, gubernabis imperium, & ita eum, qui id tibi, vt fideli ministro commisit, rite coles.

15. Apocalyp.

Li. 2. c. 42.

mentemq; domet respectus honesti.

Domini est Dominari, magistri docere; nihil maius, nihil diuinius, potentia socia sapientiæ; sed non possunt non tantę seruire virtutes, nam frugalissimæ sint necesse est; seruit ergo admiculis potentiæ sapientia, & salubritate sapientiæ moderatissima potentia est; absit ergo immoderatio, hic enim dominatur, vt seruiat, ut sit saluti omnibus, captus enim amore ciuium; ergo seruus Dominus, ergo moderatissimus Dominus, quem conuenire omnibus promptum. *Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire.* Par humanitate infimis, qui omnibus excellit dignitate. D. Ambros. de Dauide. Non mediocre illud præsertim in Rege, sic obire humilitatis munia, vt communem se exhiberet etiam infimis. Ad Augustam Pulcheriam, & Marcianum Imperatorem Patres Nicæni Concilij. Quibus religionis est, vt ad eos facilè accedatur. nonne vt Seneca? Consuetudo ista vetus est Regibus regesq; simulantibus, populum amicorum describere, est proprium superbię magno æstimare introitum, ac tactum sui liminis pro honore dare, vt ostio suo proprius assideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sint hostia, quę receptos quoque excludunt. Eutropius de Traiano. Amicis eum culpantibus, quod nimium circa omnes communis esset, respondit talem se Imperatorem esse

Matt. 19.

Libr. 2. officc. c. 7.

Act. 3.

Lib. 6. de benef. c. 33.

esse priuatis, qualem sibi Imperatorem priuatus optasset. Cicero. His rebus nuper Cn. Octauius iucundissimus fuit, apud quem primus lictor quieuit, tacuit accensus; quoties quisque uoluit, dixit, & quam uoluit diù, quibus ille nimis fortasse lenis videretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Epist. 1. lib. 1. ad Quint.

D. Ambrosius de Moyse, Cum Deo constanter loqueretur, homines tamen humili, & grata appellatione affari solebat, merito æstimatus supra homines, vt & vultum eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent. quia sic sibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur. Quid eius imitator, Sanctus Dauid electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis, & blandus, humilis spiritu, Sedulus, facilis affatu, nec solum ætate pueros propter lenitudinem, sed propter moderationem tenuiores fortuna, & copijs intellige; dixerat enim ille minime difficilis Princeps. *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus*. Optime prouisum omnibus cum infirma incipiunt esse diuturna. *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*. Ne potestatem ob seipsam, sed ob animarum salutem appetere videretur. Plinius de Traiano. At quo temperamento Dij boni potestatem tuam, fortunamque moderatus es, Imperator titulis, & imaginibus, & signis, cœterum modestia, labore, vigilantia Dux, & legatus, & miles. *Qui præcessor est sicut ministrator*. Theodosius & Valentinianus Imperatores ad D. Cyrillum hactenus quidem Reipublicæ augendæ ministramus, per omnia vero subditis, vt ita dicamus seruientes, vt piè viuant, & conuersentur. D. Ambrosius de Dauide. Ante Regnum se pro omnibus offerebat, Rex cum omnibus æquabat suâ militiam, & partiebatur laborem, fortis in prælio, mansuetus in Imperio. *Rectorem te posuerunt noli extolli, sed esto quasi vnus ex illis*. Claudianus. Lib. 2. off. c. 7. Matt. 9. Matt. 20. In Paneg. Luc. 22. D. Cyril. epist. 17. Eccl. 32. In sexto Honorij consulatu.

Publicus hinc ardescit amor, cum moribus æquis
Inclinat Populo Regale modestia culmen.

Ideo *ministrare*; quia quamuis Imperium præ altitudine spiritus, docendo sapienter, & bene agendo contemnere videri posset; reuera magnificaret, qui minime nomine ostentaret, sed exequeretur uere in peruulgatam opinionem eorum, qui uiciosissimè Reges non administrantes, sed administrandos esse uoluerunt. Essentia Regni obsoleta, florente vmbra uanitatis: est enim instar animæ Rex, instar corporis, quæ apparet celsitu-

In bello Iugurt. dinis pulchritudo, Saluſtius, Quaſi Prætura, & conſulatus, atq; omnia alia huiuſcemodi per ſe ipſa clara, & magnifica ſint, ac non perinde habeantur, vt eorum, qui ea ſuſtinent, virtus eſt. ille igitur egregiè animaret, & velut forma ad illuſtriſſimæ vitæ gloriam omnia reuocaret, ſpirituque ſeruiret, vt ipſi præ-

Iſ libr. de amicitia. clarius opera ſeruiretur: Si enim, vt ait Cicero. Imbecilla eſt ad contemnendam potentiam natura humana viribus inferior potentia eſt; debilitata igitur vitijs, quorum impulſu ambitioni, licentięq; improbiſſimis Dominis paret, ut aduerſus iuſtitiam uim quærat, nec ſolum poſsit humana, ſed iura diuina uiolare, ſapientia igitur inuictiſsima eſt, quia ſapientia poteſtatem propter leges colit, non propter libidinem appetit, ſapiens igitur negligit ea, quibus nihil inſipiente intolerabilius. D. Am-

Lib. 5. Hæxame. cap. 5. broſius. Quem inuenias hominum, qui ſponte deponat imperiũ, & ductus ſui cedat inſigne, fiatque uolens numero poſtremus ex primo? Nos autem non ſolum de primo, ſed etiam de medio ſæpe contendimus, & primos diſcubitus in conuiuio uendicamus, ac ſi ſemel delatum fuerit, uolumus eſſe perpetuum, ideo inter grues æquanimitas in laboribus eſt, humilitas in poteſtatibus. admonentur, ut exerceant cuſtodię uices, non admonentur, ut de poteſtate decedant, quia ibi naturalis quies ſomni interpellanda, hic uoluntarię ſedulitatis gratia præſtanda eſt. Nemo igitur bonus Princeps eſſe poteſt, niſi qui dignitatem ſpernit, ipſa ſuperior, tunc armis natura, uitia, quibus in ſpem malam inducitur, & tyrannidem ſuperabit, ut gaudens officio lætetur, non faſtidio, & contumacia efferatur.

Latius regnes auidum domando
Spiritum.

15. ad Rom. Ergo concludimus. *Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes*. Altitudo ſuperbiæ eſt, non dignitatis, quæ ijs contraria eſt, qui humiles ſunt, abſque fortuna, & poteſtate. Cum uero munita magiſtratu alta ſapientia iuſtiſsimo patrocinio inferiora tegat, quibus ſuccurrendum eſt, aduerſari, crimen proterui animi eſt. Si enim ſapientes intelligas humiles, qui propter deſpicientiam rerum ſe ab hominum ſuperbia, & vanitate vindicarunt. quid improbius, quàm ſe mitiſsimæ, vtiliſſimæq; ſapientiæ alumnis opponere, temereque, & ſtultè in

Lib. 9. c. 4. Regno, hoc eſt in ſapientię propria fruge verſari? Vt Valerius Maximus. Adeo felicitatis, & moderationis diuiduum contubernium eſt. Quare. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem*

1. ad Cor. 4. *pro-*

pronocantes, inuicem inuidentes. Inanis gloria non ſolum vitij, ſed ignorantię eſt; nam abſque virtute inanis eſt gloria. Nihil igitur, niſi turpitudo, abſque virtute, nam aliquid ſit neceſſe eſt. re ipſa igitur vitium, quę turpiter inanis eſt gloria. D. Ambroſius. Potentię quoque cupiditas, formam iuſtitię uirilem effęminat, quomodo enim poteſt pro alijs interuenire, qui alios ſibi ſubijcere conatur, & infirmo aduerſus potentes opem ferre, qui ipſe grauem libertati affectat potentiam. Cum enim non inuenit, quod quęrit fallaci adductus opinione, ignorantia tenetur. Cum oblitus nequitia, ardet cupiditate vitioſiſsimus eſt, quæ ijs declarantur, quæ ſequuntur, nam laceſſere iniurioſi hominis eſt, inuidere immoderati, contra tueri, & vt ſua, ſic aliena fortuna eſſe contentum, communis, & Regiæ moderationis eſt. Diuus Ambroſius. Rex dicitur quòd regere ſe nouerit, arbiter ſui iuris ſit, ne, non captiuus trahatur in culpam, nec præceps feratur in uitium. Ille in Ioanne exemplo eſt. *Sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes non recipit nos.* In illo ambitioſus, in hoc inuidus; niſi enim inuidiſſet virtuti, recepiſſet, niſi ambiret libidinosè, ad rem gerendam adiumenta perito, & bono gratularetur. Statius.

Lib. 1. de Cluit. Dei cap. 24.

In ep. 3.

Lib. 1. Thebaid.

Et nondum craſſo laquearia fulua metallo
Montibus aut alte Grais ſuffulta nitebant
Atria, congeſtos Satis explicitura clientes.
Non impacatis Regum advigilantia ſomnis
Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes
Excubiæ, nec cura mero committere gemmas,
Atque aurum volare cibis, ſed nuda poteſtas
Armauit fratres; pugna eſt de paupere Regno.

Stimulis fodiendus, & pro medicina oratione cruentandus erat. *Cómoneam eius opera, quę facit, verbis malignis garriens in nos, et quaſi non ei iſta ſufficiant.* Reprehendendus ob animi contumaciam, & volubilem linguæ loquacitatem, à nimia appetitione ortam. D. Auguſt. Beatos Imperatores eſſe, ſi luxuria tanto eis caſtigatior, quanto poſſet eſſe liberior, ſi malunt cupiditatibus prauis, quàm quibuslibet gentibus imperare. Plato. Ita habeto hoſpes maximã optimamq; victoriam eſſe, vt quis ſeipſum vincat, vt vero quis à ſeipſo ſuperetur, omnium peſsimum, turpiſsimumque eſſe hęc ſignificant, bellicum quiddam in nobis ipſis aduerſus nos ipſos eſſe. Iſocrates in Nicocle. Impera tibi ipſi non minus, quam, & cæteris, idque maximè Regium putato, ſi nullis libidinibus ſer

De legib. 3.

uias.

virtutem labefactandam, eneruandamque Romanam peregrinę consentire nequitiæ; tantumque authoritate ualuit, ut eius uerbis commota senatoria prouidentia, etiam subsellia, quibus ad horam congestis in ludorum spectaculo, iam uti ciuitas cœperat, deinceps prohiberet apponi. *Vobis legisperitis væ: quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.* Eadem lege sibi, & alijs Princeps imperet, seseque ijs omnibus temperabit, quæ non primum sui ipsius seuero sibi, alijs exemplo suaui humanitatis, & iuris moderatissima ratione censebat. Quare totum se tradet negotio, humerosque oneri Regni subijciet, non digitis, nec manu egisse contentus; nisi penitus animo, & corpore non ad leuia, & suauia; sed ad grauia, altaque contendat. alios onere grauare, & delibare quicquam oneris, non seipsum prægrauare tyranni est, nam minimè suum explet munus. si sarcinas propter, vnumquemque benè moratum ciuem conficis, ò Rex, tua maxima sarcina communis est, Si grauaris, nemo belli, & pacis onus portare potest, si flosculos carpis, non sustines onera, sine imperij pōdere leuissimus euanescis, sub sarcinis populus gemitu, questuq; prosternitur. D. Gregorius. Nā quanto quis hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, eisq; ipsis populis mente, & cogitatione supponitur, quibus superponitur dignitate. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Quod mihi iugum est, alijs est suaue, quod onus, alijs leue, igitur onera non grauate, neq; acerbè imponuntur; Non ergo immoderatè, nam onus meum, proprium onus est, quod non affligit extraordinaria diri seruitij molestia, famulos fortunę mortales. Pro dignitate ergo particeps oneris, onustus imò qui summus est, qui quamuis oneratus celso animo incedis, liberè dicito: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Moderationis, prout vnusquisq; potest moderari est. Et nonne populus mutuo, fessum principem subleuaret? *Omnia ergo quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Quia si vna eademq; omnibus prouidentia, nonnè tu vnus idemq; cū omnibus? inter homines nulla diuersa ratio, sed omnes proportio adæquauit. Si princeps es, quæ sunt tui officij, exhibe, sui potestarem faciat ciuis necesse est, primus incipe, qui princeps es, munera omnium ipse perficies. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis.* Prouidentiæ vaticinium est, suppar principi virtute ciuis. Ergo in te ipso omnium partes, & virtutes expen-

Luc. 11.

Iī. 2. mor. c. 12.

Matth. 11.

Matt. 11.

Matt. 7.

Matt. 4.

pende, quæ cum appetentia effrænata facesſit,& ſedatis perturbationibus animum ſui ipſius veteraſcens, placidaq; cognitio tranquillauit;ò Princeps,tuę incremento modeſtiæ,pro meritis
Ad Rom. 14. gratiſſimis moderationis augentur. *Beatus,qui non iudicat ſemetipſum in eo,quod probat*. Nam ſi in eo,quod nō probat,minime ſe ipſum iudicare virtutis eſt, in eo, quod probat, beatitudinis, quod enim non probatur euidens eſt,quod probatur,ſæpe in opinione ineſt. Manifeſta mala fugere bonum eſt,illa etiam, de quibus vereatur ſummum bonum, cum autem ſimpliciter ſit vir-
Ad Rom. 12. tus minime ſeipſum iudicare. *Mihi autem pro minimo eſt vt a vobis iudicer aut ab humano die, ſed neque meipſum iudico*. Reſtat, vt cum boni viri ſit vitia execrari, tum optimi minime vt libet,leuiter
Epiſt. 58. de ſe ipſo exiſtimare. Diuus Ambroſius de Theodoſio magno. Verè Dominus propitius eſt Imperio Romano,quandoquidem talem Principem elegit, vt cuius virtus; & poteſtas in tanto Imperij conſtituta culmine Triumphali, tanta ſit humilitate ſubnixa, quòd virtute Imperatores, humilitate vicerit Sacer-
In Paneg. dotes. Plinius de Traiano. Tibi contra,& moderatio tua ſuaſit, & ſanctitas, vt te & religioni Deorum, & iudicijs hominum exhiberes. Quare ſapiens ille parui putat iudicari ab hominibus, in quorum luce ita viuere oportet, vt videri ab alijs cenſeriq; iucundum, & honeſtum ſit, neque ſuſpicabitur tempus,cuius diuturnitas integritatem famæ cuſtodit. Quare à ſe transferre ſui iudicium ad alios conſtans moderatio eſt: cum ad hoc propoſitum, vt alijs firmiſsime placeat,uirtutes ſibi neceſſarias ar-
Ad Rom. 15. bitretur. *Debemus autem nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere*. Vnus cuiſq; aures fœdiſsimè propria imbecillitas titillat, ſeipſum enim cohibere magni animi eſt, geſtire inaniter, & efferri, leuitatis: Quomodo igitur malis aliorum medebitur, qui ſua pati non poteſt? Quomodo ſuſtinere alios,qui nec ſpiritus,nec ſapientium ſibi monitis imperat? vt enim ſe bonarum rerum tractationi dedat illis vacuus ſit neceſſe eſt,quibus impeditur, ne ſui Dominus aliorum liberè, iuſtèque Princeps in altum virtutum propoſitus ſit. Quam-
Iacob 3. ob cauſam. *Nolite plures Magiſtri fieri fratres mei, ſcientes, quoniam maius iudicium ſumitis; in multis enim offendimus omnes*. Qui enim in quolibet genere primarius vir creari vult, niſi omnium impudentiſsimus, perfectus intelligentia rei, & melior virtute alijs deſideret uideri,neceſſe eſt. Multo igitur magis præſtans eſſe animo, menteque contendet. Nam niſi ob

animi

animi veritatem talis videri cupit, præpostere sibi aduersatur. Igitur, qui bonus est, non ob aliam causam qualis, quam quia talis est videri concupiscit, neque enim arduum quid esset amplexatus, nisi se si non superiorem, at æqualem rei gerendæ putauisset. Quare. *Si quis Episcopatum desiderat bonum opus desiderat.* 1. Ad Tim. 3. In speculis enim diuersi generis Episcopus, & Rex sunt: hic publicas res, spirituales Regni, ille publicas spirituales Ecclesię speculatur, vt Constantinus Max. de se ipso ad Episcopos, Vos inquit intra Ecclesiam, ego extra Ecclesiam, a Deo Episcopus constitutus sum. Amborum opus bonum, quibus exploratissima Respublica diuina, & humana. Malum modo est, quod suaptè natura bonum, qui nihil aliud curant, laborantq; nisi, vt ex vigilijs, & negotijs transactis spectentur, optata munera ratione directa tenuerunt. D. Ambros. Iam si quis consilio, vsu, ministerio, officijs popularem comprehendat gratiam, aut si quis periculum suum pro vniuersa plebe offerat, non est dubium, quod tantum charitatis a plebe in eum refundatur, ut populus salutem eius, & gratiam sibi præferat. Boethius. Tu mihi, & qui te sapientium mentibus inseruit Deus, estis conscij, nullum me ad Magistratum, nisi commune bonorum omnium studium detulisse, Inde cũ improbis graues, inexorabilesque discordię fuere, & quod conscientiæ libertas habet, pro tuendo iure, spreta potentiorum semper offensio. Vt Seneca. Sint hi Reges, quia maiores eorum non fuerunt, quia pro summo Imperio habuerunt iustitiam, abstinentiam, quia non Rempublicam sibi, sed se Reipublicæ dicauerunt. Plinius de Traiano. O nouum, atque inauditum ad Principatum iter; non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena vtilitas, alienus timor, principem fecit. Videaris licet quod est amplissimum consecutus inter homines: fœlicius tamen erat illud: quod reliquisti: iub bono Principe priuatus esse desijsti, assumptus es in laborum, curarumq; consortium: nec te læta, & prospera stationis istius, sed aspera, & dura ad capessendam eam compulerunt. Vt ait Cicero. Huic tu vero quas diuitias obijcies? quæ regna? qui ista omnia putat humana, sua bona diuina iudicat. Diuus Augustinus. Locus verò superior, sine quo regi Populus non potest, & si ità teneatur, atque administretur, vt decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quærit charitas veritatis: negocium iustum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, præcipiendæ, atq; intuendę vacandum est ve-

Buf de vita Const. lib. 4. c. 24.

Lib. 2. off. c. 7.

Lib. 1. de Consola. prosa 4.

Lib. 4. de benef.

In Paneg.

Lib. 3. de Rep.

De Ciuit. Dei lib. 19. c. 19.

ritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſsitatem. Sed nec ſic omnimodo veritatis delectatio deſerenda eſt, ne ſubtrahatur illa ſuauitas, & opprimat iſta neceſſitas. Qui vero labuntur, ſtultitia, dolisque muneris ſui bona adulterarunt, nonne immoderati animi feruent audacia? Saluſtius. Nam gloriam, honorem, Imperium, bonus, & ignauus æquè ſibi exoptant, ſed ille vera via nititur, hic quia bonæ artes deſunt, dolis, atq; fallacijs contendit. Magna igitur pœna afficiendus, qui cum vitio ad dignitatem aduolauit, & ſeipſum noſcere debuiſſet, maxima ſui damnatione, ſeipſum fefellit, & obfuit vniuerſis. Quid difficilius, quam benè agendo ſeipſum nouiſſe videri? gratiæ diuinæ penitus eſt, non humanæ virtutis. *Stultorum infinitus eſt numerus.* Amor proprius fidem iudicij derogat, quo enim teſte ſibi quiſq; credit, niſi affecto animo? Niſi quis Deo plenus de ſe ipſo bene ſentiret, & laudabiliter loqueretur. *Non quaſi propter penuriam dico, ego enim didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe.* Siue vt Plato. Hanc ille ſapientibus capeſsendæ Reipublicæ neceſſariam cauſam eſſe monebat, ne improbis, flagitioſisq; ciuibus vrbiũ, relicta gubernacula, peſtem bonis, ac perniciem inferrent. Plinius de Traiano. Recuſabas enim imperare, recuſabas quod benè erat imperaturo. igitur cogendus fuiſti, cogi porrò non poteras, niſi periculo patriæ, & mutatione Reipub.: obſtinatum enim tibi non ſuſcipere Imperium, niſi ſeruandum fuiſſet. Ita quę cauſa optimorum Principum, eadem prouidentiæ. Boethius. Fit autem ſæpè vti bonis ſumma rerum regenda deferatur, vt exuberans retundatur improbitas. Plutarchus de Numa. Quod ſi ipſe, neq; diuitiarum egeas, quoniam tuo contentus ſis: neque imperij, neque ditionis gloriam ambias, quoniam eam meliorem ex virtute poſsideas: at ipſum regnandi munus Dei miniſterium ducens, qui profecto erigit, neque iacere tantam in te iuſtitiam, otioſamque eſſe patitur, ne fuge: neque e vita imperium, quod prudenti viro ad præclaras & magnas res obeundas præſtiterit locum.

In proem. Catilin.

Eccl. 1.

Ad Phil. 4.

Lib. 1. de Rep.

In Paneg.

Boetius lib. 4. de conſ. proſa 6.

Optimos

Optimos rogandos esse, vt regnare velint, nam nihil regno periculosius, Regnũ petere deplorandæ impotentiæ esse, gerere summæ difficultatis, tanto magis, duce Deo, confugiendum ad moderationem. Temperatum Regnum ab autore comprobari, ideo Principem coram Deo, & hominibus liberæ Senatum sententiæ lege consulturum.

CAP. IIII.

INcredibilis illa Romanorum continentia, & temporum disciplina, cum more maiorum placatum campum sæpius ambicioſorum ciuium vocibus, vt violentiſſimis tempestatibus attolli, & agitari viderent, consuluerunt, quæ apud Ciceronem Cato Maior, in agris erant tunc Senatores, ideſt ſenes siquidem L. Q. concinnato in agro aranti nunciatum est eum Dictatorem esse factum, cuius Dictatoris iussu magister Equitum C. Seruilius Hala Sp. Melium Regnum appetentem, & occupare volentem interemit, à Villa in Senatum accersebantur Curius, & cæteri ſenes; ex quo, qui eos accersebant, viatores nominati sunt. Solum eos in maximis periculis dignos temporibus Reip. iudicabant, qui cum magni viri, tum se moderate publicis rebus temperassent, ij extracti casis, & rogati potius Remp. gubernarent, quam illi, qui cum opinione sapientiæ temeritatem proprij iudicij commiscerent, illi enim temperantia sapientes, ij forte stulti, & leues cupiditate. Nam quis mediocriter prudens publici officij rationem omnibus probare posse confideret? Cicero sapienter exclamat. O conditiones miseras administrandarum Prouinciarum: in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum: vbi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata: sermo insidiosus, assentatio pernicioſa: frons omnium familiaris, multorum animus iratus: iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ: venientes Prætores expectant, præsentibus inseruiunt, Pro L. Flacco.

abeuntes deserunt. Quæ multo magis ad moderatores rerum publicarum spectant, quibus tamquam in aliquod pistrinum continui negotij compactis, incredibilis negotij, & laboris res multo maxima proposita est, quod fretum, aut quis Euripus, tot motus tantos, & tam varias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet populi, patriciorumque natura? D. Gregorius Nazianzenus. Sed sit aliquis non modò à vitiorum contagione purus, verum ad summum etiam veritatis fastigium euectus. Haud equidem uideo, quanam scientia instructus, aut quibus viribus fretus, huiusmodi præfecturam intrepidè suscipere queat. Nam profecto ars quædam artium, & scientia scientiarum mihi esse videtur, hominem regere, animal omnium maximè varium, & multiplex. Nihil incertius opinione, nihil studijs fallacius, nihil obscurius voluntate, cum his agere cui liceat? nisi qui diuini spiritus instinctu imperium petendo, iudicet id futurum Reip. salutare? alia omnino petitionis causa animi quodam impetu imperiosi, & insani existat necesse est. Sapiens. *Noli quærere à Domino ducatum, neque à Rege cathedram honoris*. Si enim suis agitati ciues fragilitatis humanę procellis, quas tempestates Principem subire oportet, qui eadem imbecillitate, & commutatione naturę ex alto in puppi sedens, in portum, quo magna iactatione dirigit fluitantem Reip. nauem, inuehitur? Princeps enim multo difficilius seipsum vincet, quam bene alijs imperabit: cum ad hoc, quod est maximum, illud multo maximum necessarium sit, nihil maius, nihil diuinius est Imperio salutari; quale sit hoc, quod intelligentes Principes aspernantur, appetunt insipientes, expende; nam vt quisque stultissimus, & impotentissimus regnandi cupidissimus est, vt sapientissimus, & moderatissimus à dominatu maximè abhorrens, præcipuè cum iuuenilis gloriæ æstus defer-buit, & maturitate quadam tempestiua nimias cupiditates ætas mitigauit. Est deplorãdę impotentię à moderatione, temperantiaq; omnino dissidentem, durissimi ingenij, & stupidi animi monstris insanire. Tacitus. Quippe Augustus supremis sermonibus cum tractaret, qui nam adipisci Principem locũ suffecturi abnuerent, aut impares, vellent, vel ijdẽ possent, cuperẽtq;; M. Lepidum dixerat capacem, sed aspernantem; Gallum Asin. auidum, & minorem. L. Arruntiũ non indignũ, & si casus daretur ausurum. Ex vulgi sensu illa sententia, vt ætas illa vanissima. Tacitus. Adeo non principatus appetens, ut parum effugeret, ne

In prima orat.

Eccles. 7.

Lib. 1. Annal.

Lib. 3. Histo.

dignus

dignus crederetur. Pauciſſimi Reges portum, pauci ne ſtationem quidem tenuerunt, aliqui terram viderunt, fermè omnes vaſtus hic occeanus ſollicitudinum, rerum, & difficultatum exorbuit. Iſocrates in oratione de Pace. Non enim intelligebant, quam res intractabilis eſſet poteſtas, quam omnes exoptant: quamq; difficile ſit, ſi eam concupieris, a ſtatu mentis non dimoueri, & vt idem eſſet eius, quod meretricularum ingenium, quæ cum ad ſui amorem alliciant, amatores perdunt. Si enim imbecilla eſt natura humana ad contemnendam potentiam, quanto magis ad gerendam? nam ſi contemnere illecebrarum ſenſu, quo vincitur, delinitus, & cogitatione non poteſt, multo minus bene adminiſtrare voluptatibus furioſis, & agreſtibus Dominis tenetur, vt vinculis. Seneca. Hoc eſt Regnum, nolle regnare, cum poſſis. Si enim ad ſpernendũ priuari cupiditate neceſſe eſt, multo magis ad gerendum, cum anſa maior voluptati, libidiniq; præbeatur, & bene agere, honeſtiſſime deſpicere, ſplendidiſſimeq; facere comprehendat. quare ad ſapientiam perfugiendum, vt ſit Princeps, qui minime cupit, aptiſſimus, cui quamuis portus, araq. ſapientia, ille ſit ante oculos, ipſe Salomon. *Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris.* Optimus Regum. *Et certè in gentibus multis non erat Rex ſimilis ei.* Regno factus deterior. *Nec erat cor eius perfectum coram Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius.* Propter peccata, Regni pars maior ablata. *Ecce ego ſcindam Regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* De Dauide ipſe Deus. *Elegi Dauid, vt conſtituerem eum ſuper Populum meum Iſrael.* Qui maximus Regum. *Diuulgatum eſt nomen Dauid in vniuerſis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius ſuper omnes gentes.* Nihil arctius hoc uinculo. *Ego ero ei in Patrem, ipſe erit mihi in filium, qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plaga filiorum hominum, miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea.* Cuius culpa luctuoſiſſimo malo afflicta familia. *Quamobrem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, eo quod deſpexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hæthei, vt eſſet vxor tua.* Propter cuius peccata ſtrages populi. *Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt ex populo à Dan, vſque ad Berſabee ſeptuaginta millia virorum.* Si enim optimi Regum propter uitia, & incommoda publica male adeò audiue-

lib. 3. de bene.

3. Reg. 4.

2. Eſd. 13

2. Paral. 5.

2. Paralip. 6.

1. Paral. 14.

2. Reg. 7.

2. Reg. 12.

2. Reg. 24.

runt,

runt, quales cenſemus eos, qui aut boni, aut tolerabiles, aut tyranni, & quorum lingua hominum minime memoriam vſurpat? Si Deus clades, quæ populis vſu venerunt propter principum culpas demonſtraret, Salomon, & Dauid, quorum alter partem Regni amiſit, alter afflixit, ſine dubio meliores opinione, quæ de ipſis pro eorum excellentia, & aliorum comparatione habetur, putarentur; ferinè continuis aliorum Regum ſeculis corruptelæ, peſtilentiæ, fames, bella ſine aliqua intermiſsione malorum, quamuis non ſimul ſub aſpectum cadant longa temporis diuturnitate grauiora: hi enim electi à Deo, ornatique norma ſunt, vt ab hominibus factos, acclamatosque ex vſu æſtimare poſsimus. Quæ cum ita ſint, qui ad omnes voluptates repellendas, & tantum onus ſuſtinendum conſcientia, præſtantiaq; deuinctus eſt, quo ne conſilio pro poteſtate animo angitur? ſi omni vigilantia ſibi Regno inſeruiendum decreuit, cum à virtute omnis benè adminiſtrandi ratio proficiſcatur; Nihil à ſe humani alienum putat? quomodo ſe habiturum ſit corpus, vſque ad ueſperam ſcit? laborare, cum alijs obeſſe poſsit, dirius eſt, quam, cum ſibi, hoc enim tolerabilius eſt, illud ſolum impuri Tyranni populum diuexantis. Quare maximorum Principum fuit communicare Imperium, & ponere: optimorum dolenter, inuitèq; ſuſcipere: Tyrannorum occupare, arctèq; tenere. Auguſtinus de Gratiano Imperatore, qui Theodoſium ad Imperij communionem extulit. Auidior fidę ſocietatis, quàm nimię poteſtatis, idem Theodoſius, Valentinianum puerum Imperij ſui partibus, unde fugatus fuerat, eũ miſericordiſsima ueneratione reſtituit. D. Ambroſius de Dauide. Quam honeſtum, quòd Dauid eum potuiſſet Regi inimico nocere, maluit parcere? Quam etiam vtile? quia ſucceſſori hoc profuit, vt diſcerent omnes fidem Regi proprio ſeruare, nec vſurpare imperium, ſed vereri. Saltem aduerſus Chriſtianos illa euidentia valeat, quia paſsim peccamus, grauiſsimum verò communi malo delinquere. Tanto itaque Principes moderatiores, quanto grauior materies. & niſi benè acta Reſp., de ipſis crudelius ſupplicium ſumendum eſt, diuinæ more prouidentiæ. *Quoniam Iudicium duriſsimum in his, qui præſunt, fiet.* Ex Concilio Moguntino ad Arnulphum Regem. Scire etiam debet, quod cauſa, quam iuxta miniſterium ſibi commiſſum adminiſtrat, non hominum, ſed Dei cauſa exiſtit, cui pro miniſterio, quod ſuſcepit, in die tremendi examinis rationem redditurus eſt. Sto-

Lib. 5. de Ciu. Dei. Cap. 25. Cap. 26.

Lib. 3. off. cap. 9.

Sap c. 6. Sub Stephan. c. 3.

Serm. 153.

bæus

bęus ex D. Chryſoſtomo. Honoris magnitudo ijs, qui non pro dignitate eius vitam degere inſtituunt: ſupplicij acceſsio eſt. Itaque cum mala publica adeo moleſta, & calamitoſa hominum generi, quid magis neceſſarium Euangelico Principe ad Chriſti ſapientiam, continentiam, munificentiamq; perfecto? qui pro vnctione ſenſibili vnctus eſt ſpiritualiter; immitatione autem Chriſti omnis ſacramenti ſumma Hebræus Princeps, noſterq; ſe cernitur. Cum autem ea, quæ vt Rex Chriſtus geſsit, vt ſibi libebat, egiſſet probatiſsimè, non ſic noſter, qui quantum humanæ exiguę menti deeſt ſapientię, tantum ſapientum conſilijs, bonorum ſententijs, prudentium rationibus prȩcellens ipſe ſibi arbiter rerum ſapiens comparauit. *Prouidentes bona, non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.* Perfecta prouidentia, diuino iudicio, humanoq; incluſa eſt, inter quę ipſe Princeps interiectus, primas Deo deferens, bona ſecurè dijudicat. Cum enim peccati pernicies hominem ad virtutem retardaret, oportebat illum obiecta bonorum ſpecie moueri, ſed quia perturbato animo iudicium vacillabat, quę inprimis eſſentię erāt, & vitę communis, neceſſe fuit Deo auctore teneri. Sed fieri ne poteſt, ut non omnia bona coram Deo prouiſa ſint? illa enim coram Deo, quę ipſius regula, quæ quia talia coram Deo, qualia ſint, homines debent certo iudicio cernere. Nihil igitur illuſtrius, nihil clarius illis, quę diuino iudicio iunguntur, ſic igitur in promptu recondita Dei ſunt, vt in homines dominentur, quę homines faciunt plauſibilia, & popularia, bonæ mentis conſcientia, & teſtimonijs vitæ probatiſsimæ omnibus placent, neminem, vt quantum in te ſit boni, rationem comprehendat, parui decus: omnibus bono exemplo eſto, his ad laudem, illis ad correctionem, ad debita etiam officia virtutum. Sæpe bona ſpiritualia ſeuera obiurgatione, verborumque grauitate acriora moleſta hominibus, quamuis ira procul abſit, & caſtigatio nulla alia reperta medicina, omni vacet contumelia, illa enim coram Deo gratiſsimè comparent. Marcus Cato Cenſor creatus eſt, cum clamaret Populo Romano, opus eſſe medico auſtero. Iure dicere libet de Populo Romano, quod D. Ambroſius. Dilexi virum, qui magis arguentem, quam adulantem probaret. Sæpe ſapientiæ huius particeps Populus. *Qui corripit hominem, gratiam poſtea inuenit apud eum magis, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit.* Vt Diuus Ambroſius ad Theodoſium Magnum. Ego certè quod honorificentius fieri potuit, feci,

Ad Rom. 12.

In conc. de obitu Sen. Teod. Prou. 18. Epiſ. 7. ad Theo.

feci, vt me magis audires in Regia, quàm, si necesse est, audires in Ecclesia, Ita, quæ non saltem diuina, si fieri potest, simul etiam sententia humana comprobantur omnino reijciuntur. Illo genere bonorum tota salus nititur, quod homines propter Deum inter ipsos obseruant. Cum enim nihil acceptius Deo sit, quam concilia hominum iure sociata, rectores, qui ea, ciuitatesq; conseruant, non possunt non piè ad Deum adire; cum autem homines duce natura congregati spe custodiæ rerum suarum vrbium præsidia quæsierint, non possunt, non Principes iustè coram omnibus esse prouidentes, & cum nihil Princeps debeat in Republica contendere, quod suis ciuibus probare non possit, si qua res oblata, necessitasvè Reip. obuenerit, det operam, vt omnes intelligant commoditati consulendum, necessitatiq; esse parendum. Cicero. Rem populũ docento, doceri a magistratibus, priuatisq; patiuntur. Qui enim vehementer se moderatum præbuit, frugifera Reip., & sibi auctoritate glorioſa, multa ne eueniant, prouidet, si acciderint, aduersis obstat. Sæpe verò Christus humana communicatis consilijs voluntate modestissimè obsecundante Patri, nec bonæ famæ despectione tractauit, vt in illis ad Philippum. *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Ab Isaia *consiliarius* appellatus: Petrum enim, Iacobum, & Ioannem sibi præcipuos ad terrena, & cœlestia peragenda delegarat. Tiberius in Tacito. Plures facilius munia Reip. sociatis laboribus exequuturos. Plinius de Traiano. Nunc singulos, nunc vniuersos adhortatus es resumere libertatem, capessere, quasi communis Imperij curas, inuigilare publicis vtilitatibus, & insurgere. D. Ambrosius. Sed postquam dominandi libido vendicare cępit indebitas, & susceptas nollet deponere potestates, postea quam militia, non ius commune cępit esse, sed seruitus, posteaquam non ordo factus est suscipiendæ potentiæ, sed studium vendicandę, cępit etiam ipsa laboris functio durius sustineri, & quæ non est voluntaria, cito locum relinquit incuriæ. Vt in Homero Agamemnon. Enixè decem simile; consilio Nestori Heroas deliderauit. *Consiliarius sit tibi vnus de mille.* Quia rarissima, vel dono, vel natura sapientia consilij. Nam diuinę sapientię est, prout libet agenda decernere. Princeps optimus fragilitatem naturę cognoscet, magnitudine nominis moderatissimè vtetur. Non ipsius regnantis vnitate, sed illis adiumentis maximis plurimorum sapientium, fortiumque consilijs ad quandam, quę effici potest humanę mentis industria,

3. de leg.

Io. 6.

Isaia 9.

In Paneg.

Hexæm. lib. 5. c. 15.

Eccl. 6.

ſtia, & ſtudijs infinitæ ſapientiæ, ſimilitudinem grauius accedet. Vtile quidem, vt Philoſophus. Suſpenſos teneri qui præſunt, nec facere licere quidquid vitium fuerit; propterea quod licentia agendi, quod quis velit, innatum cuiq; vitium continere non poteſt. Quare Regnum tantum, ſeu prouocatione ad Populum, ſeu ſuperioris iudicio Magiſtratus, ſeu alia lege temperatum comprobamus. Sapienter Auguſtinus. Beatos eſſe Principes, ſi plus amant illud Regnum, vbi non timent habere conſortes. Nam infinitum Imperium eſt nullo iure, nullo pudore, nulla vi coercitum, minime igitur humanum infinitum, nos quãuis optima ſolum humana inueſtigamus. illud vero Regnum immenſum licentia, vt nemo niſi imprudentiſsimus in ſuſpicioſiſsimo negotio nimię potẽtię dabit, ita nemo niſi appetens licentię, ob eamque ipſam cauſam futurus liber ad malum, libenter accipiet. *Iuſtus eſt prior accuſator ſui*. Eadem ratione legitimos voluntate Reipub. accuſatores, Magiſtratusq́; liberos ſuprema poteſtate ad recognoſcendas actiones Regias, monumentisq; patriæ fidei conſignandas, ex animo ſi bonus eſt, vereatur neceſſe eſt. Non enim poſſumus obſtare malis Regnorum, & confirmare virtutes, niſi ſublato nimij imperij periculo, cuius ſcopulum cum offendit Reſpublica, crimen quod à Rege reſilit, in ipſam recidat neceſſe eſt; ſed minime diuturnitate imperij libertas infringitur, ſi modus iuris adhibeatur. nec mirum, ſi Princeps Euãgelicus cum Teopompo de optimæ virtutis amore certet. Cum primus inſtituiſſet, vt Ephori Lacedemone crearentur, ita futuri Regiæ poteſtati oppoſiti, quemadmodum Romæ conſulari Imperio Trib. Pl. ſunt obiecti, atq; illi vxor dixiſſet, id egiſſe illam, vt filijs minorem poteſtatem relinqueret; Relinquã, inquit, ſed diuturniorem. Igitur Teopompus legitimis Regnum vinculis conſtringendo, quo longius à licentia retraxit, hoc ad beneuolentiam ciuium propius admouit. Plato de Lycurgo. Isenim, cum videret genus proprium Argis, & apud Meſſenios ex Regno in tyrannidem, iam translatum, ideoq; hos Populos, vtroſque tam ſeipſos perdentes, quam ciuitates, vtrimq;, vtrasq; timens, patriæ ſimul, & generi remedium adhibuit, Senatum: procreans, Ephororumq; Magiſtratũ in Regni ſalutem. Quapropter, tot iam ſecula ſeruatur cum gloria: poſtquam videlicet lex auctoritatis plena hominũ regina facta eſt, non autem homines legum tyranni. Statuimus igitur optimè conſtitutam eſſe Remp. tribus illis generibus, regali, optimo, & populari confuſa modice,

Lib. 6. c. 3.

Lib. 5. de Ciuit. Dei c. 24.

Prou. 18.

Val. Max. lib. 4. c. 1.

Epiſt. 8.

dice, vt Hebræorũ Reſp. Dei ſapientia ordinata, nam hortante
Deut. 1. Moyſe, legẽq; rogante, iciuit populus. *Non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, & pondus ac iurgia. Date ex vobis viros ſapientes, & gnaros, et quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponã eos vobis Principes.* Vt Cicero. Omnes optimates ſunt, qui neq; no-
Pro P. Sextio. centes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti, horum qui voluntati, commodis, opinioni, in gubernanda Republica ſeruiunt, defenſores optimatium, ipſique optimates grauiſsimi, & clariſsimi ciues nominantur, & Principes ciuitatis, quid eſt igitur propoſitum his Reipublicæ gubernatoribus, quod intueri, & quo curſum ſuum dirigere debeant? id quod eſt præſtantiſsimum, maximeque optabile omnibus ſanis, & bonis, & beatis, cum dignitate otium; hoc qui volunt omnes optimates, qui efficiunt ſummi viri, & conſeruatores ciuitatis putantur. extat lex regia, de optimatum ordine plebis ſcito ſacrata. *Tulique de tribubus veſtris viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & Decanos, qui docerent vos ſingula. Præcepiq; eis dicens, audite illos, & quod iuſtum eſt, iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus. Nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt.* Huius dignitatis hæc fundamenta ſunt, hæc membra, quæ tuenda principibus, & vel capitis periculo defendenda ſunt, poteſtates magiſtratuum, Senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iuriſdictio, fides, Prouinciæ, ſocij, imperij laus, Res militaris, ærarium. de Principatu modeſtiſsime. *Quod ſi difficile vobis viſum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam.* Non Dominus, ſed diſceptator officio, igitur lege deffinitus Rex, ad audiendum promptior benigniſsime, quam ad imperandum, itaq; penes ordines Reipub., imperij partes, vt in Republica optima omnibus eodem inductu ſingularium bonorum egregiè animatis, communis voluntas ad ſummam concordiam, & ad ſuum ius tenendum, vniuerſæ gloria Reipublicæ conualeſceret.
Ser. 141. Stobæus ex Archyta Pytagorico. Oportet ſanè, vt tum lex, tum Reſpublica, quæ excellere debent, ex omnibus rerum publicarum formis conſtet, itaut popularis aliquid inſit, & paucorum, & regiæ, & optimatum aliquid Reipublicæ: ad hunc modum Lacædemoniorum Reſpublica compoſita eſt. In ea enim Monarchia ad Reges, Anſtocratia ad ſenes, Oligiarchia ad Ephoros, Democratia denique ad Hippagretas, & Coros pertinet. Male

Tacitus

Tacitus. Nam cunctas nationes, & vrbes Populus, aut Primores, aut singuli regunt. delecta ex his, & constituta Reipublicæ forma, laudari facilius, quã euenire; vel si euenit, haud diuturna esse potest. Si euenit propter instituta præclara facillimè laudari potest, sed præstans laus Reipublicæ, in ipsius formæ virtute est, quæ quo maior, eo firmior, igitur, quæ optima est legibus, necessaria efficientia virtutis non potest non esse diuturna, summus honos, si voluntas pro lege habeatur; sed minime hac se insolentia geret prudens rerum, sui ipsius conscius à præcipitis ingenij malis alieniſsimus, tutiſsimum naturę humanæ, regnã diq; modum Princeps sequuturus: consulet igitur Senatum liberę sententiæ lege quasi inter optimates, quia *salus vbi multa consilia*, quæ nisi liberæ dicuntur, frustra cogitur Senatus. Quare Lampridius in Alexandro Seuero. Soles quærere Constantine Maxime, quid sit, quod hominem Syrum, & alienigenam, talem Principem fecerit, cum tot Romani generis, tot aliarum Prouinciarum reperiantur improbi, impuri, crudeles, abiecti, iniusti, libidinosi. ratio est. Et vt scias, qui viri in eius consilio fuerint, Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius, Cato temporis sui, Domitius Vulpianus iuris peritiſsimus, Aelius Gordianus Gordiani Imperatoris pater, & ipse re vera vir insignis: Iulius Paulus iurisperitiſsimus, Claudius Venatus orator ampliſsimus: Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Modestinus, hi omnes iuris professores discipuli fuere splendidiſsimi Papiniani, & Alexandri Imperatoris familiares, & socij, vt scribit Acholius, & Marius Maximus, Catilius Seuerus cognatus eius vir omnium doctiſsimus, Aelius Serenianus omnium vir sanctiſsimus, Quintilius Marcellus, quo meliorem ne historiæ quidem continent. His tot, atque alijs talibus viris, quid mali potuit cogitari, vel fieri, cum ad bonum consentirent? Illi Iurisconsulti, non vt nostri, qui lenocinante mercede ingenij, odio rei militares stultiſsime, ruina simulata Reipublicæ impudentiſsime Principi gratificantur, quasi stet quæstuosiſsimis, & importuniſsimis litibus, non armis, & sapientia Respublica; sed ad propositum, consilij, & summæ Reipublicæ reuertamur. Salluſtius. Atque ego in ea vita multa legendo, atque audiendo ita comperi, omnia regna, ciuitates, nationes, vsq; eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: vbicunque gratia, timor, voluptas, ea corrupêre, post paulo imminutę opes, deinde ademptum imperium, postremo

Lib. 4. Anal.

Prou. 23.

In 2. orat. de Rep. ord.

seruitus impoſita. Quomodo ne in Machabæis extra ordinem Ro-
Lib. 1. mani laudantur? *Curiã fecerunt ſibi, et quotidie conſulebant trecentos viginti, conſiliũ agentes ſemper de multitudine, vt quę digna ſunt gerant.*

Propter vltimum finem voluntatis actiones, & corporis à religione profectæ. Prima cura Principis religio eſt. Chriſtus Pontifex ſui ſacrificio Sacramentum inſtituit. Munera, cerimonias, templa culta, reliqua ſacramenta per omnes ſalutis partes explicata.

CAP. V.

SED quia hic Princeps in gradu eſt ſupremo virtutum, primum de illis diſputandum duxi, quæ neceſſariæ, & potiſſimæ Principis virtutes Chriſti doctrina & exemplo demonſtrantur. Ac primum de Religione moralium regina virtutum. hæc autem Deum pulcherrimæ huius machinę cauſam reueretur, cultum diuinum in ſacrario moris obſeruantiſſimi condit: & ea omnia molitur monumenta uirtutum, quæ forma præcellenti ultimi finis animata in pignus æternæ patriæ conferuntur. Neceſſe eſt igitur infinitæ potentię ſeruire, grato animo in Deum eſſe, opera enim exigenda iuſtiſſimi honoris, debitęq. Iuſtitię, quibus in Deum animus religioſis officijs uoluntatis, & corporis rectiſſima diuini ordinis ratione dirigitur. Quare ſi homines propter Deum, & propter homines Princeps, religionem, vſquequaque conſeruet. Dauid ad Salomonem. *Tunc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus Moyſi, vt doceret Iſrael.* Prima Principis cura. *Ioſue ait ad Sacerdotes. Tollite arcam fœderis, & præcedite populum.* Intimum patrocinium, firmiſſimum, poſtremumq; religio. Ezechias. *Perexeruntq; curſores cum Epiſtolis ex Regis imperio, & Principũ eius in vniuerſum Iſrael, & Iudam, iuxtà id quod Rex iuſſerat, prædicantes: filij Iſrael, reuertimini ad Dominũ Deum Abraham, & Iſaac, & Iſrael: & reuertetur ad reliquias, quæ effugerunt manum Regis Aſſyriorum.* Imperatores felices eſſe ait Auguſtinus. Si ſuam potęſtatẽ ad Dei cultum maximè dilatandum Maieſtati eius famulam faciunt, ſi Deum timent, diligunt, colunt. Vt Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem Dæmonibus, ſed ipſum verum

1. Para. 22.
Ioſ. 3.
2. Par. 30.
De Ciuit. Dei lib. 5. c. 24. Cap. 25.

Deum

Deum colentem, tantis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. Qui in edicto ad Christianos. Qui quidem tanquam ex crassa caligine emergentes, quia eximia sunt sacrarum litterarum cognitione imbuti, de cœtero debitum cultum erga Deum, & honorem pium, eique congruentem declarabunt. Causa alio in loco. Cęterum humanum genus allucinatum varijs errorum opinionibus, à veritate abductum: at tu per filium tuum, vt peruersitas illa non in dies magis, magisque ingraueſceret, puro lumine porrecto, omnes in tui memoriam reuocasti. Quare Imperatores Valentinianus, & Theodosius. Certum est, & nobis, & Imperio nostro vnicum esse præsidium in supernæ diuinatis fauore, ad quem promerendum præcipuè Christiana fides, & veneranda nobis religio suffragatur. Noster igitur summæ huius imitator diligentiæ. M. Varro ad Cn. Pompeium, vt quotiescunq; Senatum Magistratus coegisset, id ipsum quod primo proponebatur, ad religionem pertineret, nullaque quamquam grauior causa, vel quæ celeritatem requireret, religionem anteuertebat, vt publicorum consiliorum, quemadmodum, etiam aliarum rerum, diuino cultui primæ partes darentur. Est enim Principis cognita humana natura, illam secundum diuinæ prouidentiæ Constitutionem gubernare, hæc enim perfecta administrationis ratio, quæ omnis boni scientissima, cuius virtute summa, possit nostra beata esse natura. Igitur cum sit finis bonum humanum singulare ad præstantiorem finem diuinum bonum, vniuersaleque directum, vtriusque Princeps intelligens sit necesse est, vt natura qua tractatur sapientia, eadem progredi, ad finemque possit feliciter peruenire, cum ad inferiorem finem humana virtute, vtens mortalibus ad supremum fruiturus diuinis religione contendet, illius Princeps, arbiterque, obediens propugnator religionis, quam a Deo fide habitam, maiestati Pontificis Maximi sacrosanctæ commendatam, spiritui sancto integerrime deuotam decretis Patrum, & legibus Ecclesiæ exaggeratam, summis studijs, exemplisq; castissime obseruabit, humanis virtutibus honestissime colet, armis glorioſissime defendet. Quare Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius. Cunctos populos, quos clementiæ regit temperamentum in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolũ tradidisse Romanis, religio vsq; ad nunc ipso insinuata declarat, quamq; Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum virum Apostolicæ sanctita-

Euseb. lib. 2. cap. 41.

Eus. lib. 2. c. 56.

In Nouel lis Theod. Titu. 14.

Fulgos. lib. 1. c. 1.

Lib. 16. C. Theod. tit 1.

ctitatis, hoc eſt, vt ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, Euangelicamque doctrinam Patris, & filij, & ſpiritus ſancti, vnam Deitatem ſub parili maieſtate, & ſub ipſa Trinitate credamus, hanc legem ſequentes chriſtianorum catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes, veſanoſque iudicantes hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, nec conciliabula eorum eccleſiarum nomen accipere, diuina primum vindicta, poſt etiam motus noſtri, quem ex cęleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectendos. quare, cum authoritas, Rom. Pontificũ non ſolum fide populorum, ſed poteſtate legum inualuiſſet, Imperatores occidentis, qui acceptam, maximam maieſtatem Eccleſiæ Rom. referre debuerunt, vt in Comm. qui ordo Romanus ſolemnibus ſacris iurare ſoliti, quorum Princeps Carolus Magnus ſanctiſſime, fortiſsimeq; in nomine Chriſti ſpondeo, atque polliceor, ego N. Imperator coram Deo, & B. Petro Apoſtolo me protectorem, ac defenſorem fore, huius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus vtilitatibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio,

Epiſt. 10. prout ſciero, poteroq;. Gelaſius Pontifex ad Anaſtaſ. Auguſtum Si enim quantum ad ordinem pertinet publicæ diſciplinæ, cognoſcentes Imperium, ſibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis, ipſi quoque parent religionis Antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ vocantur obuiare ſententiæ; quo rogo te decet affectu eis obedire, qui prærogandis venerabilibus ſunt at-

Epiſt. 75. tributi myſterijs. Leo Magnus Pont. ad Leonem Auguſtum, cum enim clementiam tuam Dominus, tanta Sacramenti ſui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere regiam poteſtatem, tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maxime ad

Epiſt. 31. Eccleſiæ preſidium eſſe collatam. Idem ad Pulcheriam Auguſtam, Quoniam res humanę aliter tutę eſſe non poſſunt, niſi quę ad diuinam confeſſionem pertinent, & regia, & Sacerdotalis defendat authoritas, ergo Imperatoris iuſtiſsimæ, pro Eccleſia vltio, vt idem Pontifex ad eundē Imperatorem. Sacerdotalem, namq;, & Apoſtolicum tuę pietatis animum, etiam hoc malum ad iuſtitiam vltionis debet accendere. Chriſtus verò quantos fecit in Religione progreſſus? Imprimis Pontifex, quia generatim ipſius erat, non ſolum ſacrificare, ſed ſententiam ferre de

5. ad Heb. ſacrificijs. *Omnis namq. Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quę ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis.* Homo Antiſtes non ſolum pro populi delictis, ſed etiam pro ſuis, in ſacra operatione verſatur. *Propterea*

tera debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Chriſtus verè Pontifex Deus homo, ſupremus diuinitate, ſanctiſſimus humana virtute, ſummus diuina, humanaq: poteſtate. *Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta Populi.* Maximus, quia Deus, optimus, quia ſolum pro cæterorum peccatis apud Deum ſumma virtute gratioſiſſimus laborabat. *Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, excelſior cælis factus.* Peculiare huius dignitatis in Chriſto potiſsimum. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron, ſic & Chriſtus, non ſemetipſum clarificauit, vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum. Filius meus es tu, ego hodie genui te: quemadmodum alio loco dicit. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.* Ergo humanitus diuinisſimo modo, quod ſui erat muneris fecit, *Qui non habet neceſſitatem quotidie (quemadmodum Sacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit ſemel ſe offerrendo.* Finem amantisſime ſanguine ſuo, altisſime myſterio conſecutus. *Si enim ſanguis hyrcorum, & Taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti?* A Deo itaque conſtitutus cum pro Populo veniæ locum impetraſſet, & quæ ad Pontificium honorem, & iuris diuini ſcientiam ſpectarent religioſiſsimè munere ſuo perfeciſſet; ſacramentum altiſsimi myſterij, ſeipſum ſacrificando, confecit. *Hic eſt enim ſanguis meus noui, & æterni teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Aliter Redemptor non fuiſſet. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Diuinus doctor, vt omnes intelligerent non ſolum ſpecies illas ſignificare, verum etiam corpus ſuum verè continere aſſerit. *Caro mea verè eſt cibus, ſanguis meus verè eſt potus.* Quę aiunt vitam æternam, ergo. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Bonfinus de Henrico ſecundo Sancto Imperatore. Cum ſæpè Euchariſtia ante prælium muniret exercitum, Laurentium, Georgium, & Adrianum cum armato Angelo diuos, aciem ſuam præceſsiſſe ſuſpexit. Si ſanctè bene, contra ſi nefariè, & impiè. *Itaq; quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini.* Propter obſtinationem peccati, & ſtu-

5.ad Heb. 7.ad Heb. 5.ad Heb. 9.ad Heb. Matt. 26. Luc. 22. Ioan. 18. Luc. 24. Decad. 2. lib. 1. 1.ad Cor. 11.

porem

porem morte damnatus. *Iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini*. Quare propter irreuerentiam quondam Ecclesiæ Christianos milites, vt cruentos triennj interuallo ne ad sacram Communionem accederent, censuit. Quare ipsius Christi proprium. *Cognitus in fractione panis*. Solemnis ratio. *Accepto pane gratias egit, & benedicens fregit, deditq. discipulis suis*. Rite diuina efficacitate supplicauit. *Qui in diebus carnis suę preces, supplicationesq. ad eum, qui possit illum saluum facere a morte cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est, pro sua reuerentia*. Se hostiam æternam, vt semper suis Christianis prodesset, immolauit. *Omnis quidem sacerdos pręstò est quotidiè ministrans, & easdem sępè offerens hostias quę nunquam possunt auferre peccata: hic autè vnam pro peccatis. Offerrens hostiam in sempiternum sedet in dextera Dei*. In spirituali sacrificio Populi, sacerdotisq; absolutio rei sacrę. Nam hìc officij sui causa pontifex est. *Omnis enim pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur, Vnde necesse est, & hunc habere aliquid quod offerat*, Sed licitum est Regi. *Cumq. complesset Dauid offerens Holocausta, & pacifica benedixit Populo in nomine Domini*: Et illi Reges. *Apertis Thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, Thus, Myrrham*. Saul. *Offeras oblationem, & immoles victimas pacificas*. Domi. *Dixitq. Dominus ad Moysem: singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris*. Belli. *Ob hanc causam offerimus in donarijs Domini singuli, quod in pręda auri potuimus inuenire*. Pars crebrior, & propior causa Regis. *Pars autem Regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper, & vespere*. Imperator Iustinianus. Tua de tuis tibi offerimus serui tui, Christe, Iustinianus, & Theodora: ea tu propitius accipe fili, Dei verbum, qui nostra causa carnem assumpsisti, & cruci affixus fuisti, ac nos in recta tui fide conserua, & quam nobis commisisti Rempub., eam ad tuam gloriam auge, ac tuere intercedente sancta Deipara Virgine Maria. *Sed & si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestrę, gaudeo*. Vera dignitas propter gratiam Dei, statusque amplitudo, & virtutis. *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxtà cor meum, & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem, vt ambulet coram Christo meo cunctis diebus*. Pius animus corpus sanctum. *Obsecro itaq. vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum*. Apex religionis in ore & mente. *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labio-*

Zonaras Tom. 3. in Nicepho. Phoca.
Matt. 28.
Ad Heb. 5.
16. ad Heb.
Ad Heb. 8.
1. Paral. 16.
Matt. 2.
1. Reg. 10.
Num. 7.
Num. 31.
2. Paralip. 31.
Cedrenus in Comp. anno 142.
Ad Phil. 2.
1. Reg. 2.
12. ad Ro.
Ad Heb. 13.

labiorum confitentium nomini eius. Sacerdotis finis in ſummo gentium bono. *Vt fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in ſpiritu ſancto.* Mutuo igitur nos pro Chriſto faciamus, quod ipſe pro nobis. *Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis*. Sancti familiares, & vni propter Chriſtum ſunt. *Obſequij mei oblatio accepta fiat in Hyeruſalem ſanctis*. Varium ius ceremoniarum, in ordine, in conſuetudine, in ſupplicando. De Zacharia. *Factum eſt autem, cum ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundum conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exijt vt incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi*. Donis & præcipue pietate, quæ adeo conſequimur, compenſare debemus. *Quid enim maius eſt, donum, an Altare, quod ſanctificat donum?* Propria chriſtianæ religionis adiuncta tenenda ſunt, vt qui caritate coierunt, nihil in religione agant, niſi articulatim caritate iungantur. *Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum*. Deo ſponſa, Dei ſunt. *Miſerunt in munera Dei*. Religionis munus in notitia Sacerdotis, in expiatione mali, in obtemperatione pontificio iuri legitimum. *Oſtende te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis*. Seu propter humaniſsimę, & puriſsimæ religionis ſtatum, ab Hebręis ſimulatum improbiſsime, ſeu propter iuſtiſsimam innocentię Chriſti declarationem. *Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis dixerunt, non licet eos mittere in corbonam. Quia precium ſanguinis eſt*. Quare, vt æqualis loci honos ſit grauitati religionis. *Templum enim Dei ſanctum eſt*. Vt neceſſario pro religione concludat. *Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus*. Iure optimo vehemens in Iudęos Chriſtus. *Auferte iſta hinc, et nolite facere domum patris mei domum negotiationis*. Negotij locus, humanæ perturbationis religionis loco ſeceſſus diuini contrarius. Quid execrabilius? *Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum*. Propter immanitatem, & auaritiam proſtrata religio, ſicut enim latrones, propter prædam minimè ſanguini parcunt, ſic illi propter quęſtus libidinem diuinas res impietate, humanas perfidia miſcebant. maieſtati Dei ſacrè prouiſum. *Non ſinebat, vt quiſquam transferret vas per templum, & docebat dicens eis, nonne ſcriptum eſt, quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus*

Ad Rom. 15
Ad Eph. 5.
Ad Ro. 15.
Luc. 1.
Matt. 23.
Matth. 5.
Luc. 21.
Matth. 8.
Matt. 27.
1. ad Cor. 3.
Ioan. 2.
Matt. 21.
Marc. 11.

gentibus? Postquam spiritus scripta lex, nihil latius, nihil au-
Matth. 4. gustius templo Dei. *Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem.* Sed
2. Paral. 29. gratum Deo de Ezechia. *Ipse anno, & mense primo Regni sui aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas.* Non iniuria Deus gloriam Domini, & parentis affectauit. *Ecce sermo Domini ad Na-*
2. Reg. 7. *than dicens, vade, & loquere ad seruum meum Dauid; hæc dicit Dominus; nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?* Cyrus Maior. *Omnia Regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mi-*
1. Esd. 6. *hi, vt ædificarem ei domũ in Ierusalem, quæ est in Iudæa,* Iudæi pia Regũ progenie fauente. *Ædificauerunt, et construxerunt iubente Deo Israel, iubente Cyro, & Dario, & Artaxerse Regibus Persarum.* Electus Salomon. *Filius tuus ædificauit domum meam, & atria mea:*
1. Paral. 28. Eusebius de Constantino. Ad hunc modum Imperator Deum
Lib. 1. c. 39. omnium contemplatorẽ in omni re gerenda religiosè veneratus, effecit, vt cura, quam susceperat de ecclesijs, nulla offensione minui, labefactarique potuisset. Deus igitur, quo illum, abunde compensaret, omnia Barbarorum genera, adeo quasi eius pedibus substrauit, vt contra inimicos illustria Victoriæ Trophæa, vbique erigeret, illum curauit victorem apud omnes prædicandum, hostibus, & aduersarijs terribilem (cùm natura sua non talis ille quidem, sed placidissimus, mansuetissimusq; (si quisquã alius) atque adeo benignissimus existeret) plane constituit. De
Cap. 44. altera lege. Quæ iussit templa exædificari, Deiq; ecclesias tum longitudine, tum latitudine ampliores effici, vt in posterum omnes homines (vt complectar breui) insano illo, & superstitioso multorum Deorum colendorum ritu e medio sublato, Deo optimo, & Maximo reconciliarentur. Incredibili munificentia con-
Lib. 4. c. 29. structit. Ecclesias verò Dei incredibile est, & supra omnem opinionem quot ornamentis locupletauerit, cum alijs agros, alijs annonam ad pauperes orphanos, miserasq. mulieres tuendas, & alendas donaret. Quo in genere decoro sibi, & grato se ab impijs auertit Deus. D. Ambrosius ad Theodosium Magnum. Non
Ambros. epist. 7. ad Theod. audisti Imperator, quia cum iussisset Iulianus reparari templum Ierosolymis, quod diuino, qui faciebant repurgium, igne
hist. trip. lib. 6. c. 41. Theod. lib. 3. c. 7. flagrarint? Sed Regna Dei ipsius templa sunt, non solum quia dedicatione religiosa Dei fana sunt, sed quia humus religione hominum, & Deo fautore concelebrata sacratur. *Immisit in*
4. Reg. 17. *eos Dominus Leones, & ecce interficient eos, eo quod ignorent ritum*
Ioan. 4. *Dei terræ.* Pulcherrimè, clarissimèq; exornanda delubra. *Ac-*

cessit

Digitized by Google

ceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis, & fracto alabaſtro effudit ſuper caput ipſius diſcumbentis. Merito reuerentię, & amoris. *Opus bonum operata eſt in me.* Multiplex religionis honos. *Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit.* Lachrymæ ex animi dolore intimo, oſculum pro gaudio, & amore. *Oſculum mihi non dediſti, hæc autem, ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos.* Externo teſtimonio myſterij. *Oleo caput meum non vnxiſti, hęc autem vnguento vnxit pedes meos.* De Baptiſmo. *Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.* Hæc forma Sacramenti. *Amen, amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei.* Inſtituto Dei, & gratia diuina, ex vi ipſius ſacramenti collata; hic enim ſolus aditus ad reliqua. Vna cum remiſſione. *Peccatorum.* Prædixit enim Ioannes, ſed facere non potuit. *Et venit in omnem regionem Iordanis prędicans baptiſmum pœnitentię in remiſſionem peccatorum.* Chriſtus de ſe, & Ioanne. *Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto non poſt multos hos dies.* Vt Petrus mandauit, accumulato iam ſpiritu ſancto. *Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vniſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti.* Neque enim ſatis Eunuchi voluntas erat. *Ecce aqua. Et quis prohibet me baptizari?* Niſi Philippo rem quærenti promptus fide matura præſto ille fuiſſet. *Credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum. Tunc deſcenderunt in aquam Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eum.* Vna omnium propter Sacramentum cum Chriſto coniunctio. *Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina.* Cum D. Ambroſius, D. Auguſtinum baptiſmo expiauit, amiſſæ hiſtoriæ, veteriſq; memoriæ non ad modum obſcura, neque ingrata fama eſt, in medio actu rei ſacræ orſum, D. Ambroſium, gaudio triumphantem Te Deum laudamus, repente D. Auguſtinum ſtudijs ſummi ſpiritus reſpondiſſe, Te Dominum confitemur, alterniſq; verſibus diuino numine afflatos, lumine ſententiarum, & ſplendore verborum exſpectatiſsimæ pietatis ingenio hymnum pepigiſſe. De confirmatione. *Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à ſemetipſo.* Sed à Deo, à quo procedit ſpiritu ſapientię

Matt. 18.

Io. 3.

Luc. 3.

Act. 1.

Act. 8.

Ad Gal. 3.

Io. 16.

Io. 14. omnibus vita, deinde firmitas, ęternitasq; . *Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Quibus errori obſiſtere poſſent propugnatores veritatis. *Expedit vobis, vt ego vadam, ſi enim non abiero Paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos* . Vt mortis Chriſti gloria ſapientes eſſent, ſpiritus ſanctus neceſſarius. De materia. 2. ad Cor. 1. *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris* . Character affixus in anima perpetuò omnibus communis eſt. De Pę Ioan. 20. nitentia. *Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt* . Quod ſolum à Deo fieri poterat, cum hominibus virtutis ſupremę gratia participa- Matt. 16. tum eſt. *Tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, et in cęlis.* Claues poteſtatis, & ſapientię ſunto. Luc. 7. De Magdalena . *Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* . Caritate compenſatum, quod Luc. 22. ammiſſum culpa. De Petro . *Et egreſſus foras fleuit amare* . Deus vi lachrymarum, & ad ſummum amorem expreſſo dolore placa- In lib. de Pæniten. c. 9. tur. Quibus ne pœnitentia adornatur? Tertullianus . Itaq; Exomologeſis proſternendi, & humilificandi hominis diſciplina eſt conuerſationem iniungens miſericordię illicem, de ipſo quoque habitu, atque victu mandat, ſacco, & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus deijcere, illa quæ peccauit, triſti tractatione mutare, cęterum paſtum, & potum pura eſſe, non ventris ſcilicet, ſed animę cauſa, plerunque verò ieiunijs preces alere, ingemiſcere, lachrymari, & mugire dies, noctęſque ad Dominum Deum tuum, presbyteris aduolui, & caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuę iniungere. Auguſtinus de Theodoſio Magno . Quid Lib. 5. de Ciu. Dei ca. 26. autem fuit eius religioſa humilitate mirabilius, quando in Theſſalonicenſium grauiſsimum ſcelus, cui iam Epiſcopis intercedentibus promiſerat indulgentiam, tumultu quorundam, qui ei cohęrebant, vindicare compulſus eſt, & Eccleſiaſtica coercitus diſciplina ſic egit pęnitentiam, vt Imperatoriam celſitudinem pro illo populus orans, magis fleret videndo proſtratã, In conc. de obitu Theod. quam peccando timeret iratam. Vt Diuus Ambroſius. Strauit omne, quo vtebatur inſigne regium, defleuit in Eccleſia publicè peccatum ſuum, quod ei aliorum fraude obrepſerat, gemitu, & lachrymis orauit veniam; quod priuati erubeſcunt, non erubuit

Impe-

Imperator, publicè agere pœnitentiam, neque vllus poſtea dies fuit, quo non illum doleret errorem. De Enrico *II.* Angliæ Rege Eduardus in vita D. Thomę Cantuarienſis. Denique Rex ipſe cum per uiſionem ſignificatum eſſet, nulla alia via ſperandam eſſe pacem, niſi conciliato Martire, corde contrito, & humiliato ad monumentum Beati Martyris veniam petiturus properauit, cumq; Cantuariam veniſſet, ab æde B. Duſtanni, vſq; ad ſummũ templum, in quo Beatus Thomas conditus eſt, nudis pedibus, & communi veſte lachrymabundus ingrediebatur, non viarum aſperitate, non pedum teneritudine retardatus, vbi ad Eccleſiæ fores venit, procidit, & adorauit, porro ingreſſus locum illum, in quo vir beatus occiſus eſt, lachrymis infudit, deinde dicta confeſsione coram Epiſcopis, cum multo tremore, ac reuerentia acceſſit ad loculum Martyris, atque illic toto proſtratus corpore, quos gemitus, quæ ſuſpiria ediderit, quos lachrymarum profuderit imbres, dici ſatis non poteſt. Poſtea cum palam reum ſe proclamaſſet, veniamq; precatus eſſet, quod ſanctum virum tam pertinaciter eſſet perſecutus, non tamen occidi voluiſſet, reſtituit in integrum Eccleſiæ Cantuarienſis iura, & dignitates, quæ antea habuiſſet, addiditq; e ſuo triginta librarum redditus, vt ſanctum Martyrem poſſet habere propitium. De Sacramento ordinis. *Sicut miſit me pater, ego mitto vos.* Quo fine illi homines delegati, eodem ipſe Apoſtolos delegauit. *Propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.* Modo auctoritatis diuinæ obſeruato, ſpiritum ſanctum largiri licebat. Iam verò duodecim, & ſeptuaginta duos deſignauit. Clarius in illis. *Hoc facite in meam commemorationem.* De Matrimonio. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Diuina ratio ſempiterna, homo igitur ne contra audeat religione impeditus eſt. *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Diuina maximi ſimilitudo myſterij, qua inter chriſtianos dignitate Sacramenti matrimonium comprobatur. *Si* enim diuina coniunctione, *Erunt duo in carne vna,* Fieri non poterat, vt ſuauiſsimè, ſanctiſsimèq; conſociatos libido prolapſa humana dirimeret. Paulus Emilius De Philippo Deodato cognomento Auguſto Gallorum Rege. Cum Honorij III. Pontificis legati ab eo poſcerent, vt Gelbergam, coniugem in coniugalem thalamum reciperet, quam quia non ſatis grata erat ficto propinquitatis gradu, quam leges chriſtianæ paterentur, nomine

Tom. 3. die 29. Dec.

Ioan. 20.

2. ad Tim. 1.

Luc. 22. Matt. 9.

Ad Eph. 5.

Gene. 2.

ceu

ceu non iuſtam vxorem dimiſerat, atque in eius locum Mariam Morauiæ ducis filiam duxerat, & ſi ægre, vt id ageret, adducebatur, legatis tamen de Gelberga reducenda paruit. Ioannes Curopalates de Ignatio Patriarcha Cõſtantinopolitano Michaelis Imperatoris filio. Qui prius in exilium ire ſuſtinuit, quam vt Bardam alterius Michaelis Amorij Imperatoris patruũ anathemate ſolueret, quo eum enodarat, quod dimiſſa cõiuge quam habebat in eius locum nurum duxiſſet. Euangelicæ Matrimonij leges.

Matt. 19. *Dictum eſt autem. Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, det illi libellum repudij, ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari, qui dimiſſam duxerit adulterat.* Gregorius Magnus. Quia etſi mundana lex præcipit, conuerſionis gratia vtrolibet inuito poſſe ſolui coniugium, diuina hoc tamen lex fieri non permittit, nam excepta fornicationis cauſa, viro vxorem dimittere nulla ratione conceditur: quia poſtquam copulatione coniugij viri, atque mulieris vnum corpus efficitur, non poteſt ex parte conuerti, & ex parte in ſæculo remanere. Rediret ad Agathoſam vxorem vir quamuis tonſuratus Abſque vxoris enim conſenſu minimè ſui Dominus, nec perderet, quam tueri debebat. Sapienter Chriſtus humanæ naturæ parens. *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud, & permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem creaturæ non fuit ſic.* Propter ſpem fidei, & religionis merita gratia facta eſt. *Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam, & ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum.* In quam partem propendit fides, in eandem honos, cum ambobus communicatus. *Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.* Cum ne quid contra communem voluntatem fieret, ius etiam Sacramenti poſtulaſſet. D. Ambroſius. Sacramentum, quod eo vſque plenum honeſtatis eſt, vt ſit plenum religionis, quãta autem honeſtatis cura maioribus fuit, vt vnius mulieris iniuriam ſtupro illatam intemperantium, bello perſequerentur, & victo populo tribus Beniamin obteſtarentur in coniugium ſe eis proprias filias non daturos? remanſerat tribus ſine vllo poſteritatis ſubſidio, niſi fraudis neceſſariæ accepiſſet licentiam.

Lib. 9. Ep. indic. 4. c. 44.

Matt. 19.

1. ad Cor. 7.

Lib. 3. off. c. 14.

nec ſolos tangit Atridas
Iſte dolor: ſolis ve licet capere arma Micænis.

De

De extrema Vnctione. *Vngebant oleo multos ægros, & ſanabant.* Mar. 7.
Hic enim mos Apoſtolorum, quem multis auxilijs Iacobus ornauit. *Infirmatur quis in vobis? inducat præſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei* Iacob. 5.
ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Vt de Paulo legimus. *Contingit autem patrem* Act. 28.
Publij febribus, & dyſenteria vexatum iacere, ad quem Paulus intrauit, & cum oraſſet, & impoſuiſſet ei manus, ſaluauit eum.

Orationis multiplex virtus. Adoratio externa, & interna. Iuramentum Sanctum, Dæmones adiurandos. Impertienda gratis diuina. Inter parentes, & liberos pietatis vincula. Confeſſio Religionis, & gradus.

CAP. VI.

QVantus vero in oratione Chriſtus? *Exijt in montem orare.* Solitus enim erat. *Erat pernoctans in oratione Dei.* Vigiliæ Chriſti oratio. *Oportet orare, & non deficere.* Enitendum, vt ardentes charitate Dei, ſimus in oratione conſtantes. *Orate, ne intretis in tentationem.* Chriſtianæ vitæ cuſtos oratio. *Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.* Singulare orationis meritum. Locus orationis. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Ad patrem vehementiſsima oratio. *Pater venit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.* Non ſolum ſaluberrimæ pietatis Magiſter orando, ſed ſuauiſsimi ingenij Doctor diuinas laudes componendo. *Hymno dicto egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis.* Carmina non furore quodam, ſed ſpiritus ſancti fuſa dulcedine, quamuis ſonantibus verbis, vberibusq; ſententijs, nō exquiſito, & recondito opere, ſed molli ad bonos mores, ad tranquillitatem animi ſtylo pellucido condita. *Implemini ſpiritu ſancto loquentes vobismetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris domino.* Vt ſapientia chriſtiana, non minus ſpe ſalutaris, quam culta humanitate, non ſolum refertiſsima numeris virtutis, ad vitæ ſeueritatem, ſed Muſicæ ſanctiſsimæ interuallis venuſtiſsima ad gloriam Dei,

Luc. 6. Luc. 18. Marc. 16. Matt. 14. Matt. 5. Matt. 21. Ioan. 17. Mar. 14. Ad Eph. 4.

Ad Coll. 3. Dei, & ardorem animorum videretur. *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, & commonentes, vosmetipsos, in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia, cantantes in cordibus vestris Deo.* Quare non ad superandam versibus tatietatem, sed ad explendam omni laude pietatem oratio christianas Musas occupauit. Conscientiæ probrum quasi peccati publici infamia est, loquacissima vero superbia christiano cætu mouenda. *Pharisæus stans, hæc apud se orabat, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus.* De Philippo Imperatore, Nicephorus Callistus. Hunc primum aiunt, ex Imperatoribus ad Christi fidem accessisse, eumque vltimo Paschatis peruigilio, de reliquijs orationum participare voluisse, non prius tamen in conuentum fidelium accedere intercessione, & impedimento eius, qui tum Ecclesiæ præfuit. Episcopi (Fabiani Ponti) per inissum esse, quam confiteretur, & pœnitentium numero, qui ordine, & loco suo segregati disciplina certa explorabantur, aggregaretur, quod non aliter licere ille diceret, nisi hoc fecisset, propter multas eius noxas cum Ecclesiæ multitudine conuentus eius festi participem fieri. Simulatio Dux ad superbiam, fraudisq; appetens omnino repudianda, simplex animus apertendus, commodissimè in penetrale sacrificium profugiendum. *Cum oratis, non eritis sicut hippocritæ, qui amant in synagogis, & angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus, amen dico vobis receperunt mercedem suam.* His vanitatis mercede quid iustius relictum est? Sed nihil illa peius, cum enim infinita quodāmodo vanitas, solum sepsa satisfacta videtur. *Tu autem, cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Sancta mens, concisa est, quia Deum veretur. *Orantes autem, nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt, putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur.* Fides enim Deum immensè speculantem, non ad humani ingenij necessitatem suspensum contemplatur, præcipuè cum omnibus ordine rectissimo ab ipsa æternitate prouiderit, quare sapientissime, ne ieiuni, aut loquaces spiritus sancti conceptis uerbis orare docemur. Quid illis in christianorum ore frequentius, amabilius? *Cum statis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra.* Stat enim christianus Populus non mutuis solum, sed necessarijs uirtutum officijs, ergo quietissimi

Lib. 5. c. 25.

Luc. 18.

Matt. 6.

Marc. 11.

mi animi ſecuritas in oratione. *Orate, vt non intretis in tentationem.* Qui orat deprecatur. *Quoniam exaudita eſt deprecatio tua.* Nullo prohibetur oratio loco, quia Deus vbiq;. *Volo ergo viros orare in omni loco.* Modus intenti animi. *Leuantes puras manus.* Procul eſte profani. *Sine ira, & diſceptatione.* Propter animi tranquillitatem. *Triſtatur aliquis veſtrum? oret.* Igitur Deo gaudendum. Auſonius ad Gratianum Imperatorem. Nullum tetum quam diem ab adoleſcentia tua, niſi adorato Dei numine, & reus uoti, & illico abſolutus egiſti, lautis manibus, mente pura, immaculabili conſcientia, &, quod in paucis eſt, cogitatione ſincera. Tutiſsimum conſilium publica orationis ara. *Iosaphat autem timore perterritus, totum ſe contulit ad rogandum Dominum, & prædicauit ieiunium vniuerſo Iuda, congregatusq; eſt Iudas ad deprecandum Dominum.* Conſtantinus ſic in præſentia de more ſuo ante initum prælium, in tabernaculo ſeparato tempus precibus ad Deum fundendis liberum addixit. Pro Imperio in edicto. Te iam Deum Opt. Max. oro, obteſtorq;, ſis Orientis incolis clemens, & propitius: & omnibus prouincialibus diuturna calamitate contritis, per me famulum tuum curationem adhibeas. Atque iſta non ſine cauſa. O omnium Domine, & ſancte Deus abs te poſtulo. Tuo enim impulſu res ſalutares & aggreſſus ſum, & confeci: tuoque vexillo ubique hoſtibus oppoſito exercitum ab illis triumphantem duxi. Quin etiam ſi quando Reipub. uſus poſtulat illa ipſa tuæ uirtutis, ac potentiæ inſignia ſequens contra hoſtes audacter procedo; & propterea etiam tibi animum meum amore, & timore ritè, ſincereq; temperatum totum dedo. Nam nomen tuum ingenuè amplector: virtutem tuam, quam multis argumentis declaraſti, quaq; meam fidem firmiorem reddidiſti, ſanctè veneror. Meos igitur humeros huic operi ſubijcere equidem maturo, vt tuam auguſtiſsimam, ſanctiſsimamq; domum, quam nefarij illi, & impij graui vaſtationis ſcelere labefactarunt, in integrum reſtituant. Honorius ad Arcadium. Contende igitur frater, non verbo, ſed re, & Deum, & homines de correctione eorum, quæ non ſunt recte acta, certiores facere, certus, & ipſum Imperium noſtrum, & ruere, & ſtare precibus Sacerdotum. Legionibus formulas precationum Conſt. Max. præſcripſit, Te ſolum Deum agnoſcimus, te Regem profitemur, te adiutorem inuocamus, per te victorias conſecuti ſumus, per te hoſtes ſuperauimus, abs te, & præſentem fœlicitatem conſecutos fatemur, & futuram adepturos ſperamus; tui omnes

Matt. 26.
Luc. 1.
1 ad Tim. 2.
Iacob. 5.
In gratiarum actione.
2. Paral. 20.
Euſeb. lib. 2. c. 14.
Euſeb. lib. 2. cap. 54.
Ex Baron. ad annũ 407. n. 28.
Lib. 4. c. 20.

ſupplices ſumus: abſte petimus, vt Conſtantinum Imperatorem noſtrum, vna cum pijs eius liberis quam diutiſsimè nobis ſaluũ, & victorem conſeruet. D. Auguſtinus de Theodoſio Magno. Aliũ Tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum non legitimè fuerat ſubrogatus, accepto rurſus Prophetico reſponſo fide certus oppreſsit, contra cuius robuſtiſsimum exercitum magis orando, quàm feriendo pugnauit. Socrates de Theodoſio minori. Itaque preces Pij Imperatoris illo tempore rurſus plurimũ momenti habuiſſe conſtabat: nam Angelus Dei in habitu, & forma Paſtoris ducem itineris Aſpari ſe præbuit. Ipſe Theodoſius. Preces Deo, quibus illi pro Tyranno ipſius manu occiſo agamus gratias, piè fundamus Sanctos in victoriã adhibendos. D. Ambroſius. Nõne in Macedonia ſimilia Dominus per orationes Sancti Acholij fecit miracula, aut prope maiora? non enim inani metu, nec ſuperflua ſuſpicione, ſed ſæuiente lue, & ardenti peſtilentia perturbati Gothi, ac territi ſunt. Denique tunc fugerunt, vt euaderent: egreſſi poſtea pacem rogauerunt, vt viuerent. Nec minus proſpere populum ad orationem vocamus. Angeli Dei in Bithynia nonnullis, quos negotia neceſſaria Conſtantinopolim ire cogebant, apparentes, iubent renuntiare Conſtantinopolitanis, vt bono animo ſint, precibus ſe dedant, & firmam in Deo ſpem ponant, Romanos Victores fore; ſe enim adminiſtratores belli à Deo miſſos dicebant. Iam verò militibus non tam ferrum, quàm auguſtam orationem propter triumphos, monumentaque gloriæ præferimus, nam ſi alienis profuimus, non ne propriũ eſt noſtros iuuare? M. Antoninus Philoſophus in Epiſt. ad Senatũ, quã Edicti auctoritatem habere, proponique vt publicè legi poſſet, in foro Traiani imperauit. Itaq; cùm & me ipſum, & exercitum meũ cum Barbarorum, hoſtiũq; multitudine comparaſſem, Deos patrios rogaui, ſed cùm ab eis negligerer, copiarumque mearum paucitatem contemplatus eſſem, eos, qui apud nos Chriſtiani dicuntur accerſui, ac rogaui, inueniique magnam eorum multitudinem, illoſque minis compuli, id quod minimè decuit, propterea quod poſterius eorum vim agnoui. Hinc aggreſſi ſunt non telorum præparationem, non armorum, neque tubarum, propterea quod illud eos offendit Dei cauſa, & nomine, quem in conſcientia geſtant. Veriſimile eſt igitur eos, quos Atheos eſſe exiſtimamus, Deum ſponte in conſcientia, & animo concluſum habere. Cum enim ſe hymi abiecíſſent, non ſolùm precati ſunt, vt pro me, ſed etiam pro hoc exercitu Patroni eſſent, ſitis, atque famis,

De Ciuit. Dei. Lib. 5. c. 26.

Lib. 7. c. 23.

Lib. 7. c. 18. Epiſt. 22.

Socrates lib. 7. c. 18.

Iuſtinus Martyr in Apolo. 2. ad Ant. Philoſ. Imp.

Onufrius Panu. 2. faſto.

Tertull. in Apolog. c. 5.

famis, qua vrgebamur. Quinque enim diebus aquam non ſumpſimus, quod non ſuppeteret. Eramus enim in Germaniæ vmbilico, eorumque finibus. Simul autem atque ſe humi abiecerunt, Deumque precati ſunt, quem ego ignorabam, ſtatim è cœlo pluuia delapſa eſt in nos quidem frigidiſſima, in Romanorum verò hoſtes, grando ignis ſpecie, & ſimilitudine. Atq, etiam veriſimile eſt inter preces Deum ſtatim præſto fuiſſe, vt inuictum, & indiſſolubilem? Quamobrem illinc exorſi concedamus talibus, vt ſint Chriſtiani, ne qua arma eius generis cõtra nos petant, & impetrẽt. Iulius Capitolinus, de M. Antonino Philoſopho loquens, propter inuidiã nominis Chriſtiani improbiſſimè mendosã fecit hiſtoriã, Fulmen de cœlo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum extorſit, ſuis pluuia impetrata, quum ſiti laborarent. Denique oportet Principes orare pro Reipub. ſummo bono. Ad Auguſtã Pulcheriam, & Martianum Imperatorẽ Patres Chalcedonenſis Cõcilij. His enim, qui pie diſpenſationem rerum peragunt terrenarum neceſſario cęleſtia rependuntur, & maximè vobis fideliſſimis, quibus & inter tanti onera Principatus, in orationibus tota vita conſiſtit. De adoratione. Quæ in ſcientia vniuerſi cultus, in interiori animo, & externo corporis motu verſatur. *Et procidentes adorauerunt eum.* Diabolus religionem apertam imitatus. *Si cadens adoraueris me.* Eadem illi malitiæ inſanæ imitatione. *Et ponentes genua adorabant eum.* Contra affecti illi. *Et tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.* Intima, & illuſtri pietate ille. *Credo Domine, & procidens adorauit eum.* Itaq. ſe quadam Dei reuerentia proſternere religionis eſt. *Et adorent ante pedes tuos.* Ipſe Ioannes de ſe nondum a cõſeruo admonitus. *Cecidi, vt adorarem ante pedes Angeli.* Cui Angelus. *Deum adora.* Vt Cornelio acciderat. *Et procidens ad pedes eius adorauit eũ. Petrus verò eleuauit eum dicens, ſurge, & ego ipſe homo ſum.* Vt ſapientia, ſic religio in Petro. *Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Ieſu.* Religioſiſsime Ioannes. *Cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius.* Nec quidẽ. *Calceamenta portare.* Aliæ motuũ corporis ſpecies comites religionis. Conſtantinus in oratione. Ac nemini porro obſcurum eſt ſanctiſsimũ manuum ad cęlum ſublatarũ cultum, cũ fide pura, & ſincera coniunctũ Deo deberi, & precibus, obſeruationibusq;, quæ manibus eleuatis fiunt, omnia, quę ad hominum commoda efficiuntur, rectè geri, tantumq; emolumentum, inde & adpriuatum, & ad commune vſum apportari, quantum quiſque ſibi, ſuiſque chariſsimis optauerit.

In M. Antonino Philo.

Matt. 2.
Matt. 4.
Mar. 15.
Matt. 28.
Ioha. 9.
Apoc. 3. i
Apoc. 22.
Act. 10.
Luc. 5.
Marc. 1.
Matt. 3.

Lib 4.c 2. Euſebius de illo. Atque interdum vultum ſalutari illa paſsio-
Apoc. 7. nis ſignauit nota. Angeli docti diuinitus. *Et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum.* Dauid cum cho-
2. Reg. 6. reas duxiſſet. *Dixitq; Dauid ad Michol. Ante Dominum, qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & quam omnem domum eius, et præcepit mihi, vt eſſem Dux ſuper populum Domini in Iſrael, & Iudam, & vilior fiam, pluſquam factus ſum.* Iure magiſter, qui Rex, ergo Reges celeriter doctrinam arripiant. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* Nam timor Dei Religione alliga-
Pſal. 2. tus eſt, gaudium animi conſcientia, peccatique formidine.
Lib. 5. de Ciu. Dei cap. 24. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* D. Auguſtinus. Felices eſſe Imperatores, ſi pro ſuis peccatis, humilitatis, & miſerationis, & orationis ſacrificium Deo ſuo vero immolare non negligunt. Penetralis illa religio. *At illa venit, & adora-*
Matt. 15. *uit eum.* Quia fide conſtanti. *O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.* Hæc corpore tenus, quia vehemens, & ambitioſa.
Matt. 20. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filijs ſuis adorans, & petens aliquid ab eo.* Itaque non ſolum ſincera mente adorandũ,
Matt. 28. ſed perpetua ſententia. *Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt.* Nam dubia minime fides adorat. *Venerunt,*
Matt. 14. *& adorauerunt eum dicentes verè filius Dei es.* Ac ſi diſertè di-
Apoc. 14. cerent. *Adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & fontes aquarum.* Non prodigia illa facinorum. *Adora-*
Apoc. 13. *uerunt Draconem, qui dedit poteſtatem beſtiæ, et adorauerunt beſtiam.* Quibus quanti cruciatus ſingulari, & confidentiſsima
Cap. 13. prouidentiæ ſententia minitantur. *Si quis adorauerit beſtiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua hic bibet de vino iræ Dei.* Ipſe totius doctrinæ magiſter, de
Io. 4. patre omnis diuinæ principio, imagineq; ſubſtantiæ. *Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, & veritate.* Quia filius a patre procedit, ſpiritus ſanctus ab vtroque. *Nam, & pater tales quærit, qui adorent eum; ſpiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare.* Diſtinctione igitur perſonarũ Patris, ſpiritus, & ſapientiæ concepta religionis veritas, quæ formauit mentem, corpus comple-
1. ad Cor. 14. xa eſt. Cum enim huiuſmodi ſit adorationis factũ eſt. *Ita cadens in faciem adorabit Deum.* Principes illi Rege Regum in ſolio Imperij ſedente, vt priuati coronas præfatis ſolemnibus, & diuinis
Apoc. 5. verbis depoſuerunt. *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebant*

mittebant coronas ſuas ante thronum dicentes: Dignus es Domine Apoc. 4.
Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem. Ornamenta ſummi boni perennis ſupplicationis gratia abundant, mercede æternitatis excellunt. *Alius Angelus venit, et ſtetit ante Altare,* Apoc. 8.
habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante Thronum Dei. Nam gloria ſumma religionis eſt. Anna. *Non eſt* 1. Reg. 2.
ſanctus, vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter. Zeno Imp. Nam ſi præpotens Deus, & Euagrius
Seruator noſter Ieſus Chriſtus, qui ex ſancta Virgine Maria lib. 3. cap.
Deipara carnem ſumpſit, & natus eſt, noſtras conſentientes lau- 14.
des, & cultum quem ei tribuimus, approbet, lubensq;, & quaſi parato animo excipiat; non modo omnia aduerſariorum genera fracta, debilitataq; concident, verum etiam alij omnes mortales ſuam ipſorum ceruicem iugo noſtri Imperij, proximè; ac ſecundum Deum ſponte ſubijcient: & pax, eiuſq; commoda, æquabilis aeris temperatio, fructuum cuiuſq; generis abundantia, aliaq; omnia, quæ ſunt ad humanæ vitæ vſum accommodata affatim ſuppeditabuntur. Pie iacentium, laudantiumque lectiſsima humilitate, & cum adoratione gratiarum actiones. *Et vi-* Apoc. 11.
ginti quattuor ſeniores, qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deũ dicentes. Gratias agimus tibi Domine Deus noſter omnipotens. Aliæ adminiſtrę religionis virtutes neceſſario, timor animi, extrinſecus honos, mentisq. adoratio. *Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius,* Apoc. 14.
& adorate eum. Totum enim animum diuini Iudicij magnitudo, & expectatio ſuſceptione Dei præſentiſsima poſcit. *Quis* Apoc. 15.
non timebit te Domine, Et magnificabit nomen tuum? Propter infinitatem Dei, honeſtiſsimus timor, propter hunc rariſsima omnino laudatio. *Quia ſolus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo; quoniam iudicia tua manifeſta ſunt.* Fas autem, nec eſt, nec vmquam fuit, quidquam niſi pulcherrimum facere eum, qui eſſet optimus. quibus actibus miſer hic religioſiſsimus fuit: Cuius nimirum animo, nec humillima corporis, nec ſublimior verborum adoratio defuit? *Procurrens quidam genuflexo ante eum, rogabat eum dicens.* Marc. 10.
De Iuramento. *Non periurabis.* Deus conſcientiæ hominum conſcius affirmationem religioſam periurio contrariam Matt. 5.
ſanxit. *Reddes autem Domino iuramenta tua.* Vel quia iubet Deut. 10.
ex. *Dominum Deum tuum timebis, & ei ſoli ſeruies, ipſi adhærebis,*

in-

iurabisq; in nomine illius. Vel quia, quod ex animi ſententia iurasti ſicut verbis concepisti, facies. Deus enim causa veritatis est. Sed ne passim quilquam irreligiosa consuetudine juraret, & casu in grauia peccata incideret: *Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius.* Multo minus per ipsum Deum. *Non vsurpabis nomen Dei tui frustra, quia non erit impunitus, qui super vana nomen eius assumpserit.* Sauianus in libris de Prouidentia. Denique vt de peccatis alijs nihil dicam: quis est, oro, hominum secularium præter paucos, qui non ad hoc semper Christi nomen in ore habeat vt peieret? Vnde etiam paruulum hoc fere, & apud Nobiles, & apud ignobiles sacramentum est: per Christum: quia ago per Christum, quia hoc facio per Christum, quia nil aliud dicturus sum per Christū, quia nil aliud dicturus sum. Et quid plura? in id penitus deducta est res, vt sicut de paganis barbaris prius diximus, Christi nomen non videatur iam sacramentum esse, sed sermo. Nam in tantum apud plurimos nomen hoc paruipenditur, vt nunquam minus cogitent quippiam facere, quam cum se iurant per Christū esse facturos. Neq; vt Iustinianus, iuran dam per membrum Dei, aut per capillos. Quia purissimus actus Deus, Christus Deus homo factus. Igitur sanctè Imperator ille. Præcipimus enim glorioſissimo præfecto Regiæ Ciuitatis permanentes in prædictis illicitis & impijs actibus post hanc admonitionem nostram cōprehēdere, & vltimis subdere supplicijs, vt non ex contemptu talium inueniatur, & Ciuitas, & Respublica per hos impios actus lædi. *Neque per Ieroſolymam, quia ciuitas est magni Regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum; ſit autem ſermo veſter, est, est, non, non: quod autem his abundantius est à malo est.* Isocrates in Nicocle. Per omnem ætatem tantam veritatis præteferto reuerentiam, vt plus habeatur fidei tuæ affirmationi, quam aliorū deierationi. Minimè ergo semper iurare licet, quia homini nihil suum: ideo Iacobus. *Vt non ſub iudicio decidatis.* Sed lex diuina necessitati occurrens iusiurandum comprehendit. Ideo *Domino iuramenta* reddūtur. Quare necessaria ad fidē, & pacem. *Homines enim per maiorem ſui iurant, & omnis controuerſiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum.* Per Deum adipisci debemus, quod Dei est, Deus æstimatorem amat, contemptorem aspernatur. Deus enim veritas est; Deo igitur testimonium debetur veritatis, sicut veritas, sic mendacium iuramento perfectum. de Petro.

Matt. 5.
Deuter. 5
Lib. 4.
Coll 6. Noue. 77. Titu. 6.
Matt. 5.
Iac. 5. Matt. 5.
Ad Heb. 6.

tro: *Tunc cœpit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem.* Matt. 26.
Grauis enim veritati, bona spei, vtilis hominum fidei illa formula. *Testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei.* Apoc. 3.
Vegetius de Romano exercitu. *Iurant autem per Deum, & Christum, & per spiritum sanctum, & per Maiestatem* Lib. 2. c. 5.
Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est, & colenda. Nam Imperatori, cum Augusti nomen accepit, tanquam præsenti, & corporali Deo fidelis est præstanda deuotio, & impendendus peruigil famulatus, Deo enim vel priuatus, vel militans seruit, cum eum fideliter diligit, qui Deo regnat Autore. *Iurant autem milites, omnia se strenuè facturos, quę præceperit Imperator.* Nunquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Rom. Republica. Hominem enim vsitato, & humano more, egregiè sperare, & animari consciuit. *Abraha namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem* 6. ad Hęb.
iuraret maiorem, iurauit per semetipsum. Sæpè abiectissimi, & Luc. 8.
fractissimi animi, suplex ara, & extrema. *Obsecro te, adiuro te per* Marc. 5.
Deum, ne me torqueas. Cum profligatissimus hic frustra, illi stul- Matt. 23.
tissimi, quam ineptè, quam balbè. *Quicumque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti, & cæci, quid enim maius est aurum, an templum, quod sanctificat aurum?* Sapienter ergo, & perspicuè superstitio præcisa. *Qui ergo iurat in altari iurat in eo, & in omnibus, quæ super illud sunt, & quicumq; iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso, & qui iurat in cęlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum;* Dignissimus enim sua forma locus, finisq; virtute honoratissimus, igitur nec contemni sine iniuria Dei, nec sine illo Deus intelligi, & suspici potuit. Adiurari Christus Dæmones voluit, sanctissimæq; Religionis fulgure, diuinęq; potētiæ terrore ad obediendū deterreri. *In nomine meo Dæmonia eijcient.* Fecit Paulus. *Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum Pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando, hæc subsecuta Paulum & nos, clamabat dicens, isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis; hoc autem faciebat multis diebus, dolens autem Paulus, & conuersus spiritui dixit. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea, & exijt.* Vsitata formula. *Tentauerunt autem quidam de* Mar. vlt. Act. 16. Act. 19.
circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu dicentes: adiuro vos per Iesum, quem Paulus prædicat. Sed quia Dei reuerentia violatur, cum bonum

spiritu-

Matt. 10. ſpirituale contra Dei bonitatem neceſſarijs conſulentem gratis venditur, vetita venditio eſt. *Gratis accepiſtis, gratis date.* Ne animorum peſtis auaritia efficaciſsimæ ſalutem gratiæ diſperderet. Act. c. 8. *Cum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus obtulit ei pecuniam, dicens. Date, & mihi hāc poteſtatem, vt cuicumq; impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum.* Fraudator inquinatiſsimus D. Petrum ſeruitute ſua infatuare, & nihil non propter auaritiam expugnare nummis, & effuſione pecuniæ affligere putauit. *Petrus autem dixit ad eum: pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* Nam pecunia eſt propter vſus humanos, igitur ſi diuina ſordidiſsimis vinculis illaqueare ſperauit, Deo odio fuit. *Non eſt enim tibi pars, neq; ſors in ſermone iſto. Cor enim tuū non eſt rectum coram Deo.* Inſanus, & præceps. *Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi fortè remittatur tibi. Hæc cogitatio cordis tui.* Egit partes Apoſtolicæ miſericordiæ, paternæq; lenitatis. Act. c. 8. *In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.* Paſtor enim Eccleſiæ conditionem gratiæ integritate diuina expromit, dementiamq; furijs inſectatam, niſi deteſtandam auaritiam fugiat, ſeueriſsimè torquendam eſſe, quid enim illa execrabilius? Prima hæreſis Eccleſiam peſtifero auaritiæ malo inflammata tentauit, ſæpius Patres vehementiſſima conſultatione prouiderunt, tandem in Concilio Chalcedonenſi. Tom. 2. conc. fol. 194. Oportet enim gratiam ſemper eſſe gratiam, & argentum apud eam nequaquam intercedere. Sit ergo & ab omni ſacerdotali dignitate, & miniſterio alienus, & anathematis loco ſubiectus, qui & ſe per pecunias acquirere exiſtimat, & qui eam pecunijs habere pollicetur, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, ſiue hoc facere conuincatur, ſiue non: quia fieri non poteſt, vt conueniant quæ conuenire nequeunt, nec vt Mammona Deo conſentiat; vel vt qui ei ſeruiunt, Deo ſeruiant. Leg. 30. C. de Epiſc. & cler. Impp. Leo, & Anthemius. Profectò enim quis locus tutus, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata, ſi veneranda Dei templa pecunijs expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? Quid denique cautum eſſe poterit aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? Ceſſet altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & a ſacris adytis repellatur piaculare flagitium. Phariſæos malè de pietate parentibus debita ſentientes Chriſtus refutauit, neque Deum ſanctè muneribus hono-

honorat, qui non primo patrem omnibus pietatis obſequijs obſeruauit. *Munus quodcumq; eſt ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam, et irritum feciſtis mandatū Dei propter traditionem veſtram.* Præcipuum enim illud. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, & qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur.* Iuſtiſsima enim pro parentis nece lingua, manu vè patrata capitalis, pæna & noua. Cicero. Itaque cum multis ex rebus intelligi poteſt, maiores noſtros non modo armis plus, quam cæteras nationes, verum etiam conſilio, ſapientiaque potuiſſe; tum ex hac re vel maxime, quod in impios ſingulare ſupplicium inuenerunt. Qua in re quantum prudentia præſtiterint ijs, qui apud cæteros ſapientiſsimi fuiſſe dicuntur, conſiderate. Prudentiſsima Ciuitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur: eius porro ciuitatis ſapientiſsimum Solonem dicunt fuiſſe eum, qui leges, quibus hodie quoq; vtuntur, ſcripſerit. Is cum interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur, cum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat: ne non tā prohibere, quam admonere videretur. Quanto maiores noſtri ſapientius! qui cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitauerunt: vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ij magnitudine pœnæ, maleficio ſummouerentur: inſui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deijci. *Filij obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt.* Parentes enim a Deo creatore quodammodo vitæ auctores, & Domini pronunciati; igitur obediendum eſt illis propter Deum. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Honos enim patribus pro dignitate, amoreq; debetur à filijs neceſſario; nec aliter ipſa vita, nec proſpera fortuna promittitur. *(Quod eſt mandatum primum in promiſſione) vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram,* Pauca blandè ad patres, quia in his quaſi neceſſaria pietas eſt: ſed quia nuſquam tuta fides, monendi ſunt. *Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina, & correptione Domini.* Non enim irę nimij, non ſuperbi Domini, qui pij parentes eſſe debuerunt, nihilne propter bonitatem filij, & virtutem iracundiæ remittitur? ille quidem filius ne hiſcere quidem audet, hic iratus reſpondit, illum deſpicatui ducis, hunc magni æſtimas, familiam non concilias pietate, ſed gratia con-

Matth. 15.

Pro ſex. Roſcio Amerino.

Ad Ephe. 6.

fundis ; non abſque culpa Deo rationem reddas pater neceſſe
Ad Coll. 3. eſt. *Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant*. Cur hunc exigui animi, magno erectum eſſe voluiſti; magni illum, abiectum humili, & demiſſo? D. Ambro-
Lib. 5. Heſæm. c. 18. ſius. Etenim quibus dediſtis communiter eſſe, quod nati ſunt, non debetis his, vt id communiter habeant, in quod à natura ſubſtituti ſunt, inuidere. Bonis moribus, & formidine Dei
Thre. 3. morigeratos liberos educato, patris eſt efficere. *Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua*. Patris eſt virtutis iugum filio tenero imponere, filij ſtudio ſuſcipere, ne ſi malè altus propter infirmitatem deponat, aut propter malitiam abijciat. Ba-
Cap. 10. ſilius Imp. ad Leonē Filiu cognomento Philoſophū. Manus meę impoſuerunt capiti tuo coronā imperij a Deo delatā tibi. Redde ergo donatori munus eo dignū. Honora Deū, qui te honorauit, per honorem, qué patri tuo deferes: me autem honorabis, nó eodem penitus modo, quo ſubiecti faciunt, nempè aut genu flectens, aut latus meum ſtipans, aut mihi benè precans: iſta enim principe viro, & rege non ſatis digna ſunt: ſed potius virtutem omnem exercens, temperantiam colens, mores tuos exornans, litterarum ſtudia capeſſens, quibus animi iuuenum excoli ſolerent: &, vt in ſumma dicam, ita te comparans, vt terrêno hoc imperio dignus habeare, & imaginem Regis cælorum in terris referas. Is enim ſolus meritò vocabitur imago Dei, a quo in regni ſolio collocatus eſt, qui omnimodam virtutem amplexatur. Iſque optimo iure ſecundo loco poſt Deum a ſubiectis amabitur: & tanquam de ſe, deque ſuis optime meritus, omni honore digniſſimus habebitur. Si igitur inertia parentum, & impietate minime filij iuſſa Dei perſequuntur
Ioan. 8. impiè peccatur; quia religione pietas continetur. *Ego Dominum non habeo, ſed honorifico patrem meum, & qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum, quia ego, quę placita ſunt ei, facio ſemper*. Honoratus à filio pater religionis ergo &
Ioan. 17. reuerentiæ. *Quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis, & acceperunt, & cognouerunt vere, quia ex te exiui, & crediderunt, quia tu me miſiſti*. Legatus religioſiſsimè omnem honorem
Ioan. 7. patri concedit. *Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem gloriam quærit eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo nō eſt*. Verax, quia religioſus, iniuſtitia nō eſt in illo, quia ſuum Deo tribuit, ideſt teſtimonium veritatis, & reuerentiam,
Ioan. 3. quæ ad religionem pertinebant. *Amen, amen dico vobis non poteſt*

filius

filius a ſe facere quidquam, niſi quod viderit patrem facientem, quæcumque enim ille facit, hæc & filius ſimiliter facit. Neceſſaria confeſſio. *Ego ſcio eum, & ſi dixero, quia neſcio eum, ero ſimilis vobis mendax, ſed ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.* Ioan. 7. Gradus ad religionem, cuius perfectio in multa, & varia, ſinceraque expiatione peccatorum. *Poſt annos autem plures eleemoſinas facturus in gentē meā veni, & oblationes, & vota, in quibus inuenerunt me purificatum in templo, non cum turba, neque cum tumultu.* Act. 24. Sanctitas votiua publica eſt. *Sunt nobis viri quatuor votum habentes ſuper ſe, his aſſumptis ſanctifica te cum illis.* Act. 21. Fecit rite Paulus. *Tunc Paulus aſſumptis viris poſtera die, purificatus cum illis, intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur, pro vnoquoq; eorum oblatio.* Omnis minima res materia Religionis propter finem. *Qui ſibi totonderat in Cenchris caput; habebat enim votum.* Act. 18. Vt Platina de Calliſto III. Pontifice. Mortuo deinde Eugenio, eiuſque ſucceſſore Nicolao Pontifice, Alphonſus Borgia, vt dixi, in ædibus Sancti Petri Pontifex creatus, Calliſti nomen de more ſuſcipiens, bellum Turcis ſtatim indixit, Id ſe ante Pontificatum vouiſſe oſtendens ſuo chirographo, his verbis ſcripto, quod in libro quodā ſuo extabat. Ego Calliſtus Pontifex Deo omnipotenti voueo, & Sanctæ indiuiduæ Trinitati, me bello, male dictis, interdictis, execrationibus, & demum quibuſcunque rebus potero, Turcos Chriſtiani nominis hoſtes ſquiſſimos perſecuturū.

De Idololatria Religioni contraria. Supplicia in Idololatras, Græcorum leuitas. Auaritia ſeruitus Idolorum. De Magia. De tentatione Dei. Variè interpretata blaſphemia. Schiſma eſſe contra vnam ſententiam Religionis, cuius Caput Chriſtus, cùm hæreſeos Eccleſia victrice.

CAP. VII.

SED religioſiſſimus Princeps, nonne vt amore rerum diuinarum, ſic odio vitiorum? ne minimas quidem noxas contrahet, Religioni, ſummæ Reipublicæ opere pretium, ſummo periculo capitis diſcrimineq; Regni facturus. Sed cum Religio verum Deum, Idololatria falſos colat, ſitq; omnino Religioni con-

traria de illa edisserendum est, quam non docemus plenis (quia propositi nostri non est) scriptis, sed vt necesse est (pro principe scribenti non admodum exiliter solum Euangelica, nec ea sine aliquibus inuitamentis ingenij perpolienti) fidei auctoritate Diuina copiosissime testificamur, presseq; rationibus nostris breuissimis tradimus. Ioan. in 1. Epist. c. 5. *Scimus, quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius.* Propter operā Christi prescripto religionis Deo prognati christiani. *Filioli custodite vos a simulacris.* Beatissima legis gratię conditio in odio erroris, & in sapientia causarum, quę pulsis inuidiosissimis nominibus, vt verè sapientes simus, non solum naturalia pura mente, sed etiam diuina fide infusa prefulciunt. 1. ad Cor. 8. *Scimus quia nihil est Idolum in mundo, & quod nullus est Deus, nisi vnus, nam, & si sunt, qui dicantur Dij siue in cœlo, siue in terra (si quidem sunt Dij multi, & Domini multi) nobis tamen vnus est Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Quis nisi Deus summi boni, & tantę mutationis effector? 1. ad Thes. 1. *Et quomodo conuersi estis ad Deum a simulacris, seruire Deo viuo, & vero?* Quare cum stultissimus Diabolus. Matt. 4. *Tu ergo procidens. si cadens adoraueris coram me, erunt tua omnia.* Abactus est. Nam religio salutaris, Idololatria perditi animi, & diutissimæ seruitutis corporis. Leu. 34. *Nolite conuerti ad Idola.* Nam vniuersalis religio sustulit vanissimas cæremonias, & ritus, hominis salutem sapientia, dignitatem amicitia tutata est. 1. ad Cor. 10. *Sed quæ immolant gentes, Dæmonijs immolant, & non Deo; nolo autem vos socios fieri Dæmonum.* Quæ enim contraria sunt, vna esse non possunt. *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem Dæmonum: Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ Dæmoniorum.* Quare nihil commune nobis cum errore, nequitiæ. Exod. 34. *Deos conflatiles non facies tibi.* Nobiles, & liberi fide, & veritate sumus, non serui erratis, nec vitijs turpes. Sed prefertim indiget amore Dei Principum existimatio, quæ ardua sæpe hominum errorem alte despiciens, ciuium delicta fortiter depellens, quomodo igitur tanta nisi Deo autore perficiet? 2. Paral. 17. *Et fuit Dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in vijs Dauid Patris sui primis, & non speranit in Baalim, sed in Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel.* Nam Deus cum stomacho summo de suis desperauit, peregrinos diuinæ potentiæ vltimo testimonio, & nunquam in terris defectura vindice Dei vi humana recepit. Dan. 3. Nabuchodonosor. *A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis*

Populus,

Populus, Tribus, & lingua quæcunque loquuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago dispereat, & domus eius vastetur. Darius Iure Imperij translati, beneficio Dei gratus. *Pax vobis multiplicetur. A me constitutum est Decretum, vt in vniuerso Imperio, & Regno meo tremiscant, & paueant Deum Danielis.* Homo liber sub imperio Dei, quia quæ consulto natura nobis ad commoditates, atque vsus largita est, ingenuam vitam, & liberalem parant. *Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi, vel fœminæ, similitudinem omnium iumentorum, quæ super terram, vel auium sub cælo volantium, atque reptilium, quæ mouentur in terra, siue piscium, qui sub terra morantur in aquis.* Propter cognitionem humanam, astrorum pulchritudo, propter vtilitatem, rerum vicissitudo cęlestium, adquadripartiti rationes anni composita, cum tot generibus animantium, frugumque naturis homini seruit, igitur homo liber religione, cuius præcepto Dominus est. *Ne fortè eleuatis oculis ad cælum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra cœli; & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus.* Potius de Deo Constantinus M. ad Regem Persarum. Hunc humi procumbens inuoco, omnem sanguinem execrandum, & odoresingratos, ac detestandos abhorrens, omnem terrestrem e sacrificio flammam fugiens: quibus omnibus turpiter pollutus nefandus, & inexpiabilis error multas gentes, & totas fere nationes ad profundissima Tartara proiecit. Ideo legislator de Idolis, sordes esse infimi erroris, vitiorum omnium fœcem, concretas malorum tenebras. *Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis quia Anathema est.* Idololatria seruitus est, quia contra statum naturæ, gratia orba, hominem penè infra mortuos mandauit. *Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum Idolis?* Qui enim immanissimo delicto pugnantia inter se adeo sociare cogitauerunt, nonne scelerum contumelijs, & pessimi generis peccatis infames? vindicta enim grauissima cumulo peccatorum, & desperatione conscientiæ fit. *Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & serpentium (propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiun-*

Dan. 6.

Deut. 4.

Euseb. lib. 4. c. 10.

Deut. 7.

2. ad Cor. 6.

1. ad Rom.

afficiant corpora ſua, in ſemetipſis) qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium. Et coluerunt, & ſeruierunt Creaturæ pluſquam Creatori, qui eſt benedictus in ſæcula. Pro peccati ſupplicio peccatum. *Mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes.* Si leuis pœna quæ accreſcit peccata videtur, ſempiternas tanto acrius furias auguratur. Sed hæc præſens. *Qui immolat Dijs, occidetur.* Non ſolùm publica auctoritate, ſed diuina: *Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* Familiam. *Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & poſuit illud in Ciuitate ſua Ephra, fornicatuſque eſt omnis Iſrael in eo, & factum eſt Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.* Euſebius de lege Conſtantini M. Altera quę vetuit deteſtabilia Idololatrię ſcelera, quę iam olim in quaque Ciuitate, & regione fieri conſueuiſſent, & ne quiſquam vel ſtatuas erigere, vel curioſas, & ſuperuacaneas diuinationes moliri, vel deniq; ſacrificare auderet. Auguſtinus de Theodoſio Magno. Simulacra gẽtilium vbique euertenda præcepit, ſatis intelligens, nec terrena munera in Dæmoniorum, ſed in Dei veri eſſe poſita poteſtate. D. Ambroſius de Valentiniano Iuniori. Miſerat propter recuperanda tẽplorum iura, ſacerdotiorum profana priuilegia, cultus ſacrorum ſuorum Roma legatos, & (quod eſt grauius) Senatus nomine nitebantur; & cùm vniuerſi, qui Conſiſtorio aderant Chriſtiani, pariter atque Gentiles dicerent eſſe reddenda, ſolus, velut Daniel, excitato in ſe Dei ſpiritu arguebat perfidię Chriſtianos, Gentilibus obuiabat, dicens, quod pius frater eripuit, quomodo a me putatis eſſe reddendum, cum in eo & religio lædatur, & frater, a quo ſe nollet pietate ſuperari? Aurelius Prudentius.

Aſpice quam pleno ſubſellia noſtra Senatu
Decernant infame Iouis puluinar, & omne
Idolium longè purgata ex vrbe fugandum,
Qua vocat egregij ſententia Principis, illuc
Libera tum pedibus, tum corde frequentia tranſit.

Quare Impp. Valentinianus & Martianus AA. Palladio præfecto prętorio. Nemo venerandi, adorandique animo delubra, quę olim iam clauſa ſunt, reſeret. Abſit a ſeculo noſtro infandis, execrandiſque ſimulachris honorem priſtinum reddi, redimiri ſertis templorum impios poſtes, profanos aris accendi ignes, adoleri in ijſdem thura, victimas cędi, pateris vina libari, & Religionis loco exiſtimari ſacrilegium.

Iam quid plebicolas percurram Carmine Grachos

Iure

Exod. 22.
Exod. 32.
Iud. 8.
Lib. 2. c. 44.
Lib. 5. de Ciu. Dei c. 26.
In conc. de obitu Valent.
In lib. Prior contra Symma.
L. 7. C. de Paganis.
In carm. Rom. Sena.

Iure poteſtatis fultos, & in arce Senatus
Præcipuos ſimulacra Deum iuſſiſſe reuelli?
Cumque ſuis pariter lictoribus Omnipotenti
Supplicitèr Chriſto ſe conſeruare regendos?

Neque ſerio, neque in uino, & luxu delinquendum. *Neque Idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt. Sedit Populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere; neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.* O impietas, vanitas, ſtultitia nationis. *Spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt a Deo ſuo, ſuper capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama, ſubtus quercum, & populum terebinthum, quia bona erat vmbra eius.* Gemina mors impijs iniecta. *Sicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* In eos ipſo iure animaduerſio. *Vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.* Iuſtiſſimum enim erat accerbiſſime (quia eo potuerat prorumpere ſtultitia, errorq;) eodē peccato vexari. *Vitulū fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro, & lætabantur in operibus manuum ſuarum. Conuertit autem Deus, & tradidit eos, ſeruire militiæ cæli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum, Nunquid victimas, & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſrael?* Ex quo vberrima iræ Dei materia, & quaſi continua. *Dereliquerunt templum Domini Dei patrum ſuorum, ſeruieruntque lucis, & ſculptilibus, & facta eſt ira contra Iudam, & Ieruſalem, propter hoc peccatum.* Admonuit illos Deus ne gentium errore laberentur. *Aras eorum ſubuertite, confringite ſtatuas, lucoſque ſuccidite, et ſculptilia comburite.* Retinenda ergo fides, Siue propter horrorem peccati, ſiue propter mutuum Dei amorem, ſiue propter propriam dignitatem. *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non ſunt Dij ſeruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imo cogniti ſitis a Deo; quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos.* Cedo ad diuina, quę Dei uirtutem docent, ſpem Chriſti alunt, uera tranquillitate animos firmant. *Quomodo conuerſi eſtis ad Deum a ſimulacris, ſeruire Deo viuo, et vero, & expectare filiū eius de cælis (quē ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum qui eripuit nos ab ira ventura.* Teſtificatus vero fide atticus error eſt. *Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo, videns Idololatriæ deditam Ciuitatem.* In medio Areopagi de ſuperiore, ac excelſo, ſapientiæ

1. ad Cor. 10.
Oſeæ 4.
1. ad Rom.
2. ad Theſ. 2.
Act. 7.
2. Paral. 24.
Deut. 7.
Ad Gal. 4.
1. Ad Theſſ. 1.
Act. 17.

ſapientiæ loco, non reus, ſed ſanctiſſimus doctor vim diuinæ
Act. 17. legationis denuntiauit. *Præteriens enim, & videns ſimulacra veſtra inueni & Aram in qua ſcriptum erat. IGNOTO DEO, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio nobis.* Deus per exemplar ſapientiæ creator. *Deus, qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo ſunt.* Deus ſpiritus, igitur colendus ſpiritu, præcipue cum beatiſsimus ſit, omnibus vita, motus, ſalusq;. *Hic cęli, & terræ cum ſit Deus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo cum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia, fecitq. ex vno omne genus hominum, inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere Deum ſi forte attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longe ſit ab vnoquoque noſtrum.* Homines ſitu, intelligentias cælo tuetur. *In ipſo enim viuimus, & monemur; & ſumus, ſicut & quidam veſtrorum poætarum dixerunt*, Aratus.

Ipſius enim & genus ſumus:

Idololatria homo degener. *Genus ergo cum ſimus Dei non debemus æſtimare auro, aut argento, aut lapidi ſculpturæ artis, & cogitationis hominis diuinum eſſe ſimile.* Græci enim ſoliti figmentis fabularum leuiſſimè credere, hoc malo ſuperſtitionis adeo laborauerunt, vt impetu quodam opinionum, non maturitate, aut conſilio, peregrina ſacra aſciuerint, & cæremonias antiquarint, ſed cum miraculorum inſolita, & maxima admiratio, populique minime ſapiens, veraque pietatis ſpecies plurimum, cum innouandi ſtudio innato gentiualuiſſent, periculum per magnum quidem humanæ fragilitatis ſed minime æquale ſolidiſſimæ, & Apoſtolicæ virtuti fecerunt.
Act. 14. *Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium, quoniam ipſe erat dux verbi, ſacerdos quoque Iouis, qui erat ante Ciuitatem, Tauros, & coronas ante ianuas afferens cum populis volebat ſacrificare.* Sed qui ſpiritus Apoſtolorum, qui dolor, quæ vox? illis innocentiſsimis parum erat, in atrociſsima re, a flagitio errantes reuocare, niſi commotiſsimi animi, acerrima, & incitatiſsima ratione in populum inuecti, ſingulos manu prehendendo, ſeueriſsime caſtigaſſent, vultu ipſo, aſpectuq; conterruiſſent. *Quod vbi audierunt Apoſtoli Barnabas, & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas, clamantes, & dicentes. Viri quid hæc facitis? & nos mortales ſumus ſimiles vobis homines annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cęlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt.*

sunt. Nec minus vehemens Ioannes Apostolus cum incolæ Pathmi diuinas illi virtutes tribuissent. Tu es præcursor noster, & opifex animarum nostrarum, tu es magnus Dominus, & Deus, qui illuminas hominem mirabiliter ad illuminationem immortalem. Hæc audiens Ioannes scidit vestimenta sua, & puluere caput respersit, & expauerunt omnes, & Ioannes silentium manu dixit, & tacuerunt. Et ascendit in eminentem iuxta domum Myronis locum, & cœpit eis dicere. Nolite errare fratres, & blasphemare, non ego Deus sum. Cum enim huiusmodi rei a Paulo, & Barnaba gestæ, nobilissima, & recentissima nationum animis, & linguis fama volitaret, quæ fides, quæ perseuerantia fuit, præcipitis populi pro vnius lucro signiferos religionis deturbantis? *Paulus hic suadens auertit multam turbam dicens, quoniam non sunt Dij qui manibus fiunt*. Propter quam causam. *Exclamauerunt dicentes. Magna Diana Ephesiorum*. Vere de Græcia Liuius. Fama æquestris pugnæ vulgata per Græciam nudauit voluntates hominum, non solum qui partis Macedonum erant, sed plerique ingentibus Romanorum obligati beneficijs, quidam vim superbiáq; experti lęti eam famam accepêre, non ob aliã causam, quam prauo studio, quo etiã in certaminibus ludicris vulgus vtitur, deteriori, atque infirmiori fauendo. Ideo magna ex parte, aut sedentis vulgi temeritate, aut seditiose concitatis concionibus Rempublicam perdiderunt. Minime, seu leuitas, seu imperitia infensa Religioni impunita futura est. *Cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt, de operibus manuum suarum, vt non adorarent Dæmonia, & simulacra aurea, & argentea, & ærea, lapidea, & lignea, quæ neq; videre possunt, neq; audire, neq; ambulare*. Cruciatus æterni furijs exagitati. *Nec habent requiem die, ac nocte, qui adorauerunt Bestiam, & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius*. Quos ad diuinos honores faciendos, magna quædam, non pietatis, sed immanitatis plena mouerunt. *Adorauerunt Draconem, qui dedit potestatem Bestiæ, & adorauerunt Bestiam, dicentes, quis similis Bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea*. Nonne hoc grauius morte? *Factum est vulnus sæuum, & pessimum in homines, qui habebant characterem Bestiæ, & in eos, qui adorauerunt bestiam, et imaginem eius*. Nefarium caput Idololatriæ seruum cunctis imponere, omni mortis fraude conabitur. *Ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne*,

Procho-rus c. 30.

Act. 19.

Lib. 42.

Apoc. 9.

Apoc. 14.

Apoc. 13.

Apoc. 16.

2. ad Thes. 2.

quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tamquam ſit Deus. Qui peſsimus auctor, cum nequiſsimis aſſeclis comprehendendus, dandusq; in ſeruitutem tormentorum ſempiternam. *Aprehenſa eſt Beſtia, & cum ea Pſeudo propheta, et qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem Beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius.* Hoc eſt Idololatras. *Idolis ſeruientes.* Ex quo ipſi contemptiſsimi, propter malum inhumaniſsimũ, & miſerrimi propter neceſſariam mortẽ. Contra, præmia fidem, ſapientiam, & religionem perſequuntur. *Animas decolatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt Beſtiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus ſuis, & vixerunt, & regnauerunt cum Chriſto mille annis.* Sed quare Paulus effatur auaritiam. *Quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.* Quia eam quisrem adorat, qui ſeruit. de illis abdomini ſuo natis. *Quorum Deus venter eſt.* Proditor argumento eſt, qui auaritia actum religionis impedire voluit. *Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venit trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens: ea quæ mittebantur, portabat.* Religio frequentatur culta muneribus, rerum diuinarum teſtimonijs honeſtata. *Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam, & ad ſepelliendum me fecit.* Religioſæ liberalitati, nec ſe opponet auaritia, nec præmia honoris eripiet. Alexius Comnenus Imp. in bulla aurea. Quare in poſterum tum ſibi, tum poſt ſe futuris Chriſtiani dogmatis Principibus, aurea hac bulla legem non minus obſeruandam imponit, quam ſi à Deo ipſo dictaretur: Ne quis poſthac ſacra temere contrectet: etiam ſi vel Cadmea neceſsitas vrgeat, ne manus impuras ſacris rebus inijciat, ne profana ex diuinis Dinodia fiant, dum in publicos vſus circumferuntur. Cumque inter Deũ & homines ſit interſtitij loco poſitum, quod nullus (ſi modo pius fuerit) tranſgredietur; Homines quidem, rebus noſtris vtemur, & fruemur; Deo autem, ſacra tecta manebunt, quæcunque illi conſecrata fuerint, nec illa manibus vel audaciſsimis contingent. Quod ſi quis (Domine Deus) in poſterum, manus ſacris & diuinis Dinodijs, vtenſilibus, & vaſis, quæ ſacris olim et venerandis Eccleſijs tuis dicata vel in poſterum dicanda fuerint, inijcere audeat: is, ne lumine in die viſitationis tuæ, fruatur, ne Sol illi matutinus illuceſcat, nec tuo hic auxilio, nec tua iſthic diuina protectione

Apo. 19.
Apoc. 22.
Apoc. 20.
Ad Coloſs. 3.
Ad Philip. 3.
Ioan. 12.
Matt. 26.
Marc. 14.
Matt. 26.

tectione gaudeat: sed vbique despectus à te, desertusq; iaceat. Nos in nostra sapientia, gentibus in errore cedemus?

Victima, quæ cecidit dextra victrice vocatur:
Hostibus a domitis hostia nomen habet. Ouidius 1. Fastorum.

Idolothyta minime edenda, nec enim sordidissima res digna victus humani dignitate, nec mortifera, imagine vitæ, nec quæ canes superstitionis peste vomerũt, Dei familiares horrore contagionis attingerent, nec quæ lingua pie detestatur, manus tangeret, officio animo imperanti contrario. *Vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato.* Act. 15. Capitalis error in conscientiæ reatu. *Quidam autem cum conscientia, vsq. nunc ℑdoli qua si Idolothytum manducant, & conscientia ipsorum, cum sit infirma polluitur.* 1. Ad Cor. 8. Sapiens non solum propter seipsum sed potissimum propter aliorum bonam frugem, & virtutem communis exempli est. *Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in Idolio recumbentem, non ne conscientia eius, cum sit infirma ædificabitur ad manducandum ℑdolothyta?* Perfectio latius boni fontibus patet. *Si quis autem dixerit, hoc immolatum est Idolis, nolite manducare propter illum, qui indicauit, & propter conscientiam: conscientiam autem dico non tuam, sed alterius.* 1. Ad Cor. 10. Theodorus Balsamon Commentator Diui Gregorij Thaumaturgi. Non fuisse simplicem responsionem, sed quæ diuiditur in eos qui Idolothyta per delicias sua sponte comederunt, in eos qui id a Barbaris coacti comederunt, in eos qui propter naturæ necessitatem eas escas fecerunt, & in eos qui ad hoc vi compulsi sunt a Barbaris, qui Idolis non sacrificarunt. Vnde vt mihi videtur, nullus erit eorum, qui non sit pœnæ affinis. Qui enim ea propter luxum, & delicias comederunt, maioribus pœnis subijciuntur. Qui propter necessitatem, & corporis nutrimentum, & vt qui non possint aliter nutriri; minus punientur. Reliqui quoque propter esum execrabilem mitius punientur, eo quod Sanctus quoque dicit non graue esse Idolothyta comedere, quæ ab ijs apponuntur qui Idolis non sacrificarunt; non est tamen ab omni penitus reprehensione alienum. Sicut numerari Idolothyta inter esculenta prohibentur, sic quamuis precioſissimę, infelicis materię, seu profanus vsus, seu pompa sacrilega. *Non concupiſces Argentum, & aurum de quibus facta sunt, neq; assumes, ex eis tibi quidquã ne offendas, propterea, quia abominatio est Domini Dei tui.* Deut. 7. In Magiam præposterè naturam vincere audentem, & imperitissimum vulgus incredibilium rerum sensu stupefacientem pessimi Simo

Act. 8. nis exemplum eſt. *Attendebant autem eum propter, quod multo tempore magiis ſuis dementaſſet eos*. In alterum iure acriter, & contumelioſe Paulus, pro lege prouidentiæ, vniuerſique ordine. *O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli, inimici omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas? & nunc ecce manus Domini ſuper te, et eris cæcus non videns ſolē vſq; ad tēpus.* Cum quibus non non honoris contentio, ſed capitis dimicatio fuit, ſed potiſsima cauſa apud Apoſtolos, ſtultos quaſi fide, incredibili nouitate admirationis inflammatos, leues indiſcrimen fidei, ſeu rumore, ſeu perſpicientia magnitudinis, adductos fuiſſe. D. Ambroſius. Sic & Elymam Magum Paulus, non ſolum magicæ artis infirmitate, ſed etiam oculorum amiſsione cęcauit. Seuerus Sulpitius. Etenim tum illuſtris illa aduerſus Simonem, Petri, ac Pauli congreſsio fuit. Qui cum magicis artibus, vt ſe Deum probaret, duobus ſuffultus Dæmonijs euolaſſet, orationibus Apoſtolorum fugatis dæmonibus, delapſus in terram, populo inſpectante diſruptus eſt. Ioannem Apoſtolum Cynops Magus cum Dęmonum impetu appetiſſet, præſtigijs laceſsiſſet, in gurgitibus maris oratione Ioannis ſepultus eſt. Domine qui ad preces Moſi dediſti Iſraeli ſubuertere Amalech, vt de cętero ſolem non videat, Domine Ieſu fili Dei viui eijce Cynopem in inferiora abyſsi, vt de cętero ſolem non videat, neque viuens amplius populos ſeducat: finita autem prece Ioannis, magnus maris ſonus auditus, & facta eſt magna maris ebullitio in eo loco vbi ſe Cynops in mare miſerat pręceps, & illa hora ſubmerſus eſt, nunquam ab aliquo poſtea viſus. Male Imp. Conſtantinus. Eorum eſt ſcientia punienda, & ſeuerisſimis merito legibus, vindicanda, qui Magicis accincti artibus, aut contra ſalutem hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe detegentur. Nullis vero criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemijs metuerentur imbres, aut ventis, grandinisq; lapidatione quaterentur, quibus non cuiuſquam ſalus, aut æſtimatio lædetur, ſed quorum proficerēt actus, ne diuina munera, & labores hominum ſternerentur. Quod enim illicitum eſt propter peccatum, ſingulari fine honeſtū eſſe non poteſt, quia vltimum finem, qui Deus eſt, offendit. inferiores fines ſupremi præſcripto tenentur, igitur quod materialiter bonum videtur, re ipſa, & formaliter malum eſt vltimo fini contrarium, ita magię peccatum in prouidentię ordinem admiſſum

Act. 13.

Lib. 4. Hæſam. c. 8.

Lib. 2. ſac. Hiſt.

Procho. rus c. 19.

C. de Malefic. & Mathe. lib. 19. tit. 18. l. 4.

missum, singularis bono finis mederi grauissimæ culpę non potest, insciteve ro *I.C.* facientes incantationes ad finem mali sunt puniendi, non si faciant ad finem boni, de iure vero Canonico etiam si faciant ad finem boni. *Ius* ciuile, in ijs, in quibus nulla varietas inest proprie, in cæteris similitudine quadam, à iure naturæ expressum, lege æterna, quã ius naturę participat, vinctum est, igitur, si aliud decernit de Magia quã factum est lege diuina, peccare in hoc, & ad ordinem redigi, propter errorem hominum imperio iuris ciuilis abutentiũ, aliud vero a iure Canonico esse non potest. D. Athanasius de Christo. Quid autem de Magia loquar, quæ apud illos in summa admiratione fuit, nisi & illam quoque, quæ ante aduentum verbi apud Aegyptios, Indos, Chaldæos floruit, & spectatores admiratione sui complebat, præsentia veritatis, & verbi apparitione victam, & plane obliteratam esse. Meritò, cum Ciuitas Magi artem lusisset, ille in Libanio sophista nugatur. Quid formidas Mage? quid lachrymaris? habebis etiam post cędem filium: tibi euocanti parebit: colloquetur, conuersabitur per noctes: vtique etiam ministrabit alacris, quam cætera manium simulacra, quo circa ne mæreas, quando cum vrbe ipse quoque priuatim lucraris. Diabolus cum male de Christo opinari videretur, obiurgatus est. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Nam simili malitia Christum, ac Adamum, sed multo maximo errore Deum filium hominis, detrimento honoris, & existimationis diuinæ contra fas irreligiosus imperiuit. Ioannes Cassianus. Denique in his eum tantummodo vitijs diabolus tentat, in quibus illum primum deceperat, conijciens hunc quoque velut hominem similiter in cæteris illudendum, si eum in illis, quibus priorem deiecerat, sensisset elisum. Verum ei secundum iam morbum, qui de radice principalis vitij pullularat, primo certamine confutatus inferre non potuit. Magister sententiarũ quosdam, quos minime nominat, de lucifero ait sensisse (vt par est de autore graui existimare) alicuius momenti viros. *I*psum putant primum hominem tentasse, & vicisse, & secundo Deum, sed ab eo victum esse, & ideo in inferno religatum. Facilis coniectura est, nec spernenda. Sed inter multa vitia religioni contraria blasphemia vario modo multis in locis accepta generatim potius non vna, & certa ratione diffinienda est: grauis iniuria diuinis illata blasphemia est, siue sibi quis numen arrogaret, vt cum Pharisæi, qui Christum hominem solum, non Deum etiam existimabant, cum sibi dedere auctoritatem, quæ solius Dei est, peccata dimit-

In lib. de incarnat. Verbi.

Libanius in Magi accusatione.

Matt. 4.

Collat. 3. c. 6.

Lib. 2. dist. 6.

Matt. 9. mittendi audiuerunt. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe: hic blaſphemat.* Sermone
Marc. 2. redarguerunt. *Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* Et cum interrogatus. *Si tu es Chriſtus filius Dei.* Quamuis non affirmaſſet, locum tamen facilem
Matt. 26. intelligentię reliquiſſet. *Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens, blaſphemauit, quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam.* Et diſputans, concludensq; Chriſtus, cum Iudæi minime filium Dei incarnatum eſſe pro certo haberent.
Io. 10. *Quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis, quia blaſphemat, quia dixit filius Dei ſum?* Siue qui falſiſſime de Deo ſentiret
Marc. 3. & ob eam ipſam cauſam deterrime loqueretur. *Amen dico vobis, quoniã omnia dimittuntur filijs hominum peccata, & blaſphemiæ, quibus blaſphemauerunt. Qui blaſphemauerit in Spiritum Sanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti, quoniam dicebant: ſpiritum immundum habet.* Quid improbius, quam filium Dei furentem contaminari dicere, illumque contemnere? aliquando
Matt. 27. pro Dei vituperatione blaſphemia. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicentes. Vah qui deſtruis Templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua temetipſum, ſi filius Dei es,*
Luc. 23. *deſcende de cruce.* Impius Latro. *Unus autem de his, qui pendebant; latronibus, blaſphemabat eum, dicens. Si tu es Chriſtus, ſalua temetipſum, & nos.* Etiam negatio fidei blaſphemia. Paulus. *Per om-*
Act. 26. *nes ſinagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare.* In hoc enim fortiſſime Paulus perſeuerabat, vt vbiq; Chriſtus negaretur.
Apoc. 16. *Æſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas, neq; egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam.* Cum diu de Deo dubitaſſent, tandē negauerunt, cum confeſſio fidei eſſet aliqua Dei gloria. Magnificè Iudas.
In Cat. *Cum Michael Archangelus cum Diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit; imperet tibi Dominus, ij autem quęcumque quidem ignorant, blaſphemant.* Eſt enim proprium hæreſis, ignorantiæq. negare, hi peiores Diabolo; hic enim timore quodam cōfeſſus eſt, illi ſunt maledictione inficiati; deterior eſt volūtaria negatio per vim exorta cōfeſſione. *Maieſtatem autem blaſphemant.* Imperium Dei, ſeu ſupremæ vir-
Leuit. 24. tutis participem cauſam, abnuunt, vituperamque. *Qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidibus opprimet omnis multitudo ſiue ille ciuis ſiue peregrinus fuerit.* D. Ioannes Da-
In orat. 3. de imaginibus. maſcenus de hæretico infandæ blaſphemiæ ſurrexit Olympius bla-

blaſphemus ille Arianus, & calidarum aquarum balneo lotus (vt fit) ad illud, quod frigidas continebat, ingreditur (ſuſcipit enim aquas è terra medium venerandi altaris ſanctæ ædis Stephano Protomartyri dicatæ, quam Aurelianus inter veteres præcipuis dignitatibus illuſtris exædificauit, ex quo diuinis aquâ ſpectaculis fieri dignam exiſtimo) In hanc ille cum diſcendiſſet, cofeſtim egreſſus eſt, clamans: Miſeremini. Et carnes ſuas vngulis dilanians, ab oſſibus diuellebat. Hunc illi qui circumaderant, comprehenſum linteo inuoluernnt, & præ frigore animo deficientem reclinarunt. Rogantibus autem, quidnam illi contigiſſet, reſpondit Olympius: Hominem vidi candidis indutum veſtimentis, qui ſuper Nerophorum incedens, tres mihi calidæ ſiclas infudit, Ne maledixeris, inquiens. Qui igitur erant illi neceſſeſitudine coniuncti, ſublatum in aliud balneum, quod Arianorum hærebat Eccleſiæ, geſtarunt. Verùm cùm ex linteo vellent illum eximere, omnes illius carnes dilacerarunt, atque ita moriens animam efflauit. Contrarius huic Sanctus Iob de quo D. Gaudentius Epiſcopus Brixiæ. Nam cogebat eum loqui verba blaſphemię, replicans ei iuſtitię eius opera quę incaſſum geſſiſſet, qui ad tot miſeriarum genera peruenisſet. Qua propter, inquit; Dic aliquem ſermonem contra Dominum, & morere. Mortem blaſphemanti debitam, pro remedio ærumnarum ſuggerit acquirendam callidus iterum per mulierem Serpens, vt palmam patientiæ auferat fortiſſimo bellatori, & interitum congerat victo; quis blaſphemantis furor non medelam doloribus pręſtat, ſed cruciatum mortis accumulat? illius quippe mortis, quę nec finem miſerijs tribuat & exordium ſit pœnarum, quas vltor Deus blaſphemantibus pręparauit. At ille Beatiſſimus intelligens, callido antiquę artis argumento Diabolum rurſus per mulierem, uenenum mortis ingerere, ſic reſpondit: Velut una (inquit) ex inſipientibus mulieribus locuta es: Vltimæ peccati belluæque illius inſcriptiones. *Super capita eius nomina blaſphemiæ*. Artes præſtigiarum fraudulentę, quibus mali portentum Chriſti memoriam delere conabitur. *Aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemans nomen eius*. Negans omnino & quo ad poterat quatefaciens Propheta falſiſſimus. Religio autē veneratur. *Nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit Anathema Ieſu*. Execrandus igitur qui Chriſtum non veretur. *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſit Anathema Maranatha*. Telum hoc læthale religionis, *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euan-*

In Præfatione.

Apoc. 13.

1. Ad Cor. 12.

1. Ad Cor. 16.

1. ad Gal.

Iosu. 7. *euangelizet vobis præter quam quod euangelizauimus vobis, Anathema sit.* Reipublicæ detrimentum. *Nec poterit Israel stare ante hostes suos, quia pollutus est Anathemate.* Ex quo summa miseria. Iudith 5. *Et non fuit qui insultaret Populo isto, nisi quando recessit a cultu Domini Dei sui, quotiescumque autem præter ipsum Deum suum alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.* Ideo Iustinianus legem tulit vt nemo nisi Orthodoxus Cedrenus in Iustiniano. Rempublicam gereret. Peccatum in religionem, ipsam communi charitate fundatam, fidei argumentis, & patrum decretis constitutam expugnare. *Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensionis, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis*, Turbulenti erroris æstu contumaces insanè sperant ambitioni, & nomini se velificaturos, qui ne hæresis omine in Ecclesiam a Diabolo coniecti, vniuersum spiritum, animosq; diripiant, fidei telis perculsi, & Anathemate moribundi fugiendi sunt. Leo Magnus Pontifex ad Epist. 12. Theo. Aug. Quantum rebus humanis consulere prouidentia diuina dignetur sollicitudo clementiæ vestrę spiritu Dei incitata demonstrat, quæ in Catholica Ecclesia nihil impacatum, nihil vult esse diuersum; quoniam fides quæ non nisi vna est in nullo Ad Rom. 16. potest sui esse dissimilis. *Huiusce modi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri, & perdulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium.* Ex auaritiæ officina exit fraus callidis sermonibus, & intempestiuis libidinosa conuiuijs. D: Cyprianus. Et tanta indignatio Domini extiterat aduersus eos, Epist. 76. qui schisma fecerant, vt cum homo Dei ad Ieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobaret, atque vltionem futuram prædiceret, panem, quoque apud illos edere, & aquam bibere vetaretur; quod cum non custodisset, & contra præceptum Dei prandisset, statim diuinę censurę maiestate percussus est, vt inde regrediens impetu, ac morsu Leonis in itinere necaretur. *Obse-* 1. ad Cor. 1. *cro autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia.* In impios regiæ imprecationes. Psal. 82. *Pone Principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana: omnes Principes eorum, qui dixerunt hæreditate possideamus Sanctuariũ Dei? Deus meus pone illos vt totam, & sicut stipulam ante faciem venti, sicut ignis, qui comburit syluam, sicut flamma comburens montes.* Vt de Valente Arriano Diuus Hieronimus. Ipse In Cronico. Imperator Valens cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimium

nimium ſæpe equo laberetur, ad eiuſdem villulę caſam deportatus eſt, quo perſequentibus Barbaris, & incenſa domo, ſepultura quoque caruit. Anaſtaſius Imp. cum non Trinitatem, ſed quaternitatem adorari voluiſſet, fulmine ictus eſt. Nihil intereſt, ignis ne, an telum ſit, dum indomito ore fateantur. Vt Theodoretus de Iuliano Apoſtata. Ferunt porro, ipſum Tyrannum, ſimul ac plagam acceperat, manum protinus ſanguine impleuiſſe, illumque proieciſſe in aerem, ac dixiſſe: Viciſti Galilęe, & ſimul tum confeſſum eſſe victoriam, & blaſphemiam (adeo enim à mente abalienatus erat) in cœlum impudenter locutum. Schiſma infeſtum liquidę religioni, cuius caput Chriſtus; illud monſtrum ſine appellatione diſtractione partes tergiuerſantes lacerauit. religioſum, ne honoratiſsimumq; nomen peſsimi fędabũt? Impp. Damnato portẽtuoſæ ſuperſtitionis auctore Neſtorio, nota congrui nominis eius inuratur, gregalibus, ne chriſtianorum appellatione abutantur. *Nemo vos ſeducat, volens in humilitate, et religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Qui enim idem ſentiunt, vno ſenſu ſunt, ſcientiaq; perfecti, quia cum ſimillimi ſint, omnium ope, & coniunctione perfectio generalis exiſtit. Conſtantinus in edicto. Tantum cauendum, ne quis iſtud Religionis inſtitutum violet, quòd res ipſę purum, & integrum eſſe commonſtrant. Zeno Imperator. Quoniam pro certo ſcimus, imperium noſtrũ a ſincera ſolum, & vera fide, tum initium habuiſſe, tum ſtabilitum eſſe, tum robur, ac præſidium, quod expugnari nequit, ex ea ſumpſiſſe. Auguſtinus de Theodoſio Magno. Inter hæc omnia ex ipſo Imperij ſui initio non quieuit iuſtiſsimis, & miſericordiſsimis legibus aduerſus impios laboranti Eccleſiæ ſubuenire: quam Valens hæreticus, fauens Arrianis, vehementer afflixerat, cuius Eccleſiæ ſe membrum eſſe magis, quam in terris regnare gaudebat. Martianus Imperator; & poſt has voces diuiniſsimus, & pijſsimus Dominus noſter Imperator ad ſanctam Synodum dixit: Pia, & catholica fide à ſancta, & vniuerſali Synodo ſecundum patrum expoſitionem declarata, iuſtum ſimul, & expediens eſſe noſtra tranquillitas approbauit, omnem de cætero contentionis occaſionem de ſanctæ fidei religione penitus amputari. In illis gratiſsimè. Vbi primum diuino iudicio ad Imperium ſumus electi, inter tantas neceſsitates Reipublicæ, nulla nos magis cauſa conſtrinxit, quam

Lib. 3. c. 20.

C. Theo lib. 16 tit 5. l. 66.

2. ad Coloſſ.

Euſeb. lib 2. c. 58.

Euag. lib. 3. c. 14.

Lib. 5. de Ciu. Dei c. 26.

Concilij Chalced. Act. 6.

vt orthodoxa,& vera fides christiana,quæ sancta, atque pura est, indubitata omnium animis insideret.Quare honorificentissimè patres Chalced. Cõcilij Pulcheriæ Augustæ,& Martiano Imperatori. Hęc fides orbem terræ saluauit. Martiano nouo Constantino, nouo Paulo, nouo Dauid, multos annos noua Hælena. Hæc correctio vestri imperij digni fide, digne Christo, digne imperio, digne fide, & religione. *Cum enim sit inter vos zelus, & contentio, non ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Spiritus enim vnus natura, adquãdam infinitatẽ appetit peruenire, cuius cum perfecta res omnis pro dignitate formę capax esse debeat, spiritu excellentes vnos esse oportet, scientia perfectos. D. Ambrosius ad Grat. August. Reddidisti enim mihi quietem Ecclesię, perfidorũ ora, atq; (quod vtinam) & corda clausisti, & hoc nõ minore fidei, quam potestatis authoritate fecisti, nam quid de litteris recentibus loquar? scripsisti tua totam epistolam manu, vt ipsi apices fidem tuam, pietatemq; loquerentur. Tanti ne uirtus facta est? *Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo: nam oportet hæreses esse, vt, & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis,* vt diuina prouidentia, quod propter ingenuę naturę improbam licentiam amiserat, aliorum redintegratione maiori virtutis restitueret, sed sapientes Imperat. Valentinianus, Honorius. Et Arcadius. His, qui sibi tantummodo existimant colligendi copiam contributam, si turbulentum quippiam, contra nostræ tranquillitatis præceptum faciendum esse tentauerint, vt seditionis authores, pacisque turbatæ Ecclesiæ maiestatis, capite, ac sanguine sint supplicia luituri. Vnitas effectus religionis.

1. Ad Cor. 3.

Epist. 26. Edit. Parisi. anni 3586.

2. Ad Cor. 11.

Cod. Theod. lib. 16. tit. 6. l. 1.

Ioan. 17.

Pater sancte serua eos, in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut, & nos. Spiritus religionis.

Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt
& ipsi in nobis
vnum sint. Igitur cum unitas, & spiritus Dei in religione, etiam in illud esset adiunctum summo bono simile. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis*
vt sint vnum, sicut & nos vnum
sumus.

Omnium

Omnium Religionem formam esse virtutum, sine quibus, nec nomen, nec essentia, nec vsus religionis, ipse Christus tota vita argumento est. In colluuione vitiorum religionem vulgo esse ludibrio, ex quo impiè hæreses augeri, & insultare. Fidem armis inuictissimam esse.

CAP. VIII.

AS trictam esse benefactis religionem nullius exceptione virtutis, non nisi impius dubitabit; ratio enim potissima virturum in primis mandatis, sed prima omnino religionis sunt, quia ad Deum referuntur, igitur solum illæ sunt germanę virtutes, quæ religione ducuntur. *Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, hoc est maximum, & primum mandatum: secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Simile propter eamdem religionis causam, & maius quibusdam religionis inuentis. *Diligere proximum tamquã seipsum: maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs.* Nec Deus quidem sine proximi amore colitur, Ioannem pro Religione argumentantem ausculta. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos, si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est: qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? & hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Omnes ergo virtutes pari forma præstantes, & religionis necessitate christianæ. *Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte:* In quo ne sacrilegium, & contẽptus legis? *Qui abhominaris Idola, sacrilegium facis, qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras.* Nam si nos mandata exponere obeditione necesse est, quomodo lex sine hominum sancta voluntate salutaris? cuius ne vsui sine opera voluntas? Saluianus in libris de Prouidentia. Nam licet omnes admodum Filij membra parentum esse videantur, non putandi tamen sunt

Mar. 12.

Matt. 22.

Marc. 12.

1. Ioan. 4.

Ad Rom. 1.

2. ad Ro.

Lib. 3.

membra eorum esse, a quibus affectu cœperint discrepare: quia morum degenerantium prauitate pereunt in talibus beneficia naturæ. Quo fit, vt etiam nos, qui nos Christianos esse dicimus, perdamus vim tanti nominis, vitio prauitatis. Omnino enim nihil prodest nomen sanctum habere sine moribus: quia vita a professione discordans, abrogat illustris tituli honorem, per indignorum actuum vilitatem. Spiritus enim sua, veritate, non vēto

Ad Ro. 2. decidit. *Circuncisio cordis in spiritu, non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.* Si virtus esset absque religione, cum hæc a Deo, esset quod à Deo est, sine virtutis efficientia, quod fieri non potest, cum particeps Dei laus in bene agendo consistat.

Horatius lib. 4. Ode 11.

ara castis
Vincta verbenis, auet immolato
Spargier agno.

Ioan. 9. Quare voluntas Dei omne virtutis genus. *Si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Testimonio sit populus dissipatus. *Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.* Efficere virtutes opera, & conscientiæ ueritate potuerunt.

Ad Rom. 9.

1. ad Tim. 1. *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; à quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.* Vt satis illa argumento sententia est;

Ioan. 12. minimè enim omnia postposuerunt. *Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.* Cum Dei gloria, uera hominum sit. Paulinus Episcopus Nolanus.

De Sancto Ioanne Baptista.

Quis locus hic vitijs? aditum quem praua cupido
Inuenit hæc inter sacra ad penetralia mentis?
Quo peccet, qui nil cupiat? quo tendat iniqui
In latebras, sensus, quisquis non indiget vllo?
Sic primi vixere homines, Mundoque recenti
Hos, auctor dederat, ventura in secula, mores:
Inseruit donec sese, malesuada voluptas,
Ac secum luxus, & amorem inuexit habendi:
Hinc odia, hinc lites, hinc fraus, hinc liuor & iræ.
Cædes, arma, cruor, conflictus, prælia, mortes:
Hinc offensa Dei, quam tartara sæua piabunt.

Quare nomen religionis in vita, & moribus, ipsa substantia religionis in sanctimonia.

Persius Sat. 2. *Quin damus id superis de magna quod dare, lance*
Non possit, magni Messalæ, lippa propago:

Com-

Compoſitum ius, faſq., animi ſanctoſq. receſſus;
Mentis, et incoctum generoſo pectus honeſto?
Hoc credo, vt admoueam templis, & farre litato.

Quod gentes intelligebant, Doctores Dei ſimularent, aut ignorarent? *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelytum, & cum fuerit factus facitis eum filium gehennæ duplo, quam vos.* Matt. 23. Cum ſapientia, & honore religio. *Quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione, & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.* 2. Ad Coloſſ. Singulare enim ſapientia, & dignitate maximum priuilegium religio chriſtianis irrogauit. *Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?* 1. ad Cor. 6. Cum nihil maius illa ſpe propter ſolam hominis chriſtiani virtutem. *Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia?* Sapientiſsimus Philoſophorum Ariſtoteles, multa falſæ religionis legislatores affirmat, propter optimos mores, & Reipublicæ vtilitatem excogitauiſſe. Cætera verò fabulosè ad multitudinis perſuaſionem, & ad legum, ac eius, quod conferat opportunitatem, iam illata ſunt. Cicero cum prouidentiam diuinam perſuaſam ciuibus eſſe voluiſſet, ait. Vtiles eſſe autem opiniones has, quis neget, cum intelligat, quam multa firmentur iureiurando? quantæ ſaluti ſint fœdera religionis? quam multos diuini ſuplicij metus à ſcelere reuocarit? quamque ſancta ſit ſocietas ciuium inter ipſos, dijs immortalibus interpoſitis, tum iudicibus, tum teſtibus? Chriſtianę mentes imbutæ veritate, hanc vtilitatem vberrimę religionis ad virtutes inueteratas naturæ confirmandas, ad nouas legis gratiæ tenendas, multo robuſtius, & grauius aſſequentur; quare omnis virtus ſpecie religionis, vt finis religata eſt: teſtis eſt tota Chriſti vita, tota doctrina, quæ ſententijs, diſputationibus, conſilijs, pro patris honore, reuerentia, & gloria clariſsimis plenisſima eſt. Teſtimonia vitæ. *Quid eſt, quod me quærebatis, neſciebatis? quod in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Luc. 2. Vita propter illum. *Miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem.* Ioan. 6. Similis illa ſententia. *Pater meus, vſque modo operatur, & ego operor.* Ioan. 5. Doctrina veræ ſapientiæ, prudentiæque. *Confiteor tibi pater, Domine Cæli, & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Luc. 10. Propter doctrinę mirandæ ſtudia. *Pater diligit filium, & omnia demonſtrat, & quæ ipſe facit, & maiora his demonſtrabit ei opera, vt vos miremini.* Io. 5. Nec ſolum, vt mirentur, ſed etiam, vt videant, & intel-

Ioan. 10. intelligant. *Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi, si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis, quia pater in me est, & ego in Patre.* Sententiæ de æter-
Ioan. 12. nitate. *Et scio, quia mandatum eius vita æterna est.* De diuinis sermonibus. *Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.* Sa-
Matt. 11. tis erat sine obtecratione voluntas. *Ita pater, quoniam sic fuit placitū*
Ioan. 8. *ante te.* Vbertas sententiarum propter Deum. *Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me, ego enim ex Deo processi, & veni, neq; enim à me ipso veni, sed ille me misit.* Disputationes veritatis explanan-
Matt. 7. tur. *Non omnis qui dicet mihi, Domine, Domine intrabit in regnū cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.* Professio essentiæ unius, & honoris. *Qui*
Ioan. 15. *me odit, & patrem meum odit. si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem, & viderunt, & oderunt, & me, & patrem meum.* Sapientia ipsa diuinitas. *Et nemo*
Matt. 11. *nouit filium, nisi pater, neq; patrem, quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Consilia petitionis, & beatitudinis. *Et quodcumq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio.*
Matt. 5. Vt ad veram gloriā animus intentus sit. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum,*
Ioan. 15. *qui in cælis est.* Ad maximum amorē. *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.* Siue consilijs, siue mandatis regit. De hono-
Ioan. 8. re. *Ego Demonium non habeo, sed honorifico patrem meum.* Honos in
Ioan. 10. honorāte. *Pater in me manens.* Sed in Patre, & filio mutuus honos.
Ioan. 11. *Pater gratias ago tibi, quoniā audisti me, ego autem sciebam, quia sem-*
Ioan. 5. *per me audis.* Vnitas substantiæ, immortalitasque. *Ergo omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.* De reuerentia hu-
Matt. 26. mana vita priori. *Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bi-*
Luc. 23. *bam illum fiat voluntas tua.* In extremo spiritu. *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Ne quem vereri debebat, fecisse
Ioan. 8. vindicem videretur. *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Gloria Christi nec a se ipso, nisi vna cum patre. *Si ego*
Ioan. 14. *glorifico meipsum gloria mea nihil est; est pater meus qui glorificat me.*
Matt. 5. Non alia de causa omnia quam, *Vt glorificetur pater in filio.* Summum bonum ex hoc. *Glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Propter tantam gloriam non ne christianus omnium religione virtutum obstringitur? Ausonius.

Eidy. 29. *Da Christe specimen agnoscere inreprehensum*
Rex bone cultorum famulantium vinificator.

Cum

Cum patre, maiestas altissima ingenerata.

Christus in Pharisæos minime religionem a communi charitate separandam. *Interrogo vos, si licet sabbatis benefacere, aut male animam saluam facere, an perdere? at illi tacebant, ipse autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, non ne tenebit, et leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue?* Immo religio propter hominem. qui si non uerbis, necessaria legis sapientia continetur. *Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hic.* Luc. 6. Marc. 3. Matt. 12.

Dies festi ad remissionem animorum propter sanctitatem. *Ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent se ipsos.* Ausonius. Ioan. 11.

At nos æternum cohibentes pectore cultum
Intemeratorum vim continuamus honorum
Annua cura sacris, iugis reuerentia nobis. Eidy. 2.

Quædam religionis pars a necessitate sublata, propter clementiam Dei, minime absque aliqua religionis causa extra ordinem adiuuantem. *Nunquid legistis, quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esurijt ipse, & qui cum eo erant? quomodo introiuit in domum Dei, sub Abiathar Principe Sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, & dedit eis, qui cum eo erant?* Quæ meliora repellit, propter fallacias proprie superstitio. *Nunc vos Pharisæi, quod de foris est calicis, & catini mundatis, quod autem intus est vestrum plenum est rapina, & iniquitate. Stulti non nè, qui fecit quod de foris est, etiam id quod intus est fecit?* Non ne hoc ambitionis, & captiuitatis propter vanitatem, & errorem est? *Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.* Religio igitur omnia aucupatur. *Si quis, autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Animum pro Deo tacita conscientia communis religionis obtestatur. *Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.* Secura erga conscientia religione, seu contenta seipsa, seu alia appetere velit. Marc. 2. Luc. 12. Ad Rom. 10. Iacob. 1. Io. in Ep. 3.

Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibit auersos Penateis
Farre pio, & saliente mica. Horatius lib. 3 carminum. Ode 23.

Nihil

Nihil ſeuerius ad vitam, nihil grauius ad ſpem, theatro humani cordis, conſeientiæque. *Cariſſimi ſi cor noſtrum, non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Nonne fructuoſa? *Quicquid petierimus accipiemus ab eo.* Ex his cauſa vniuerſalis bonorum omnium religio eſt. *Quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea, quæ ſunt*
In 1. ep. *placita coram eo, facimus.* Paulinus de Chriſto.

Totaque noſtra iure Domini vindicat
Et corda, & ora, & tempora.
Se cogitari, intelligi, credi, legi.
Se vult timeri, & diligi.

2. Pet. 3. Meditatione mortis, & morũ religione circũſpice. *Cum igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet nos eſſe in ſanctis cõuerſationibus,*
Pſal. 24. *& pietatibus?* Vniuerſæ religionis vox regia. *Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me.* Ad intelligendum. *Dirige me in ueritate tua.* Et agendum. *Doce me, quia tu es Deus Saluator*
Lib. 5. Po lit. c. 11. *meus, & te ſuſtinui tota die.* Ariſtoteles ait conuenire probitatem principis cum conſcientia, exiſtimationem cum ſecuritate, diuturnitatem cũm gloria, quorum bonorum effectrix religio eſt, igitur eius verba ſunt. Videri etiam oportet ipſum erga religionem Deorum affici vehementer. Minus enim formidabunt populi, ne quid contra iuſtitiam fiat, ſi religioni deditum illum exiſtimabunt, ac Deorum timorem habere: minusq. contra illum audebunt inſurgere, quaſi Deos habeat propitios & fauentes. Veruntamen oportet ſine impobitate talem videri. Nam vt vere videri poſſit, bonus ſit, neceſſe eſt. Sancti Reges, qui Religione, ſapientia quoque regendi Rempublicam, ſeu diuino præſidio adiuti, ſeu ſimillimo ſtudio virtutum omnium inſtructi præcelluerunt, quibus artibus ciues iuſtè, beneq; coluerunt, ijſdem cælo præmunijſſe, ſeu potius peccatis huius vitæ ſolutos, charitate, & ſeueritate Principum pœne ſupplicijs æternis liberatos conſtat. Eccleſia gratiſsima de Sancto Stephano Rege Vngariæ.

Regnum ritè gubernatur:
Fides Chriſti dilatatur.
Sidus claret matutinum.
Apud Iodocum Clictoeũ. *Ante ſolem fert vexillum.*
Per quod, ſolis fulſit lumen
In Hungarorum mentibus.
Hic eſt miles, rex, & rector.
Qui dum rexit, & regnauit:

Hoſtis

Hostis tandem de tortura
Gentem suam liberauit.

Euidentissimum argumentum regiæ sanctitatis bonum Reipublicę honorificentissimè Ecclesia De sancto Ladislao rege Hungariæ.

Salue salus Hungarorum.

Quid non de virtute Sancti Ludouici, Regis Francorum? qui non solum religiosissimus vir innumeris priuatæ sanctitatis laudibus, sed Sanctissimus Princeps publici splendoris, & regiæ virtutis ornamentis sempiternis, igitur qui sanctus, si Princeps, quomodo non domi, & belli sanctissimus Princeps?

Cuius vita dignoscitur
Forma virtutum omnium:
Fide purus, spe patiens,
Et charitate feruidus:
Omni petenti largiens,
Pius, pudicus, prouidus;
Fraus, furor, violentia
Relegantur à subditis:
Signa coruscant varia
Virtutum eius meritis.
Pro corona iustitiæ
Iam coronatus gloria:
Nostræ memor miseriæ
Cæli procuret præmia.

Copiosissime Iacobus. *Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo.* Vera igitur, & expressa religio, quæ omni malo contraria. *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Denique omnis diuina, humanaq; ex religione virtus, vt ex sapientia cultus. *In vanum autem me colunt docentes doctrinas, præcepta hominum, relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum baptismata vrceorum, & calicum, & alia similia his facitis, multa.* cognitio religionis, cum actione religiosa coniuncta est. Ideo sanctissimi Patres improbos Principes Ecclesia, & cętu christiano metu, & probris expulerūt. Paulinus de Diuo Martino Turonensi. Iacob. 1. Marci 7. Lib. 3.

Sæpe etiam sanctum crebro monere precatu

Ambitio eſt adgreſſa virum, vt vel ſero veniret
Oratus totiens ſpreta ad conuiuia Regis.
Ille etenim faſtus temnens, & facta reuoluens
Eius ſe penitus renuebat iungere menſæ,
Cuius criminibus ſanctam connectere mentem.
Ad ſenſu ſaltem tenui nefas eſſe putabat,
Obiectans cædem dominorum, & ſanguine partum
Imperium, mortem Regis, regnumque Tyranni.

Contra Gentiles. D. Chryſoſtomus Autor eſt a D. Babila Epiſcopo Antiochiæ & Martyre Imperatorem Decium, ab ingreſsione Eccleſiæ ſeuere fuiſſe propulſatum, quod puerum regium obſidem, contra ius gentium crudeliſsime necauiſſet. Paulus Diaconus. Eodem quoque anno. Plato Saccondionis Abbas, ſe abſcidit a communione Tharaſij Patriarchæ, pro eo, quod Imp. Conſtantinum receperit in communionem, & permiſerit eum tondere vxorem ſuam Mariam, & Ioſeph Monaco, & Abbati Monaſterij, quod appellatur Concarata coronare eum Theodatæ permiſerit. Vrbanitas, humanitasque non fucata, non fallax, ſed pia, & ſincera chriſtianam religionem offert. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis.* Irreligioſus vitijs notatus. *Qui dicit ſe noſse eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.* Religioſus deſignatus virtutibus. *Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.* Ergo ſumma virtutum religio, quibus niſi condita eſſet, minime in religione maxima communio humani, & diuini amoris exiſteret. *In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.* Iterum ergo concludit. *Qui non diligit me ſermones meos non ſeruat.* Omnis ſimul actio aduerſa religioni relegan-da. *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* Nam hoc Deo tribuendum eſt, quare contra id, quod iuſtitiæ debetur diuinæ, & religioni. *Omnia autem opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Ad veri animi religionem, ſtudiaq; virtutum inuſta diuinis litteris pertinet. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Linguæ etiam religioni deuota. *Quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in ore tuo credideris, quod Deus ſuſcitauit illum à mortuis, ſaluus eris.* Igitur virtutes ſeruient religioni, ducem illam ſequentur, & Principem, eritque neceſſe vanitate opinionum,

Lib. 23. Hiſtoria.

Ioan. 2.

Ioann. in Epiſt. c. 2.

Matt. 6.

Ioan. 14.

Matt. 6.

Matt. 23.

Ioan. 8.

Ad Coloſſ. 2.

&

& colluuie temporum illa deprauata, virtutes affectas perturbari, atque confundi; quarum motu inteſtina coorta mala, penituſque ſalutaris adminiſtrationis fundamenta, alta virtutibus legibus prouidentię ſecura conuulſa. Religionis naufragia temporum corruptelæ. *Habens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidem repellentes circa fidem naufragauerunt.* Saluianus in in libris de Prouidentia. Et ideo, quid prodeſſe nobis prærogatiua illa religioſi nominis poteſt, quod nos Catholicos eſſe dicimus, quod fideles eſſe iactamus, quod Gothos, ac Vuandalos hæretici nominis comprobatione deſpicimus, cum ipſi hæretica prauitate viuamus? Itaque rectiſsimè nobis dicitur illud, quod Iudæis in lege fidentibus dixit ſermo diuinus: Quomodo dicitis, ſapientes ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? Nolite, inquit, confidere in verbis mendacij, dicentes, templũ Dòmini, templum Domini, templum Domini eſt: quoniam ſi benedixeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra, & aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec ſanguinem innocentum effuderitis in loco hoc, habitabo vobiſcum in loco iſto à ſeculo, vſque in ſeculum. Sine bona conſcientia minime fides integra, ſine hac minime pura religio; fugiendi ergò illi, ſeu quia noxij, ſeu quia inteſtabiles. *Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut Idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi, nec cibum ſumere.* Quid clarius, certiuſque? *Radix malorum omnium eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* Ex quo exiſtimatio, ex eodem amor, & pro momento rei diuinæ auctus ſupra humanum affectum gloriandæ reuerentiæ, ideo ne deſpiceretur religio, & vt creſceret, quibus cæpit. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Opus igitur ad efficiendam ſolidam, & popularem religionem vitæ ſanctimonia, non rigore imperij, illa enim liberam omnium voluntatem comitatur, hic ſine illa præpoſtero erga homines agendi ordine deſperationem. primorum vanitate, luxuque potentiæ concuſſa fide Populi, animus numquam, niſi ſanctiſsimorum virorum exemplis ad ſpiritualia robuſtè compoſitus, ad diuina, natura ſua, infirmus, miſerè labat; igitur ſi ab his, quibus credita diuina, piè, minimè, palamq; vitioſè humana prodigũtur, illud boni, malique diſcrimen, primum euaneſcere, poſt fanaticè in ſcelus omne prorumpere, ſeu bonorum prætextu

1. Ad Tim. 1. Libr. 7.

1. Ad Cor. 5. 1. ad Tim. 6. Matt. 5.

morum circumuenta plebs a Diabolo, actaque de fide præceps numquàm se ad meliorem frugem sapientiæ recepit. Fidei, religionique superior gubernationis ratio fauet. 2. Paral. 20. *Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem credite in Domino Deo vestro, & securi eritis; credite Prophetis eius, & cuncta euenient prospera.* Nam quæ partes sunt prouidentiç in orbe nisi fides? Eas igitur, vt suas iure optimo communiat prouidentia necesse est, doceatque persapienter, sæpeque impellat homines ad sua consilio quodam, instinctuque facienda, quæ accidere videntur casu, cum prouidentia contineantur. Si virtute non numero ponderanda res, quid fide diuinius? 2. Paral. 32. *Nolite timere nec paueatis Regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem, quæ est cum eo, multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo; cum illo enim est brachium carneũ, nobiscũ Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis.* Clade religionis natum illud funestum erroris animal, ex omnium scelerum immanitate, flagitiorumque impunitate concretum, maiores nostri grauius experti, nos grauissimè iam immensam rabiem, occæcatam hæreseos temeritatem ferre non possumus: maledicentissimis linguis quasi in corpus lacerũ, & exãgue quotidie tela torquentur. Vnusquisq; vel infimo ingenio diuinissima omnipotẽtis Christi viscera, ius Romani Pontificis, auctoritatemq; discerpit. ausi armis etiam superbissimè minitari, & nos minime monstra ista vilissimi pecoris, labemque contemnimus? Frustra ne Paulus? Ad Heb. 11. *Defficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sanson, Iepte, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum.* Non solum armis fortissimus, sed robustus religione vir Ioab 2. Reg. 10. *Esto vir fortis, & pugnemus pro Populo nostro, & ciuitate Dei nostri, Dominus autem faciet, quod bonum est in conspectu eius.* Quoties benignissimè Deus cum iliis hominum, extremis, & ferreo corde pepigit? 1. Reg. 7. *Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth, & præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philistijm.* Fides ergo militaris lege consecrata. Deut. 20. *Appropinquante autem iam prælio stabit Sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum, Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum,*

veſtrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra aduerſarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. Euſebius de Conſtantino. Cum iam ſol ad medium cœlum aſcendiſſet die in pomeridianum tempus paululum inclinante, dixit ſe Crucis ſignum ex lucis ſplendore figuratum, in ipſo cœlo ſoli imminens manifeſto oculis aſpexiſſe, in eoque inſcriptionem conſignatam, quæ hęc verba complectebatur. IN HOC VINCES. Lib. 1. c. 22.

Agnoſcas Regina libens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies crucis, aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis
Hoc ſigno inuictus tranſmiſsis alpibus vltor
Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus.

Aurel. Prud. lib. prior. contra Symmachum.

Admiratio ingens ipſum, & totum exercitum, qui eum quopiam iter facientem comitabatur, atque adeo huius prodigij ſpectator factus erat, inceſsit. Et in illis. Nam in qua parte iſtud crucis vexillum viſum fuit, hoſtes fugam capere, victores perſequi. Quare intellecta Imperator ſicubi partem aliquam ſui exercitus languentem cernebat, ibi ſalutare illud vexillum, tanquam quoddam ſubſidium ad victoriam obtinendam, locari mandauit. Cuius adiumentis extemplo parta eſt victoria: quippè dimicantium vires diuina quadam potentia fuere admodum confirmatæ. Aurelius Prudentius. Lib. 2. c. 7.

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.

lib. priori cõtra Symmacum.

Quare qui chriſtianiſsimus omnium Imperatorum, eorum, qui ſunt, erunt, & fuerunt inuictiſsimus. De victoria Theodoſij contra Eugenium Tyrannum Diuus Auguſtinus. Milites nobis, qui aderant, retulerunt, extorta ſibi eſſe de manibus quęcunque iaculabantur, cum a Theodoſij partibus in aduerſarios vehemẽs ventus iret, & non ſolùm quæcumque in eos iaciebantur concitatiſsime raperet, verum etiam ipſorum tela in eorum corpora retorqueret. Claudianus ea, quæ Theodoſius pietate ſua, & virtute confecit, Honorio filio adulatione fædiſsima, & ab omni pœſeos arte aliena contra memoriam recentem, & contra ſimilitudinem veri concedit. Euſeb. lib. 4. c. 5. & 6. De Ciuit. Dei lib. 5. c. 26. Claudia. de tertio Hon. conſulatu.

victoria velox
Auſpicijs effecta tuis, pugnaſtis vterque.
Tu fatis, genitorque manu, te propter & Alpes
Inuadit faciles: cauto nec profuit hoſti *Munitis*

Munitis hæsisse locis: spes irrita valli
Concidit, & scopulis potuerunt claustra revulsis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis.
Obruit aduersas acies, revolutaque tela
Vertit in autores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hiemes, cui militat æther.
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Nec mirum in hoc errasse Claudianum, qui aut summa ignorantiæ culpa, aut vitio turpissimo a Marco Antonino Philosopho tributam testatissimam victoriam fidei militum christianorum, eiusdem Marci meritis contumacissimus tribuit.

In 6. Honorij consu.

Non tantis patriæ studijs ad templa, vocatus
Clemens Marce redis, quum gentibus vndique cinctam
Exuit Hesperiam paribus fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum: nam flammeus imber in hostem
Decidit: hunc dorso trepidum fumante ferebat
Ambustus sonipes, hic tabescente solutus
Subsedit galea, liquefactaque fulgure cuspis
Canduit, & subitis fluxere vaporibus enses.
Tunc contenta polo mortalis nescia teli.
Pugna fuit, Chaldæa mago seu carmina ritu
Armauere deos, seu quod reor, omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.

In conc. de obitu Theod. senior.

Epist. 58.

Cap. 19. lib. 1.

Diuus Ambrosius de Theodosio. Cum locorum angustijs, & impedimentis Calonum agmen paulò serius in aciem descenderet, & inequitare hostis mora belli videretur, desiliuit equo Princeps, & ante aciem solus progrediens, ait, vbi est Theodosij Deus? Iam hoc Christo proximus loquebatur, quis enim posset hoc dicere, nisi qui Christo se adhærere cognosceret? quo dicto, excitauit omnes, & exemplo omnes armauit, & iam certè senior ætate, sed validus fide. Iam cũ mira gratiarum actione ad Theodosium. Gratias Domino Deo nostro, qui fidei tuæ, pietatiq; respondet, & formam veteri restituit sanctitati, vt videremus nostro tempore, quòd in scripturarum lectione miramur, tantam in prælijs diuini auxilij fuisse præsentiam, vt nulli vertices montium non aduentus tui cursum retardarent, non hostilia arma impedimentum aliquod afferrent. Iacobus à Vitriaco Cardinalis in Historia Orientali, pro Muris Antiochiæ paucos christianos contra innumerabiles Barbaros pugnasse, & vicisse

viciſſe ſcribit. Lancea Domini ſancta, qua latus eius in cruce fuerat perforatum, quæ paulò antè per reuelationem ſub terra reperta fuerat, eos pro vexillo præcedente. Noſtris autem ab vrbe egreſsis non in humana virtute, nec in pugnatorum multitudine, ſed tantum in Domino confidentibus, ros de ſupernis infuſus, conſolatione mirabili, ipſorum animos exhilarans, equos debiles, & macilentos, & iam ferè deficientes, ſubito robore ſuſcepto miraculosè confortauit. Ex quo factum eſt, quod noſtrorum exercitus innumeram infidelium multitudinē audacter aggrediens, & brachio forti, & extento uiriliter pugnans, diuino protectus adiutorio, glorioſe de hoſtibus triumphauit, alijs gladio trucidatis, alijs terga vertentibus, & equorum velocium præſidio fuga elapſis. Teſtis eſt hiſtoria quadripartita Theodoſium nocte, vt Conſtantinus die, ſenſiſſe vim numinis, & certiſſima pignora victorię habuiſſe. Cum igitur in quodam monte oratorium inueniſſet, ibi noctu domino ſupplicabat, & circa Galli cantum ſopore compreſſus, vidit, in ſomnis quaſi iaceret in campo, & adſtarent ſibi duo quidam viri in veſtibus albis, & equis candidiſſimis reſidentes, eumque iubentes habere fiduciam, & diluculo armare milites ad victoriam: dicebantque ſe pro auxilio deſtinatos. Quorum alter Ioannem Euangeliſtam, alter ſe Philippum dicebat Apoſtolum. Hac viſione comperta, nequaquam ab oratione ceſſauit, ſed lachrymas vberiores effudit. Quæ viſio etiam cuidam militi reuelata eſt, & per diuerſos peruenit ad Principem. At ille: Non propter me inquit, hæc iſte vidit, ſed ne quis crederet, quod finxerim, quod ego vidi. Ideoque etiam iſti monſtratum eſt, nam primo mihi Dominus hoc communis oſtendit. Et noſtrates, qui de veterrima fide gloriantur non pudet diſcordiæ, nec tædet turpitudinis? Religio alitur flore virtutum, Religione virtutes continentur. Igitur omnibus nationibus, vrbibus, cum Hieroſolymis communis perfidiæ conſcientia, Religio polluta iacet in tenebris, & tu in authoramento ſeruitutis, & mortis, ſine fide, ſine Deo, ſine Religione allucinaris? turget in dies hoc malum, vt infame os non tam confutandum, quàm conterendum fuiſſet; ſed o tempora, o mores.

Theodoretus lib. 1. c. 45.

PRIN-

PRINCIPIS EVANGELICI.

LIBER QVARTVS.

Quæ ſint munera Iuſtitiæ. Præſtantiſſimam eſſe virtutum. Quo ordine ſpecies factæ Iuſtitiæ.

CAP. I.

PRINCEPS hic noſter cum vera laude, & ſolida religionis gloria firmiſſima propugnacula Reipublicæ tenuiſſet, ſecundo amore ad Iuſtitiam pacis arcem, bellique confugit; quia cum de virtute conſtet gubernatrice ad finem, reliquum eſt, vt de illa dicatur, quæ potiſsima eſt earum, quæ ſunt ad finem. Hæc enim ciuium diſciplinam, & mores, ſeueris legibus, pœnisq; deuincit, æqua æmulæ virtutis domina, ordinum Reipub. conſeruatrix in cauſarum patrocinio Princeps; cuius eſt in re domeſtica continentia, in publica dignitas, ob quam bonitas, & innocentia ciuium, tamquam in luce perſpecta, quæ difficillimè fruſtra Iuſtitia in natura triſti, afflictaq; conciperet, niſi religionis radicibus niteretur. Theod. & Valentin. Imperatores. Cohærent enim inter ſe, & altera alterius creſcit incremento, ita ut vera religio iuſtitiæ ſtudio, Reſpublica vero ab vtriſque adiuta

Apud S. Cyrillum Alex. ep. 17.

adiuta reſplendeat. Summa hęc eſt, pro qua meritò Sanctiſſimus Ieremias exclamauit. *Facite iudicium, & iuſtitiam, & liberate* Iere. 22.
inopem de manu calumniatoris, & aduenam, & pupillum, & viduam, nolite contriſtare, neque opprimatis inique, & ſanguinem innocentium ne effundatis in loco iſto. Băſilius Imp. ad Leonem Filium. Sit ergo tibi corona quidem pro ſigno externo imperij, ſed coronę sĕper adiuncta ſit comes Iuſtitia. Ergo Princeps Euangelice magno animo vtiliſſimă, & præſtătiſſimam virtutem aggredere, ſiue ob rationem communis boni, ſiue quia humaniſſima ad alterū non vno contenta progreditur, ex quo cū natus ordo ſit partis ad par tē, & partis ad totum, facta eſt commutatiua in in priuatis, diſtributiua in publicis. De commutatiua Chriſtus in illis. *At illi* Matt. 22.
obtulerunt ei denarium, & ait illis Ieſus. Cuius eſt Imago hæc, & inſcriptio: Reſpondentes dixerunt ei? Cæſaris. Reſpondens autem Ieſus tunc ait illis. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Suum vnicuique commutatiue. Cæſaris enim Imago Imperatoria, Dei luminis increati ſimilitudo diuina; nam Cæſar Imperium æris Imagine, Deus Imperium Imagine nitelligentiæ demonſtrabat; cum enim Deus Cæſarem hominibus præeſſe permiſiſſet, miniſtro, quidquid ratio Iuſtitię a prouidentia Dei deriuata dictaret, debebatur: quam cum Deus terrenis gubernationem ſanxiſſet, ipſe animo (vt aiunt) immediatè ob Imaginem Spiritus Dei maluit imperare. Igitur quæ ſunt Cæſaris, ideſt Reipublicæ, eius Imperatori; quæ Dei immediate Deo: nam & Paulus. *Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum,* AdRo.13.
tributum, cui vectigal, vectigal. Stricti iuris regula commutatiue ſuum vnicuique. *Reges terræ, a quibus accipiunt tributum,* Matt. 17.
vel cenſum a filijs ſuis, an ab alienis? & ille dixit, ab alienis. Dixit illi Ieſus; ergo liberi ſunt filij vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad Mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te. Si enim Chriſtus, quia filius Regis immunis erat a tributo; igitur Regū Rex boni exempli cauſa confert tributum, ſcientiſſimusq. æternæ legis Cæſari Imperatori ſatisfieri tributis imperauit, & nePetrus dubitaret, aſſeritur miraculo immunitas Regia; ipſi vero ſtatum Iuſtitię humanę præſcriptum diuinę prouidentię iuſſis declarauit. Doctus ergo in humanis, & diuinis Petrus voluntati Chriſti obtemperabat, & ſuę conſcientię conſulebat.
Pro vtraque Iuſtitia clariſſimus ille locus. *Cum veniſſent ergo qui* Matt. 20.
circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios: ve-

nientes autem, & primi arbitrati sunt quod plus esſent accepturi. Acceperunt autem, & ipsi singulos denarios, & accipientes murmurabant aduersus patrem familias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus; at ille respondens vni eorum dixit: Amice non facio tibi iniuriam, non ne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade; volo autē, & huic nouissimo dare, sicut, & tibi. Primi enim conuenerant arbitrati laboris mercedem vtiliter in denario consistere; secūdi nihil solliciti, nihil spe pleni liberalis Domini pacti, sed cum vidissent primi æquari sibi eos, qui cum laborassent minus, eādem mercedem accepissent: Patrem familias petulanter, maledicéq. carpebant: sed bonus ille Pater omnibus eandem rem ingenuè, liberaliterque largitus est, qui, non quantum quisque pertulisset, insudasset, sed quantum meruisset, quantoque fænori extraordinarius ille labor futurus esset, æstimauit pro bonitate. rationem enim æqualitatis cognita sibi nouissimorum ad satisfaciendum voluntate, animique contentione intelligebat, alterum commutatiue, quia pro conuentione, arithmeticéq. alterum distributiuè, quia pro merito, geometriceque.

Honore, compendioque merita remuneranda, secundum vniuscuiusque genus, vt virtutis sic præmij. Rempub. integram esse, si vt Iustitia flagitat, bonis magistratibus constet. Quare Princeps fidelis dispensator, & seruus, non Principis esse sed Reipub. Magistratus.

CAP. II.

OPERIS labor, & solicitudo dispendio vitæ quærit officiorum pretia; non solum victus ratione, sed etiam publicæ vtilitatis, quę in omnes diligentia magistratuum, & virtute redundat: quare meritum, seu compendij, seu honoris mercede remunerandum, omnino iustitię est. Valerianus Augustus Ceionio Albino præfecto Vrbi. Vellemus quidem singulis, quibusque deuotissimis Reipublicę uiris multo maiora deferre compendia, quam

Flauius Vopiscus de Aureliano.

quam eorum dignitas poſtulat; maximè vbi honorem vita commendat. *Ei autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.* Nam ſi vnuſquiſque in ſuo honoris gradu omni ſtudio, & auctoritate ad Remp. gerendam incumbit; non poteſt non ei pars Iuſtitię virilis reſpondere. Sed ſi ſe liber obtulit, & occupauit, minimè priuandus liberalitate Reipublicę. Lampridius de Alexandro Seuero. Etiam in prouincijs oratoribus forenſibus multum detulit: pleriſque etiam annonas dedit, quos conſtitiſſet gratis agere. *Quia, & alijs Ciuitatibus oportet me Euangelizare Regnum Dei, quia ideo miſſus ſum.* Propter finem vniuſcuiusq. muneris Iuſtitia magiſtratibus neceſſario onus impoſuit; ſerui enim ſunt publicę rei; quare cum illi Chriſtum detinerent: ipſe ſe vrbane, iuſteque recepta cauſa excuſauit. igitur iis, quos Iuſtitia obligauit, ſuſcepto negotio, atque confecto, ipſa obligata Iuſtitia ſit, neceſſe eſt propter laboris neruos. Valerianus Auguſtus de Aureliano Imperatore. Et tamen nihil præterea poſſum addere tanto viro ad muneris gratiam, quam patitur ſobria, & bene gerenda Reſpublica. *Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Propter cognitam etiam, expertamque virtutem. *Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem Ciuitates.* Prudentiæ enim fuit modica tyroni, & rudi commiſiſſe, Iuſtitiæ alijs nouis expectatum virtute præferre maiore aſſequuturum. *Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt reddere vnicuique ſecundum opera ſua.* In vtramque partem Iuſtitiæ proportio eſt *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* Sed cum ſpiritualia meriti altiſsimi ſint, non tantum terrenarum rerum deſiderant, quanti eſt ſpiritus dignitas: Sed quòd modeſtiæ ſpirituali, & ſanctimoniæ ſatis eſt ad temperanter, pureque viuendum. Lampridius de Alexandro Seuero. Si vmquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper iliud addidit, Gratias tibi agit reſpublica, eumque muneratus eſt, ita vt priuatus pro loco ſuo poſſet honeſtè viuere, his quidem muneribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro, impendijs ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum, & operis, quas ratio fabricę requirebat. Quare cum mortalia propter ſpiritualia ſint, illa ſeruire neceſſe eſt. Eſt enim exigua in hoc genere Iuſtitiæ, propter ſumptus neceſſarios inter diuina, & humana proportio, danti prudentiſsimo iudicio

Ad Ro. 4.

Matt. 8.

Flauius Vopiſc. in Aurel.

1. Ad Cor. 9.

Luc. 19.

Apoc. 22.

1. Ad Cor. 9.

nientes autem, & primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem, & ipsi singulos denarios, & accipientes murmurabant aduersus patrem familias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus; at ille respondens vni eorum dixit: Amice non facio tibi iniuriam, non ne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade; volo autẽ, & huic nouissimo dare, sicut, & tibi. Primi enim conuenerant arbitrati laboris mercedem vtiliter in denario consistere; secũdi nihil solliciti, nihil spe pleni liberalis Domini pacti, sed cum vidissent primi æquari sibi eos, qui cum laborassent minus, eãdem mercedem accepissent: Patrem familias petulanter, maledicéq. carpebant: sed bonus ille Pater omnibus eandem rem ingenuè, liberaliterque largitus est, qui, non quantum quisque pertulisset, insudasset, sed quantum meruisset, quantoque fænori extraordinarius ille labor futurus esset, æstimauit pro bonitate. rationem enim æqualitatis cognita sibi nouissimorum ad satisfaciendum voluntate, animique contentione intelligebat, alterum commutatiue, quia pro conuentione, arithmeticéq. alterum distributiuè, quia pro merito, geometriceque.

Honore, compendioque merita remuneranda, secundum vniuscuiusque genus, vt virtutis sic præmij. Rempub. integram esse, si vt Iustitia flagitat, bonis magistratibus constet. Quare Princeps fidelis dispensator, & seruus, non Principis esse sed Reipub. Magistratus.

CAP. II.

OPERIS labor, & solicitudo dispendio vitæ quærit officiorum pretia; non solum victus ratione, sed etiam publicæ vtilitatis, quę in omnes diligentia magistratuum, & virtute redundat: quare meritum, seu compendij, seu honoris mercede remunerandum, omnino iustitię est. Valerianus Augustus Ceionio Albino præfecto Vrbi. Vellemus quidem singulis, quibusque deuotissimis Reipublicę uiris multo maiora deferre compendia, quam

Flauius Vopiscus de Aureliano.

Digitized by Google

quam eorum dignitas poſtulat; maximè vbi honorem vita commendat. *Ei autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.* Nam ſi vnuſquiſque in ſuo honoris gradu omni ſtudio, & auctoritate ad Remp. gerendam incumbit; non poteſt non ei pars Iuſtitię virilis reſpondere. Sed ſi ſe liber obtulit, & occupauit, minimè priuandus liberalitate Reipublicę. Lampridius de Alexandro Seuero. Etiam in prouincijs oratoribus forenſibus multum detulit: pleriſque etiam annonas dedit, quos conſtitiſſet gratis agere. *Quia, & alijs Ciuitatibus oportet me Euangelizare Regnum Dei, quia ideo miſſus ſum.* Propter finem vniuſcuiusq. muneris Iuſtitia magiſtratibus neceſſario onus impoſuit; ſerui enim ſunt publicę rei; quare cum illi Chriſtum detinerent: ipſe ſe vrbane, iuſteque recepta cauſa excuſauit. igitur iis, quos Iuſtitia obligauit, ſuſcepto negotio, atque confecto, ipſa obligata Iuſtitia ſit, neceſſe eſt propter laboris neruos. Valerianus Auguſtus de Aureliano Imperatore. Et tamen nihil præterea poſſum addere tanto viro ad muneris gratiam, quam patitur ſobria, & bene gerenda Reſpublica. *Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Propter cognitam etiam, expertamque virtutem. *Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem Ciuitates.* Prudentiæ enim fuit modica tyroni, & rudi commiſiſſe, Iuſtitiæ alijs nouis expectatum virtute præferre maiore aſſequuturum. *Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt reddere vnicuique ſecundum opera ſua.* In vtramque partem Iuſtitiæ proportio eſt *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* Sed cum ſpiritualia meriti altiſsimi ſint, non tantum terrenarum rerum deſiderant, quanti eſt ſpiritus dignitas: Sed quòd modeſtiæ ſpirituali, & ſanctimoniæ ſatis eſt ad temperanter, pureque viuendum. Lampridius de Alexandro Seuero. Si vmquam alicui præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper iliud addidit, Gratias tibi agit reſpublica, eumque muneratus eſt, ita vt priuatus pro loco ſuo poſſet honeſtè viuere, his quidem muneribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro, impendijs ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum, & operis, quas ratio fabricę requirebat. Quare cum mortalia propter ſpiritualia ſint, illa ſeruire neceſſe eſt. Eſt enim exigua in hoc genere Iuſtitiæ, propter ſumptus neceſſarios inter diuina, & humana proportio, danti prudentiſsimo iudicio

Ad Ro. 4.

Matt. 8.

Flauius Vopiſc. in Aurel.

1. Ad Cor. 9.

Luc. 19.

Apoc. 22.

1. Ad Cor. 9.

Digitized by Google

pietatis,accipienti non ſine deſpicientia rerum, ratio tota Iuſtitiæ
Ad Rom. 15. conceſſa eſt. *Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, debent, & in carnalibus miniſtrare illis.* In æqualitate mutuò
2. Ad Cor. 8. partium ſalus; ergo Iuſtitia, quæ e ſinu illius profecta eſt. *In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, ut & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas.*
1 ad Cor. 3. Ergo varia ratio. *Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.* Quæ ſententia ſigillatim explicatur.
Matt. 10. *Qui recipit vos me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.*
Varia igitur merces eſt, bene agendi multiplex præmium, nec officiorum rationes confunduntur Iuris peritus cauſis præſit, Exercitui Imperator. Iulius Capitolinus De Alexandro Seuero. Aſſeſſoribus ſalaria inſtituit, quamuis ſæpe dixerit, eos eſſe promouendos, qui per ſe Rempublicam gerere poſſent, non per aſſeſſores: addens militares habere ſuas adminiſtrationes, habere litteratos: & ideo vnumquemq; hoc agere debere, quod noſſet. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Qui enim Reip. ſeruit certo ærealendus eſt. Iulius Capitolinus De Antonino Pio. Nihil eſſe ſordidius, immo crudelius, quam ſi Rempublicam ij arroderent, qui nihil in eam ſuo labore conferrent. Sed illi munus, quod ſingulari virtute meretur, debitum eſt iuſtitiæ graui iudicio
Matt. 9. ſingularis illa ſimilitudo. *Quia nemo immittit commiſſuram panni rudis a nouo veſtimento in veſtimentum vetus, alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commiſſura à nouo, & aufert ſuplementum eius nouum à veſtimento veteri, & peior ſciſſura fit.* Hæc enim Iuſtitiæ commentatio eſt, vt illo ordine, quem ipſa vniuerſim, vniuſcuiuſque meritis, & digniſsima facultate conſtituit, Reſp. vna, & integra ſit. Optimatibus bonum publicum conſtat: neceſſe itaque eſt ad optimum ſtatum fermè omnes, ad ſalutem ſaltem aliquos è Principibus bonos exiſtere. Si enim omnes improbi adeo inteſtinum malum ipſas penitus vniuerſæ vitæ reliquias extingueret; ſed cum fieri non poſsit omnes ciues malos eſſe, in vnum, paucoſuè prapotentes pernicie redacta, graue periculum Regnis impendit, ſcinditur incertain, ſtudia in contraria Reſp. cum illi nauitate, induſtriaque gerunt Remp., lacerant hi inertia, & cupiditate, qui cum nomen exiſtimentur malum, quibus Regnum detrimentis afficiendum ſit, quotidie deſignant. Iuſtitia itaq; ne factiones bonorũ ciuium, triſtiumq. depugnent

directè,

Digitized by Google

directè, & accuratè distribuendo prouideat. Oportet enim exaggeratos virtutibus homines grandia tractare, ne qui humili opera, & ingenio magnitudini rerum communi damno succumbant. Basilius Imperator ad Leonem filium. Boni ergo Principis existimationem ita potissimum consequeris, si suum cuique locum, & gradum seruaueris: & eis quidem, qui cæteris præesse, atque imperare digni erunt, præfecturas commiseris, eos autem quibus parere melius erit, ita temperabis, vt neque præfectos suos offendere, neque ipsi uicissim, à suis præfectis lædi possint. Da igitur operam, ut unumquemque exploratum, & perspectum habeas, & ut cuique commodum magis erit, de ijs, qui præesse, & qui obedire debebunt, sapienter statuas, ne cerui imperent leonibus, sed magis leones ceruis. cap. 46.

Si enim illustribus meritis præditi, officij tenuitate distringuntur, animum despondent, quos occupare obscuros mediocria voluisti, claros excelsa perdere iniustitiæ est. D. Gregorius Nazianzenus. Etenim sublimi quidem viro detrimentum est, res magnas non aggredi, nec virtutem, ad multos propagare, sed in paruis consistere, non secus, ac si magno lumine paruam domum illustret, aut virilibus armis, puerile corpus obtegat, primo autem salus in eo consistit, vt paruum onus subeat, nec ijs rebus, quæ vires ipsius excedunt, seipsum subijciens, simul & risum moueat, & periculum adiungat. Cum enim communis opinio boni, non tam errore, quam ambitione distrahitur, Reip. partes molestissime conflictari necesse est; habiles itaque Reip. muneribus acriter deligendi, sæpe enim particula, vt ita dicam pessimi hominis, non modo ciuitatis adiumenta, sed salutis præsidia disturbat. Quare. *Fidelis dispensator*. Appellatus, qui publicas res, magistratus scilicet, fide integra, minime publico bono, priuata gratia deuicto dispensat. Stobæus ex Platone. Atqui, & honores virtute maioribus semper maiores, minoribus autem virtute, & disciplina minores, & vtrisque secundum rationem, quod decet impertit, ea enim certe nobis est ciuilis iustitia, hanc, & nos appetere debemus, atque ad hanc ipsam ò Clinia æqualitatem respicere, dum hanc nouam condimus, & disponimus ciuitatem: & quisquis aliam instituit, eodem debet in legibus ferendis aspicere. Princeps enim Deo, & Patriæ fidem publicam, præstat cum sponsione bonæ mentis interposita, vnicuiq; honores, vt bene mereatur de patria, sanctè distribuit. Grauius alio in loco. *Fidelis seruus*. Est Deus Dominus, cuius est præcipere, In prima oratione. Luc. 12. Ser. 145. Matt. 24.

re, Princeps ſeruus, cuius eſt obedire. Ergo Deus Dominus imperat, Princeps ſeruus exequitur, liber igitur Deus, Princeps minime ſui iuris: non enim quicquid libet licet: nam omnia ſum mæ legis ſempiterna ratio chriſtiano Principi pro chriſtianorum fauore præſcribit, ne ſibi dedecori ſit, odioque chriſtianis.

Claud. Paneg. in. 4. conſul. Honorij

Non tibi tradidimus dociles ſeruire Sabæos
Armeniæ dominum, nec te præfecimus oræ,
Nec damus Aſſyriam. tenuit quam, fœmina, gentem:
Romani, qui cuncta diu rexere, regendi:
Qui nec Tarquinij faſtus, nec iura tulere
Cæſaris: annales veterum delicta loquuntur,
Hærebunt maculæ.

Quare, ſi fidei Seruator Deo obtemperaturus eſt, minimè gratiæ iuſtitiam eſſe ancillulam, & pediſſequam reputabit. Non enim omnes Principis partes publicæ ſunt, retinet priuatas, & proprias, quæ non modo publicis poſteriores, ſed nec verbo quidem cum illis conferendæ. Iulius Capitolinus in Antonino Pio, Amicis ſuis in imperio ſuo non aliter vſus eſt, quam priuatus. Eſt enim ſanguinis gloria, virtutis honos, laboris quies, præcipuè, cum quos iure belli Diabolus captos peremiſſet, Chriſtus redimendo, ſeruos ſeruando ſeruauerit. Si enim auferatur, quod Iuſtitiæ eſt, deleri a te, non ſeruari homines conſtat. Ergo tuere vnumquemque, & acriter merita certo iudicio, ponderato. Si enim hæc feceris Deus Regem dixit, exercitus acclamauit, Populus frequens fauente patria ſalutauit; pro præmio enim honorificentiſsimè omnia accepturus eſt. *Quoniam ſuper omnia, quæ poſſidet conſtituet illum.*

Luc. 12.

Senec lib. 4. de benef.

Seneca. Rex honores dignis dat congiarium, & indignis. Vt de Conſtantino Max. Pomponius Lætus. Illud in eo Principe laudabile memoratur, quod ſi quos ex vulgo, priuatus dilexit, opibus honeſtauit, non dignitate prætoria, aut conſulari, vt principes priores nulla habita honoris ratione fecerunt.

Lib. 53. Hiſto.

Auguſtus in Dione. Præterea prouincias, & pacatas, & in quibus bella ſunt, optimis, ac pudentiſſimis mandare, non inuidentes cuiquam, neque certorum hominum commoda, ſed vrbis incolumitatem, & felicitatem ſpectantes. *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur: vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* Dominabantur enim, quia minime communis boni ſtudijs, & legum iure præſcripto adminiſtrabant. Et quia beneficij cauſa contra iuſtitiam, ſiue

Luc. 22.

bonos,

bonos, siue malos honorauerunt, vt bene Iuuencus Hispanus, quid inter Principem christianum, & infidelem distet, exponens. Lib. 2. Histor. Euang.

Gentibus infidis cella ditione potestas
Imponit, quoscumque velit, dominatur eorum.

Sed minimè hi grati malè gesta Republica. Basilius Imperator ad Leonem filium. Sicut enim canes alienis etiam cibum offerentibus oblatrant; Ita homines peruersi perinde eos, qui benè de ipsis merentur, offendunt, atque eos, qui malè. Si enim iusti essent non benefici appellarentur. Vnusquisque suæ rei beneficus appellatur, non eius, quæ benemeritis de patria optimo iure debetur. Aelius Lampridius de Alexandro Seuero. Præsides vero, Proconsules, Legatos, numquam fecit ad beneficium, sed ad Iudicium, vel suũ, vel Senatus. Igitur, qui primus erat dignitate, quasi infimus vigilando, prouidendo, agendoque seruiret, non sicut illi, qui cum beneficio Principum inijssent Magistratus, ciuium, Magistratuumque obliuiscuntur; ab ipsorum congressu fermè, omnes ianitor somni conscius, ventris, & cupiditatum absterruit, vltimi meritis, honore primi. Sallustius. Næ illi falsi sunt, qui diuersissimas res pariter expetant ignauiæ voluptatem, & præmia virtutis. Ergo mandandi Magistratus ijs, qui foris, & domi, strenuè se se gerendo omnium commodis, emolumentoque Imperij seruirent. Stobæus ex Platone. Magistratus autem legum minisstros appellaui, non quia innouare vocabula cupiam, sed quia putem, salutem hinc maxime ciuitati fore, & contrarium ex contrario. Nec enim prudentissimo Vlyssi, minimè robusto exercitatione corporis duci, arma Achillis illustria, & grauia tribuenda. Nec qui secundas fortitudinis tenet, primo vita functo, si pro exercitus incolumitate, vincendiq; ardore in eius suffectus locum, armorum repulsam ferat. Quare ingeniosè finxit Poeta iratum Iouem, ęgrèque ferentem confundi merita, nec munera pro hominum dignitate distingui. Claudianus ad Honorium. Cap. 22. In bello Iugurth. Serm. 145.

Vt fortes in Marte viros, animisque paratos
Sic iustos in pace legis, longumque tueris
Electos, crebris, nec succedentibus vrges
Iudicibus notis regimur; fruimurque quietis,
Militiæque bonis, ceu bellatore Quirino
Ceu placido moderante Numa.

In 4. consulatu.

Vlisses Imperaret, pugnaret Aiax, glorioſis armis operæ prætium Patriæ facturus: Quamuis enim inferiori esset virtute, in illo tamen palestræ militaris genere facilè omnes antecelluit. Philo. In libro de Monarchia.

vi: Non

Non omnibus enim danda omnia, sed quæ accipientibus conueniant, alioquin ordo, quo nihil in vita melius, tolletur e medio, succedente confusione pernicioſissima, si enim in nauibus onerarijs nautę gubernatoribus pares erunt, & in triremibus æquabuntur prǫfectis remiges, naualesque socij, in exercitu vero equites magistris suis, scutati ordinum ductoribus, centuriones legatis, & Imperatoribus, item in Republica concionatores Senatoribus, rei iudicibus, & in vniuersum plebei Magistratibus, tumultus, seditionesq; nascentur, & ista verbo tenus æqualitas inęqualitatem rerum pariet, nã ęqualia dignitate imparibus tribuere, inęqualitas est, inæqualitas vero fons malorum. Ex quo nata est
Eccles. 9. grauissima querimonia sapientis. *Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus, casumque in omnibus.* Celeres torpent, scilicet benemeriti de Rep. minimè ad honorum gradus possunt ascẽdere, sapientes (proh dolor) fame enecti, & irrisi (proh pudor) fortes ablegati, & abiecti. Per omnes ergo Magistratus sine alis rerum gestarum, ægri vitijs, vt alij ad cursum pedibus volitant, bellant ignaui, qui se nesciunt expedire, & si fortè vicerunt, hoc ipsum vincere, non scire constat. Prudentia enim, vt consilio prouiderat, celeritate confeciſſet, stulti cum cibis ingurgitarunt se se, animoque vino, & somno oscitante crapulam edormierunt, minime se ob grauitatem adiri patiuntur. Nec fauore artifices, non ingenio speciem intuentur, idiotæ diuitijs, & gratia pollent. Casus enim, & fortuna dominatur, non constans perpetuæ ratio Iustitiæ. Ergo distribuit Iustitia
Matt. 25 diuersa, virtutis dignitate diuersis. *Et vni dedit, quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundũ propriã virtutẽ.* Materia necessaria, res gestę. *Vos autem estis, qui permansistis mecũ in tentationibus meis.* Præmia pro generis magnitudine, & virtute maiora, nam plura ordinis sunt. & gradus bonorũ in diuinę Iustitię mo-
Luc. 22. dis. *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo, & sedeatis super Thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* Sola spes virtutis honos. In Flauio Vopisco Aurelianus Augustus dixit; & ego Domine Valeriane Imperator Auguste, ideo cuncta feci, ideo vulnera patienter excepi, ideo, & equos, & cantherios meos lassaui, vt mihi gratias ageret respublica, & conscientia mea. At tu plus feciſti, ago ergo gratias bonitati tuę, & accipio consulatum, quem, das; Dij faciant, & Deus certus sol, vt & Senatus de me sic iudicet.

Parentes,

Digitized by Google

Parentes, liberos, & gentiles, nihil cum Repub. commune habere. Imperium Sacroſanctum, margaritas eſſe Magiſtratus. Quibus mandanda Reſpub. Gratis concedendos Magiſtratus.

CAP. III.

PRo grauioris iudicij ratione certiſsima ea, quæ ſunt contra Iuſtitiã, euangelice perſequenda, odio notata ſunt. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuũ, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem, & animam ſuam non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Non quia odium non charitati repugnet, quæ in lege gratiæ potiſsima eſt, vt ait Paulus. *Plenitudo ergo legis dilectio eſt.* Sed quia ſi caſtiganda eſt, pro parentibus animi à recta ratione commotio contra Remp.; odium hominibus, integritas pro Deo, Iuſtitiaq; ſuſcepta videtur, parentes verere, familiares diligito, ne ſis, vt ait Apoſtolus. *Infidelis deterior.* Sed in publica re, cum inſtar multorum vnus habendus eſt, cum gratia labefacere Remp. poteſt, liberè repellito illum, qui ingenio, & arte imbecillis nulli vſui, & apertè odito peiorem, qui prauus, & contumax, noxius Reip. ciuis futurus eſt; anima enim gratia eſt, quæ perturbationis inſidijs, cõtra animũ hoſtiliter intereſt. *Inimici hominis domeſtici eius.* Intima ergo pars, gratia virtuti contraria, inimiciſsima Principi. Ergo hæc ex vitijs, tanquam ex vepretulis extracta nitedula, fide ante ſtantem indolẽ conatur arrodere. Conſanguineos ergo opprimentes animi ægritudine conceptiones ſanę mentis odio habeat Princeps neceſſe eſt: enimuero cum fratres charitate, ſocios laboris, pietate parentes, collegas in pericula quæreret, & ſi fratres, & parentes, niſi iuſtus, & acerrimus æſtimator inimicos capitali odio immortales: auariſsimè nundinaturos Remp. oppreſsione impia corrogauit. In Flauio Vopiſco Senator Conſularis Metius Falconius Nicomachus ad Tacitum Imperatorem. Gratias igitur dijs immortalibus ago, atque habeo, & quidem pro vniuerſa Republica, teque Tacite Auguſte, conuenio, petens, obſecrans, liberè pro communis patriæ legibus depoſcens, neparuulos tuos, ſi te citius fata præuenerint, facias Romani hæredes Imperij, ne ſic Rempublicam, patresq;

Luc. 14.

Ad Rom. 13.

Ad Tim. 5.

Matt. 10.

conſcriptos, populumq; Romanum, vt villulam tuam, vt colonos tuos, vt ſeruos tuos relinquas. Quare circumſpice, imitare Neruas, Traianos, & Adrianos. Ingens eſt gloria morientis Principis, Rempublicam magis amare, quam filios. Ne miſerrimè
Amos 4. accidat. *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, quæ dicitis Dominis veſtris, afferte, & bibemus.* Non ne fatali voce Rex barbarus? O ciuitatem venalem, & cito perituram, ſi emptorem
Matt. 10. inuenerit. Quare. *Qui amat Patrem, aut Matrem plus quam me, non eſt me dignus: & qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.* Qui pro libidine priuatæ luxuriæ ſuis, quæ benemeritis de patria ipſo iure debentur, impertit, qui publicas opes, & Magiſtratuum principia, ſeu turpiter deſerit, ſeu auare peculatur.
Iiai. 5. *Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferetis ab eo, propter hoc, ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, ſic radix eorum, quaſi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis aſcendet.*
Matt. 10. Igitur Chriſti opus iuſtitia. *Nolite arbitrari, quia pacē venerim mittere in terrā, non veni pacē mittere, ſed gladium.* Nō enim eſt illa pax cohoneſtata religione, trāquilla libertas animi, ſed malorū factioſa ſeditio, quam tyrannicè imperitantem, ſæuo inſanæ pacis more,
Mich. 3. proſtrata Reſp. perferebat. *Qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate, Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in*
Agellius lib. 11. c. 18. *mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant.* Vt M. Cato fures priuatorum furtorum in neruo, atq; in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro, atque in purpura. Ergo illam belluā Iuſtitia gladijs diſtrictis iugulauit. Agapetus ad Iuſtinianum Imp. Nam is tibi terreſtris imperij, ad cęleſtis Regni inſtar, ſceptrum, Iuſtitiæ Symbolum, credidit; vt ſacram mortales æquitatem edoceres, & cūctos qui hanc mordicus rabioſi canis modo, latratuvè impetunt, proſcriberes, legibus teſuis ſubſternendo, & ſubiecto
Ad Ro. 13. gregi, quam legitime imperitando. (Quare de Principe. *Non enim ſine cauſa gladium portat.*) Vt omnes vno animo, & voluntate in Remp., non pace inter paucos diſcordi, ſed inter vniuerſos concordi ſalubriter remanerent. Flauius Vopiſcus de Aureliano Imperatore. Quidquid ſanè ſcelerum fuit; quidquid malæ conſcientiæ vel artium funeſtarum, quidquid denique factionum, Aurelianus toto penitus orbe purgauit. Ipſius ergo Iuſtitiæ, patriæq. non perſonarum, non fortunæ, optima ratio
Matt. 10. habeatur. *Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam*

filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam. Vera enim, & prudenti charitate amare docet, non perturbatione animi, non totius damno Reip. Horatius ad Lollium.

Vindex auaræ fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,
Conſulque non vnius anni:
Sed quoties bonus, atque fidus
Iudex honeſtum prætulit vtili, &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, & per obſtantes cateruas
Explicuit ſua victor arma.

Lib. 4. carmi.

Quid hac ſententia dignius, ſanctiusque? *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos.* Sanctum imperium eſt, Margaritæ Magiſtratus Imperij pro lege, moreq; participes. Canes, & porci uitioſiſſimi homines, quos diuina ſententia officia ſocroſancti imperij vetat attingere. Boethius. Reddunt namq; improbi parem dignitatibus vicem, quas ſua contagione commaculant. Stobęus ex Polięno. Improbi ad honores promoti, quo fuerint indigniores; hoc & negligentiores fiunt, imprudentiaq; magis, & audacia pleni. Cum enim pro communi bono Reip. legitima Magiſtratuum, ordinumque deſcriptio facta ſit, ne bonum conſtitutione legis. hominis vitio malum ſit, Iuſtitia pręuideat. non enim tolerabilis error eſt, ſi qui debet ſeruare Remp. proterit, qui liberare, diruit, benemeritis igitur de Rep. & reipſa expertis crede. In Aelio Spartiano Marcus Antoninus ad Cornelium Balbum. Peſcennium mihi laudas, agnoſco: nam & deceſſor tuus eum manu ſtrenuum, vita grauem, & iam tum pluſquam militem dixit. Itaque miſi litteras recitandas ad ſigna, quibus eum trecentis Armenicis, & centum Sarmatis, & mille noſtris pręeſſe iuſsi. Tuum eſt oſtendere hominem non ambitione (quod noſtris non conuenit moribus) ſed virtute veniſſe ad eum locum, quem auus meus Adrianus, quē Traianus proauus, non niſi exploratiſsimis dabat. Nulla in publicis rebus maior ſtultitia, nulla diritas maior, quam vel Reipubl. leuiſsimam partem homini nullo ſpectato virtutis luce committere. In Flauio Vopiſco ad Tacitum Imperatorem, Senator conſularis Metius Falconius Nicomachus. Dij auertant Principes pueros, & Patres patriæ dici impuberes: & quibus ad ſubſcribendum magiſtri litterarij manus teneant: quos ad conſulatus dan-

Matt. 7.

Lib. 3. de conſ. Proſ. 4. Ser. 141.

In Peſcennio Nigro.

dos dulcia, & circuli, & quæcumque voluptas puerilis inuitet. Quæ, malum, ratio est, habere Imperatorem, qui famam curare, non nouerit; qui quid sit respublica nesciat, nutritorem timeat, respiciat ad nutricem, manuum magistralium ictibus, terrorique subiaceat; faciat eos consules, duces, iudices, quorum vitas, merita, ætates, familias, gesta non norit? Nam summum præmium iustitiæ distributiuæ principatus est. Quare prudentissime, sanctissimeq; Gregorius Pont. Max. Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem vindicato. Fallax, & lubrica hominum natura est, ad malum prona, Imperioq; superba, ingenio, cupiditati, & arrogantię seruiens, non prudentiæ, Iustitiæq. Si boni aliquando mores mutauerunt, nonne malus deterrimus futurus est? igitur si temeritatis est ab homine ignoto aliquid sperare boni, cuius ne vitij (vltimi omnium) ab improbo? Quid mirum si multi inexplebili cupiditate omnia rabidè appetunt, diripiuntq; Remp. si omnes impuri animi deformitates rimantur, quibus fędissime patria conculcata sordet ipsis Ciuibus? *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua, Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad illos.* Quare Basilius Imp. Ad Leonem filium. A reipublicæ muneribus perditos ac sceleratos homines extorres esse iube, neque vllam imperij tui partem illis commite, ne & ipse similis eis esse, ac improbis eorum factis gaudere videaris: nam quæcumque mala illi perpetrauerint, eorum causas tibi adscribent, teque peruersæ voluntatis eorum participem esse iudicabunt. Et quod grauius est, scelerum ab illis commissorum rationem Deo reddere te oportebit: perditorum enim hominum promotio, certa condemnatio est eorum, qui illos prouexerunt: & scelerata eorum facta illis attribuuntur, qui eos prouexerunt: *Gratis accepistis, gratis date.* Si enim gratis acceptum mercenarium fit, omnino corrũpitur, quia propter animum virtutis essentia in modo volũtatis est, quę si mercenaria cùm res natura gratuita, ille quantũ in se est, vitio perdidit, quod liberè conseruare debuisset; gratis igitur, & ingenuè, non seruiliter, neque auarè, ne contra naturã spiritu res, velut monstra, repente mutentur. Pręterea reivt gratuitę appetitio naturalis est, vt emptę vitiosa, & a natura remotissima, quia beneficiũ accipere à Deo honestissimum natura; nam quod à summa bonitate salutis

Egnatius lib. 3. in Othone 11 l.

Isai. 1.

Cap. 33.

Matt. 10.

ergo

ergo humanę optimo modo expreſsimus, eſt maxime naturale, non ſolum ipſe, qui vendit, ſed etiam qui mercatur peſsimè. naturę noſtrę libertatem, ſummo Deo ad diuini imitationem ordinis ſanctiſsimę conſtitutionis modum eripuit. Cuiuſne vſus varietas tanta ſi mercenaria, cuiuſne beneficij, tanta copia ſi uenalis? quid enim Deus ab hominibus pro rebus in ipſos collatis exegiſſet, niſi ad vltimum finem directam rerum rationem, & rectam voluntatem? hoc peti ab hominibus iuſtitia diſtributiua, imitatrix diuinæ prouidentiæ, & virtutum altrix, ſummique iuris Magiſtra deſiderat, non pecunias, non vitia animi pro Magiſtratibus, quos, vt à Deo gratis arripuimus, ſic ſimilitudine Dei virtutum diuina ratione gerendos eſſe cenſendum eſt, ſi a Deo gratis facultatem creandi Magiſtratus accepimus, alijs honorem gerendi gratis dare debemus, in omnibus enim honeſtiſsimè Deus liberæ virtuti, & animo ingenuo conſultum voluit. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem dilegatis.* Baſilius Imperator ad Leonem filium. Proba ergo, atque explora prius diligenter, atque ita demum ad honores prouehe eos, qui ſine muneribus ambiunt, ſi vis a Republica omnem ſordium, & concuſsionis labem exulare: nam qui dat, vt Magiſtratum capiat, quæſtum ſibi à Magiſtratu captat: dat enim, vt iuſcapiendi habeat, contra leges hoc agens, vt nullis legibus teneatur. Qui enim Magiſtratum mercari didicerit, is nunquam munera capere dediſcet, & ſine muneribus aliquid facere nunquam volet: te autem concuſſionis, & ſordium habebit Magiſtrum, quem debuerat habere vindicem. Quare Lampridius in Alexandro Seuero. Thurinusque ab illo, qui meruerat, fumi venditor ingentia prędmia perceepiſſet: accuſari eum Alexander iuſsit, probatisq; per teſtes omnibus, & quibus præſentibus quid accepiſſet, & quibus audientibus, quid promiſiſſet, in foro tranſitorio ad ſtipitem illum ligari præcepit, & fumo appoſito, quem ex ſtipulis, atque humidis lignis fieri iuſſerat, necauit, præcone dicente; fumo, punitur, qui vendidit fumum.

Ad Rom. 13. Cap. 43.

Quæ ſi potiſsima coniunctio cum Repub. Prouidendum vt ciues boni ſint. Exteros prouinciales neceſſariò afficiendos honoribus.

CAP. IV.

SEd cum Regnum ciuibus neceſſario, alienigenis caſu compoſitum ſit, quis dubitat ciues exteris præferendos? In Flauio Vopiſco Carus *Imperator*. Gaudendum eſt itaque P. C., quod vnus ex veſtro ordine, veſtri etiam generis, Imperator eſt factus. Quare adnitemini, ne meliores peregrini, quam veſtri eſſe videantur. Si ambo benemeriti de Rep., potior cauſa ciuis eſt, qui pro ſe patriam oſtentat, ſi alienigena ſolum, non ciuis, ille huic anteponendus eſt: nemo enim tantum lingua, et natione, cum Rep., quantum meritis, & virtute coniungitur, ergo potiſsimæ coniunctionis cauſa præſtantiſsima. Sed quid diuinius illa bonitate? Plinius de Romanis. Auxiliares quippe, & externos torquibus aureis donauere, at ciues non niſi argenteis. Sed, vt tuos alijs iure optimo, & illuſtri vtilitate Reip. præferre poſsis, prouideto. *In viam gentium ne abieritis, & in Ciuitates Samaritanorum, ne intraueritis. Sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* Erat Iuſtitiæ minime ſuos defraudare, præconiumque Regni Dei in eorum ſpem, deſideriumque conferre, ideo ne ſuis inuidere ſummi boni autor, ſed potius in procuratione agere videretur, cum Cananea. *Miſerere mei Domine, fili Dauid, ipſe autem reſpondens ait, non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* Sed vno amore hominū amantiſsimus gratulatur. *Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena, & ait illi ſurge, vade, quia fides tua te ſaluum fecit.* De optimis aduerſus malos quaſi vaticinio ſcriptū. *Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.* Quamuis enim omnis peregrinatio obſcura ſit, patiemur ne deſperationē an colemus lucē beneuolētiæ? nihil illa ſordidius; in ſpe potius amoris, quāin contemptus fęce viuemus. Magnus ille vir de Ciuitate decedere, quā de ſententia maluit, quid nos in tanta deſperatione rerum? Satis eſt ſi parua quædam paterni fauoris ope, nominisq; hæreditate, & luce maiorum, non aliquibus meritis, quibus aliqua ſi ſunt in multis

Lib. 33. c. 2.

Matt. 10.

Matt. 15.

Luc. 17.

Luc. 4.

multis, numquam est locus, consequaris, quæ potestas datur sperare, quamuis, vel pueris genere, ingenioque obscuris communia hominibus, nisi priuata gratia vtiliter, minimè decore virtutis causa habebis.

Latet obscuris condita virtus,
Clara tenebris.

O desperatissima perditissimorum hominum tempora, cùm nemo confisus facultate ingenij, & virtutis honestate, sine metu repulsæ manifestæ, pudoreque neglectę virtutis, scopulosum, & inaccessum virtuti honorem ne tentare quidem possit, ergo absit honos, quem vnusquisque sanæ mentis conditione malę conscientiæ mandari animaduertit. Sed nos mendici, infelices, insulsi? Vobis percommodè concedimus, dum Regia, & summa disciplinarum ratio, atque artium exercitatio nobis maximopere cordi, exploratumque sit nostri arbitrij, & iuris rem aliquam, eamque maximam omnium, non ex calligine superbiæ, qua affligimur, sed ex industriæ luce, ingenijque alacritate pendere. Vt Sallustius. Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quærere extremę dementiæ est: nisi fortè quem inhonesta, & pernicioſa libido tenet, potentiæ paucorum decus, atq; libertatem suam gratificari. Sed ne querelas ambitionis, non iustitiæ videar momenta perscribere, ad rem nostram reuertamur. Quidam enim solum vertunt, non maleficij, sed inuidię, non ignominiæ, sed infelicitatis ergo, itaq; omnibus intercluſa virtutis via aperienda est. Quare imperatum. *Omne quod in macellum venit, manducate.* Quia Petrus viderat. *Cælum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initijs submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli.* In omnes igitur, Christo promulgante, omnis generis emanat, exitque Iustitia. *Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantã fidem in Israel.* Sæpe sine æquo, & bono, quę iuris summa ratio videtur, barbara iniquitas est; licet enim cum Cananęa instare. *Vtique Domine. Nam, & catelli comedunt sub mensa de micis puerorũ, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum.* Non ne illam bonus pater recrearet? *Propter hunc sermonem. Vade.* Qui autem ciuium rationem dicunt esse habendam, exterorum negant, hi dirimunt communē humani generis societatē, qua sublata, beneficētia, liberalitas, bonitas, Iustitia funditus tollitur. Imp. ille in Tacito. Neque enim ignoro Iulios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo, & ne vetera scrutemur,

Act. 10.

Matt. 8.

Matt. 15.

Tacitus lib. XI. Annal.

mur, Hetruria, Lucaniaq; & omni Italia, in Senatum accitos. Po ſtremo ipſam ad Alpes promotam, vt non modo ſinguli viritim, ſed terræ, genteſq; in nomen noſtrum coaleſcerent. Tunc ſolida domi quies, & aduerſus externa floruimus. Prouinciales populi honorũ expertes domus arbitrio ſuę liberi, cætera ſerui, reliqui imperitantes domini, illis igitur, vt par eſt in æqua omnibus naturę iure Republica, dominorum pertæſis nihil reſtat, niſi publici ſeruitij ſine ſpe dignitatis turpe onus, contemptus pudor, & gliſcentis iræ communis, ingenſq; materia. intercidat non ſolum ex contrarijs male conglutinata, ſed etiam inualida viribus, ſuorum defectione alienatorum animis orbata Reſpub. neceſſe eſt. Nulla gens nec prouidentiæ lege, nec patientia naturæ totam ſeruitutem ferre poteſt. Ergo non modo armis poſitis, ſed obliterata memoria victoriæ, benemeritos de Repub., honoribuſq; affectos fratres, & ſocios diuturnitatis nomina, imperio futura patrocinio, iuſte, & fœliciter regere. Plutarchus de Alexãdro Magno. Neque enim ſecutus eſt Ariſtotelis conſilium, qui eum iubebat Græcis ſe tanquam Principem, barbaris, ut dominum prębere: & illorum quidem, ut amicorum, & domeſticorum curam gerere, his tanquam brutis, aut ſtirpibus uti. quod ſi feciſſet, regnum ſuum bellis, exilijs, ſeditionibus, ſimultatibusq; impleuiſſet. Sed ita ſtatuens, diuinitus ſe communem omnium nationũ, moderatorem, atque arbitrum eſſe miſſum, quos verbis non poterat, armis ad communitatem adigens, omnes vndique gentes in vnum corpus conduxit, tanquam in amicitiæ cratera commiſcens vitas, mores, nuptias, victus, rationes, mandauitq;, vt vniuerſi mundum pro patria agnoſcerent, caſtra pro arce, & præſidio, bonos pro cognatis, malos pro peregrinis. Inter Græcum, & barbaricum, non chlamyde, pelta, acinace, candy diſtinguerent: ſed Græcum virtute, barbaricum uitioſitate æſtimarent, communes autem ducerent ueſtes, menſas, coniugia, uictus rationes, cum hæc omnia ſanguine, & prole, inuicem eſſent contemperata. D. Auguſtinus. Non ne Romanis, & cæteris gentibus vna eſſet, eademq; conditio? præſertim, ſi mox fieret, quod poſtea gratiſsime, atque humaniſsime factum eſt, vt omnes ad Romanum Imperium pertinentes, ſocietatem acciperent ciuitatis, & Romani ciues eſſent; ac ſic eſſet omnium, quod erat ante paucorum. Lege naturæ propter charitatem populorum, libertatem gentium, faciliorem gubernationem, ſuos eiuſdem linguæ Principes regunt, exteri reſpuuntur. Nam in noſtrates natu-

In prim. orat. de Alex. For.

De Ciuit. Dei lib. 5. cap. 17.

ra

ta propenſi ſumus, ex quo illi inflammato quodam amore libertatis ad regnum appetuntur, ipſi vero propter pudorem vitiorum, amorem ciuium, imminentem domi metum ingenue imperaturi ſunt. Iure naturæ, quia cognitione maiori præditus eſt indigena (propter comitem Regni ſapientiam) extero melior eſt. hoc igitur quod contra naturam eſt, vt extranei diuerſiſſimis populis moderentur, honore, cõtinentia, æquitate, naturale facito, moderatum vectigal, comunes honores, non tam vnius nominis, quam vnius animi, vnius præmij, vnius vtilitatis imperium animos dulciſſima naturę captiuitate permulcent, ex cauſis enim diuinis religio, ex humanis iuſtitia diuturna Imperia peperêre. Patria ne verſutiſſima, & nefaria nouerca pium dolorem, & iuſtã iracundiam retardabit? *Mundus ego ex hoc ad Gentes vadam*. Niſi ſimul cum patriæ charitate vinculis virtutum copulamur, niſi humanitas valet, quis ipſe ſecum patriam recognoſcit? plena omnia dedecoris, contumeliæ, tyrannidis, Quis feritatis caſtellum, & receptaculum latrocinij patriam exiſtimat? Quæ iſta peruerſitas eſt, vt cum diuina, & humana turpari, & raptari, gemas, non potius orbis ciuem fieri velis, quam belluam? *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes*. Honeſtiſſima cauſa. *Quia dignus eſt, vt hoc illi præſtes: diligit enim gentem noſtram, & ſinagogam ipſe ædificauit nobis*. Sed hæc ingratiſſima. *Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ieruſalem*. Parentis hominum hoc eſt. *Dominus cuſtodit aduenas*. Act. 18. Act. 13. Matt. 8. Pſal. 45.

Acceptationem perſonarum contrariam eſſe diſtributiuæ Iuſtitiæ. Nec in honore priuato quidem accipiendas eſſe perſonas.

CAP. V.

SEd contraria diſtributiuę eſt acceptio perſonarum, ſic enim Phariſęi de Chriſto. *Scimus quia verax es, & quia recte dicis, & doces, & non curas quemquam, nec enim vides in faciem hominum*. Ideſt non accipis perſonas, quaſi imagine animi hominum uultu mouemur, non tenuis propter uerecundiam difficultas, magna propter metum, ſi acceſsit gratia ſuperari non poteſt. Matt. 22.

Prou. 18. *Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benè facit iſte, & pro buccella panis deſerit veritatem.* Inſtat enim amicus animi aperti vultu ad ſupplicandũ, vrget quaſi accuſator emptor, ſi ſe vendidit Iudex.

Pſ. 81. *Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis?*

Ser. 152. Stobæus ex Plutarcho. Thebis iudicum imagines viſuntur, abſq; manibus, & ſummi iudicis oculi conniuent, eo quod iuſtitia, nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur. Nihil igitur faciendum cur non integro animo reſiſtere homini præſenti poſſimus. *Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis.* Sapienter Ageſilaus, vt arduum eſt inquit ſimul miſerari, & ſapere. Ambitioſæ verò Matri reſpondit. *Sedere autem ad dexteram meam, & ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo.* Ipſe ergo neminem accipiebat, cum Deus pater facultatem diſtribuendi habuiſſet; qui enim præclarè pro Deo mortem perpeteretur, minimè cãdidatus martyrij petitione, gloriæ gradum obtineret; ſed conſcriptus à patre, qui liberis pro ſummæ ſapientia bonitatis, cæleſtia bona diſtribuiſſet. Quare Apoſtolus. *Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum.* Petrus in Cornelio expertus, quod nõ niſi euidentiſsimis diuinę bonitatis argumentis animus hebræus credidiſſet. *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur Iuſtitiam, acceptus eſt illi.* Cum legem Deuteronomij acceptionem perſonarum vetantem, forte ſolum ad res humanas, nec ad alienigenas pertinere arbitraretur, cum de patre dictum. *Et ſi Patrem inuocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum iudicat.* Lampridius de Alexandro Seuero. Præſides prouinciarum, quos vere non factionibus laudari comperit, &. in itineribus ſecum ſemper in vehiculo habuit, & muneribus adiuuit; dicens, & fures à Reipubl. pellendos, ac pauperandos, & integros eſſe redimendos, atque ditandos. Iacobus vehementer. *Fratres mei, nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum anulum habens in veſte candida, introierit autem pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei. Tu ſede hic bene, panperi autem dicatis. Tu ſtà illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: non ne iudicatis apud vosmet ipſos, & facti eſtis Iudices cogitationum iniquarum?* Vt viliſsima res peſſum it honos, nemini venit in mentem, virtutem non fortunam eſſe colendam præſtringit oculos ad diuina hebetes altitudo diuitiarum. Sed Princeps Euangelicus ſuæ retinens dignitatis, maximè animaduertet.

Leuit. 19. Plutarch. in Ageſilao. Matt. 20. Ad Rom. 2. Act. 10. Deut. 1. & 10. Iacob. 2.

uertet. *Honor Regis iudicium diligit*. Optimo ne licere quidem sine testimonio virtutis annuere, quid perniciosius, quid absurdius, quam cum improbis, & stultis voluntatem, consiliaque communicare? cum si eos honore Princeps dignatus sit, quanto præcellentior ad honorandum persona, tanto criminis grauioris reus, princeps. Qui summus officio, & dignitate stultissimus, & indignissimus? *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij, ita, qui tribuit insipienti honorem*. Lampridius in Alexandro Seuero. Iussitq., quemadmodum in Eleusinijs sacris dicitur, vt nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem nouit. Per præconem edixit, vt nemo salutaret Principem, qui se furem esse nosset; ne aliquando detectus, capitali supplicio subderetur. Ne resalutaretur ab Imperatore. Psal. 98. Prou. 6.

Quis bonus Iudex Christianos à Iudicibus Christianis iudicandos. Causarum cognitio publicæ personæ. Multa esse Tribunalia, & leges. Forma Iudicij sapientia. De accusatore, de Testibus, de sententia, & iudicio capitali.

CAPVT. VI.

IN Iudice iniquo boni Iudicis descripta forma. *Iudex quidam erat in quadam Ciuitate, qui Deum non timebat, nec hominem reuerebatur*. Igitur æquus, & bonus Iudex Deum timet interius, foris bonæ famæ consulit. *Vidua autem quædam erat in Ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens. Vindica me de aduersario meo, & nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se, & si Deum non timeo, hominem non reuereor: tamen quia molesta est mihi hæc uidua uindicabo illam, ne in nouissimo ueniens fugillet me.* Prudentissime sibi cauebat, nã Deus. *Pupillum, & uiduam suscipiet.* Ideo indigentiæ tutela, veritati, charitatiq; infensos execratur. *Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & uiduæ.* Non solũ Dei cliẽtes, sed liberi, & ciues. *Turbabuntur a facie eius patris orphanorũ, & iudicis viduarum*. D. Ambrosius de Valentiniano Iuniori. Tantus enim erat, vt etiam in causa sororum æquus fore arbiter à Prouincialibus æstimaretur: quod etsi circa sanctas necessitudines suas charitate propenderet, tamen pietatem suam, iustitia temperaret; Luc. 18. Psal. 145. Deut. 27. Psal. 67. In conc. de obitu Valentiniani Iun.

audiuit negotium, nõ de iure, ſed de poſſeſsione prædij, hinc pietas pro ſororibus, inde miſericordia pro orphani cauſa certabat, vt pro eo apud ipſas interueniret ſorores. Diuus Auguſtinus de Theodoſio Magno. Vnde & ille non ſolum viuo (ſcilicet Gratiano) ſeruauit quam debebat fidem, verum etiam poſt eius mortem pullum ab eius interfectore Maximo, Valentinianum eius paruulum fratrem, in ſui partes imperij, tanquam Chriſtianus excepit pupillum: paterno cuſtodiuit affectu: quem deſtitutum omnibus opibus nullo negotio poſſet auferre, ſi latius regnandi cupiditate magis, quam benefaciendi charitate flagraret. Vnde potius eum ſeruata eius imperatoria dignitate ſuſceptum, ipſa humanitate, & gratia conſolatus eſt. Hęc lenitas iudicis, & ſapientia ſit in iudicando. *Eſto pupillus miſericors, vt pater, & pro viro matri illorum, & eris in uetut filius altiſsimi obediens, & miſerebitur tui magis quam mater.* Vt vos ſtultos eſſe pro certo habeatis, qui hæc prætermittitis, & conſilia vaferrima ſtatus agitatis, non ne hæc cauſa occaſus Reipublicæ? *Cauſam uiduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt, numquid ſuper his non uiſitabo dicit dominus? aut ſuper gentem huiuſcemodi non ulciſcetur anima mea?* Diuus Ambroſius Valentiniani legatus ad Maximum. Propterea, & ego veni, qua prima legatione dum mihi credis, per me deceptum te eſſe aſſerebas, glorioſum mihi eſt hoc pro ſalute pupilli Imperatoris, quos enim, Epiſcopi, magis, quam pupillos debemus tueri? D. Chryſoſtomus propter vineam viduæ ab Eudoxia Auguſta emptam iniuſtè, ipſam Auguſtam, introitu Eccleſiæ prohibuit, nec ſępius dubitauit cõſtantiſsimus aduocatus viduarũ, duari tię conſilia Auguſtę aperire, & cum ipſa periculo vitæ pugnare. Ad impium Tyranni Antiochi mandatis Heliodorum omnia audentem Onias Sacerdos, pecunias illas eſſe. *Viduarum victualia, & pupillorum.* Qui fatis conceſsiſſet, ob immanitatem, ni eum ſummi Sacerdotis pietas ſeruauiſſet. D. Ambroſius commune hoc vobiſcum mihi recens exemplum: Eccleſię Ticinenſis proferam, quę viduę depoſitum, quod ſuſceperat, amittere periclitabatur, interpellante enim eo, qui ſibi illud imperiali reſcripto vendicare cupiebat, clerici non tenebant authoritatem, honorati quoque, & intercеſſores dati, non poſſe pręceptis Imperatoris obuiari ferebant. Poſtea iterum flagitabatur, & chirographo pręceptum Imp. iterauerat, vt ipſe per ſemet ipſum nos conueniret. Negatum eſt, & expoſita diuinæ legis auctoritate, & ſerie lectionis,

Lib. 5. de Ciu. Dei c. 26.

Eccl. 4.

2. Ierem. 5.

Epiſt. 56.

Leo Auguſt. in vita D. Chryſoſt.

2. Mach. 3.

Lib. 2. off. c. 29.

nis, & Heliodori periculo, vix tandem rationem Imperator accepit, poſt etiam tanta fuerat obreptio, ſed prœuenit Sanctus Epiſcopus, vt redderet viduæ, quod acceperat. Agellius ait. M. Cato in oratione, quam dixit apud Cenſ. in Lentulum ita ſcripſit, quod maiores ſanctius habuere defendi pupillum, quam clientem non fallere. Non enim ſatis eſt rem litigioſam expedire, niſi faciles aditus, liberæ quęrimoniæ, & breue tempus adhibeatur, cum exhauſtus pecunijs pro craſtinatione litis miſerè cauſa cadit; certiſsima iniquitatis ars, eripiendiq; differre, a maioribusq; pro hæreditate lites accipere. Iniquus Iudex pronunciauit; quo nomine digni illi, qui patrimoniorum ciuium gurgites, bonorum direptores, nec ſumptibus, nec ſæculis diffinitis, moleſtijs, periculis hominum, odijsq; paſcuntur. Hoc malo, incredibile eſt, quantum oppreſſa res priuata Iudicij ſubitura tempeſtates, ad vtramque partem periclitetur. D. Bernardus Abbas ad Eugenium Pontificem. Niſi agitentur cauſæ, audiantur partes, inter partes iudicare quis poteſt? Agitentur cauſæ, ſed ſicut oportet. Nam is modus, qui frequentatur execrabilis plane, & qui non dico Eccleſiam, ſed nec forum deceret, miror namque quemadmodum religioſæ aures tuæ audire ſuſtinent, huiuſmodi diſputationes aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad ſubuerſionem, quam ad inuentionem proficiunt veritatis, corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, & labia doloſa claude, hi ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, diſerti aduerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt, vt faciant malũ, eloquentes, vt impugnent verum, hi ſunt, qui inſtruunt a quibus fuerant inſtruendi, aſtruunt non comperta, ſed ſua, ſtruunt de proprio calumnias innocentiæ, deſtruunt ſimplicitatem veritatis, obſtruunt iudicij vias. Nihil ita abſque labore manifeſtam facit veritatem, vt breuis, & pura narratio. Ergo illas, quas ad te neceſſe erit intrare cauſas (neque enim omnes neceſſe erit) diligenter velim, ſed breuiter decidere adſueſcas, fruſtratorias que, & venatorias præcidere dilationes. Cauſa viduæ intret ad te, cauſa pauperis, & eius, qui non habet, quod det. Aliis, alias multas poteris committere terminandas, quamplures, nec dignas audientia iudicare. Auaritia enim, exquiſitiſsima ingenij vitioſiſsimi effectrix dum Iuſtitiam ſermone terunt, auare omnia meditantur, nec animus adeo eſt vnquam perturbatus, & intentus, vt non auiditas inexhauſta, infinitè quærendi ſtimulos incredibiles adhibeat, vt ille Felix. *Diſputante autem illo de Iuſtitia, & caſtitate, &* Act. 24

Lib. 5. c. 13.

In lib. 2. de conſiderat.

de

de Iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, quod nunc attinet: Vade; tempore autem opportuno accersam te simul, & sperans, quod pecunia illi daretur à Paulo, propter quod frequenter accersens eum, loquebatur eum eo. Nocentes, & pecunioſi rei, corruptelam iudicij, autore iudice ipſo moliuntur. *Quoniam conuertiſtis in amaritudinem Iudicium, & fructum Iuſtitiæ in abſinthium.* Paſti ne quæſtu iudiciario?

Amos 6.

Virg. in 6. Aen.

Diſcite Iuſtitiam moniti, & non temnere diuos,
Vendidit hic auro patriam, Dominumque potentem,
Impoſuit, fixit leges pretio, atque refixit.

Inter Chriſtianos ſolum controuerſias a Chriſtianis Iudicibus, ſeu legitimis, ſeu arbitris diſtrahi, ne fidei infeſtus, fidelium patrimonijs, & quotidianæ neceſſitati aduerſaretur, & ius, quod a prophetis antiquitus lumine Dei dicebatur tenebris mentis impię obſcuraretur. Nonne ad ſuprema iudicij nati, minima perſequemur?

1. ad Cor. 6.

An neſcitis, quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt, & ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis? Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia? Inter nos nullo numero, ſi boni chriſtiani ſumus, ſatis ad humana decidenda ſapientes ſunt. *Secularia igitur iudicia ſi habueritis contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia illos conſtituite ad iudicandum.* Si piè ad diſceptandum de iure coguntur. Deus Iudex beneficentiſſimus

Matt. 18.

Chriſtianis futurus eſt. *Quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in cælis eſt.* Seu potentia patris opus ſit, ſeu filij ſapientia. *Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Fides fructuoſiſſima eſt. Turpe eſt itaque Chriſtianæ Religionis priuilegio non frui. *Ad verecundiam veſtram dico: Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum.* An fruſtra. Chri-

1. Pet. 4.

ſtiani, virtute propria, inſignes. *Quoniam tempus eſt, vt incipiat iuditium a domo Dei.* Hoc eſt, cum pudore amiſsę charitatis, ſapientiæ dignitatem ammittere. *Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod iuditia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* In re pecuniaria facilis piorum animorum conſenſio eſſe debebat: Non enim opus iudicio, vbi ſibi pietas indulgens eſt, & ſi id propter difficultatem neceſſarium vbi ne ratio Chriſtianæ ſapientiæ? ſufferenda potius iniuria, quam abolenda ſapientia, & honos populi Chriſtiani violandus, præcipuè cum illa diuini conſilij ſint. *Ei qui vult tecum iuditio contendere,*

Matt. 9.

& tunicam tuam tollere, dimitte ei, et pallium. Mente concoquendũ,

vt

vt aut ſapiens iudicio ſis, aut fortis deſpicientia. *Qui aufert quæ tua ſunt ne repetas.* Cauſarũ cognitio nõ eſt priuatę perſonæ, ſed publici Magiſtratus. *Propter quod inexcuſabilis es ò homo omnis, qui iudicas.* Cũ ſui nõ ſit, ſed eius, qui authoritate aliqua Remp. attingit, excuſari a temeritate nõ poteſt. *In quo enim iudicas alterum, te ipſum cõdemnas.* Si enim alium peccaſſe iudicat, ſe ipſum hoc actu cõdemnat; nam ſibi ius cognoſcendi decerpit, præſertim, cum ſummi forma iuris apud priuatum, ſeu res, ſeu exiſtimatio in controuerſiam venire non poſſit, non ſolum autem delinquit, quòd ius alienum inuadit, ſed etiam quòd animi perturbatione inductus inuideat, maledicatque neceſſe eſt. Quare. *Eadem agis, quæ iudicas.* Maculam, qua alios affectos eſſe voluit, ipſe ſuſcepit. *Scimus enim, quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatẽ in eos, qui talia agunt.* Ratio eſt propter veritatẽ Dei, & hominis, quia iniquè, ſuperbèq; ea, quæ in altero vindicat, minime fugit. *Exiſtimas autem hoc ò homo qui iudicas eos, talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?* Non eſt enim iudicii humani, abſque opportunitate ſapientiæ opinione naturæ contraria deliberare. *Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo.* Priuati hoc, ſed non illi, quorum eſt propter ſtatum noſtræ ſalutis neceſſarium, rationeſq; ſapientiæ, lites æſtimare, ſeruare ſua vnicuique, multorum improbitatem coercere. Ergo multiplex Tribunal ne ſuæ partes humanæ Reipublicæ propter Deum, & propter homines deſint. *Conuentus forenſes aguntur, & proconſules ſunt, accuſent inuicẽ, ſi quid autẽ alterius rei quaritis in legitima Eccleſia poterit abſolui.* Minimè legitimi Iudices in multo maiori culpa ſunt, quã priuati, ſi de fortunis, & eorũ capite, qui ſiſti non poſſunt iudicauerint, illi enim cupiunt, quod eſt graue, famã conuiciis imminuere, hi, quod grauiſſimum, atque adeo ſæpe extremum, è medio, re ipſa, bona, & ſpiritum tollere. *Paulus autem dixit eis. Cæſos nos publice indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occultè nos eũciunt.* Iure igitur interrogat. *Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare?* Prętera more perſpicuo iure naturæ, veritatisq; diligentia neceſſario agendum. *Quia non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem prius quam is, qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Vt Cic. Nego, potuiſſe iure publico, legibus iis, quibus hęc Ciuitas vtitur, quemquam Ciuem, vlla eiuſmodi calamitate, affici ſine iuditio. Hoc iuris in hac Ciuitate, etiam tum, cum Reges eſsẽt dico

ad Ro. 2.
ad Ro. 2.
1. ad Cor. 4.
Act. 19
Act. 16.
Act. 22.
Act. 25.
Pro domo ſua ad Pont.

dico fuiſſe, hoc nobis eſſe a maioribus traditum, hoc eſſe denique proprium liberæ Ciuitatis, vt nihil de capite ciuis, aut de bonis, ſine iuditio Senatus, aut populi, aut eorum, qui de quoq; reo cõſtituti Iudices ſint, detrahi poſſit. Boethius. Si inflãmare ſacras ędes voluiſſe, ſi ſacerdotes impio iugulare gladio, ſi bonis omnibus necem ſtruxiſſe diceremur, præſentem tamen, ſententia, confeſſum. & conuictũ ve puniuiſſet. Vnuſquiſq; merito ſui retinens iuris, *Act. 25. Ad tribunal Cæſaris ſtò, vbi me oportet iudicari.* Itaq; cum propter maieſtatem Imperij publica iuriſdictione ſelectus iudex, tum ſapiens, *Ioan. 7.* neceſſario. *Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum Iudicium iudicate.* Non ſimulatione metus, non auaritia pecuniæ, non amicitiæ gratia, ſed conſtanti animo, caſta mente, ſolaq; intelligentia veritatis, non ſolum, vt exiſtimationi, ſed etiam, vt conſcientię cõſulat, ita in ipſo Iudicio non ineſt ſpecies ad decipiendum, ſed ſapientia ad demonſtrandum. Odio, gratia, & auaritia nundinationem animæ, quis fieri a Iudicibus dubitat? neq; enim, quæ ſunt iuſtitię *Matt. 16.* diuinæ, ac ſi eſſent humanæ commutanda ſunt. *Aut quam dabit commutationem homo pro anima ſua?* Nihil cupide contra authoritatẽ, *Matt. 18.* nihil inſidioſe contra Religionẽ. *Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Nomen Chriſti omnis generis virtus eſt. Qui ſimillimis ſtudijs diuini nominis congregantur, Chriſtum, ęquo animo, & ſancta voluntate tenent, ſapientiam ergo concipiunt, quę cum forma iudicii ſit, non poteſt non ſapiens bonus eſſe Iudex: Deus enim innocentię, iudiciſque grauitati fauens, non ſolum, gratia ſanctos Iudices firmat, verum *Act. 6.* etiam veritatem, iniquitate perditis offert. *Intuentes eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius, tanquam faciem Angeli.* *Act. 4.* Deus enim primus Iudex. *Si iuſtum eſt in conſpectu Dei vos potius audire, quam Deum, iudicate.* Deus audit primò, ſecundò Iudex, in quo ordine, niſi ſapiens Iudex ſit, eſſe non poteſt. Nam Iudex, neq; callidi, improbitate, animi, neq; rei noxa, neq; aliquibus adiunctis, neq; ordine præpoſtero quemquam defraudabit. *Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura.* *Leuit. 19* Quare iuditium ſimile infinitæ ſapientiæ, quæ nihil prætermittit. *Sap. 11.* *Sed omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.* Ideo Magiſtratuum palatia Templis proxima Plato eſſe voluit. Quorun- *De legib. 6.* dam enim ſtultitia eſt, non Feſti ſola. *Act. 26.* *Hæc eo loquente, & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit, inſanis Paule, multæ te litteræ ad inſaniam conuertunt.* Idiota ille lumen animi videre non poterat, cui Iudicium propter rapinas præcioſiſſimum, non maximum

pro-

propter ſapientiam. Vix hominis eſt committere, vt accuſator nominetur, nihil ſordidius ad famā, quam periculum capitis inferre multis, iſtud enim ſcelus Diaboli eſt. *Quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die, ac nocte.* Apo. 12. Diuus Ambroſius de Valentiniano Iuniori. Qui cum homines nobili ortos genere, & locupleti proſapia, quę cito mouere inuidiā ſolet Regię cupiditatis, accuſator vrgeret, prę-fectus inſiſteret, reſpondit, vt nihil cruentum Sanctis præſertim diebus, ſtatueretur. & cum poſt aliquot dies accuſatoris legeretur libellus, calumniam pronuntiaturus, accuſatum liberè donec Præfectus cognoſceret, obuerſari iuſſit, neque ante, aut poſtea quiſquam tanti criminis ſub adoleſcente Imperatore formidauit inuidiam. Riſit adoleſcens, quod robuſti metuunt Imperatores. In conc. de obitu Valent. Iun. Boethius. Paulinum conſularem virum, cuius opes palatini canes iam ſpe, atque ambitione deuoraſſent, ab ipſis hiantium faucibus retraxi; Ne Albinū conſularem virum præiudicatæ accuſationis pœna corriperet; odijs me Cypriani delatoris oppoſui. Lib. 1. de conſol. proſ. 4. Minime ergo gloriæ, & oſtentationis cauſa, quòd aſperè, atque inhumanè fit. Sed ſi hoc muneris tribuat Reipub. aut patrocinio, præcipuè dum adſit modus, laudandum eſt. *Iuſtus prius eſt accuſator ſui.* Prou. 18. In qua ſecuritatis, & iuſtitię cauſa Dei amor, & populi, conſtantiſsime conſpirauit. *Qui dicunt impio iuſtus es, maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus, qui arguunt eum, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio.* Prou. 24. Cicero. P. Sex. Rof. Ame. Accuſatores multos eſſe in Ciuitate vtile eſt, vt metu contineatur audacia. Quare ſępe impios in iudiciū capitis accerſere Principis eſt, cuius onus cōmunes inimicos vlciſci Reip. *Nolite putare, quia ego accuſaturus ſum vos apud patrem, eſt, qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis.* Io. 5. In innocentem vero palam, & impudenter inſultare, quam acerba res, quam miſeranda? *Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? reſponderunt, & dixerunt ei. Si non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eum;* Io. 18. odij enim erat impræſentiarum, Iudicis grauitate pro nihilo ducta palam, & nefariè ante præcipere futuram ſententiam, quam Iudex cauſam cognouiſſet. Tertia actione in Verrem. Dicam cum illo noſtro. Qui quamuis, honeſtiſſimè, & grauiter accuſaret. Sed ego defenſionem in mea perſona, non accuſatorem maxime laudari volo. Aut difficillima veritas, aut ambigua, niſi. *In ore duorum vel trium ſtet omne verbum.* Matt. 18. Pœna falſi. *Cumque diligentiſſime perſcrutantes, inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium; reddent ei ſicut* Deut. 19.

fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui; vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere.

Sæpius coniectura,& argumentis malitia perſpicitur, ex euidentia ſcelerati animi ſcelus ipſum. *Serue nequam omne debitum remiſi tibi, quoniam rogaſti me, non ne ergo oportuit, & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum; & iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus quoad vſque redderet ei vniuerſum debitum.* Imperatoria grauitate, luceque veritatis iudicium abſolutum. *Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Nam illis iudicandum, quibus delinquitur. *Quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* In illis vero iudicium Pilati comprobatum. *Aderant autem quidam ipſo in tempore nuntiantes illi de Gallileis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum, & reſpõdens dixit illi. Putatis, quod hi Galilæi præ omnibus Gallileis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? non dico vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis.* Omnis ſententia iure pronunciata, Dei eſt. Si igitur hi, quos non peccati pœniteret, morituri erant, vt illi a Pilato damnati, ergò iure affecti ſupplicio Gallilei, cum peccatores iure, pœnis æternis, niſi eos peccati pœniteat, plectẽdi ſint; acta enim capitalis iudicii confirmauit.

Matt. 18.

Matt. 22.

Ad Ro. 2.

Luc. 13.

Pilati crimina, & ſocordia. Parricidium Iudæorum. Nihil ſanguine iuſti atrocius, nihil antiquius ſeueritate Iudici, & modeſtia. Quæ neceſſaria ad iudicandum. Extraordinariam cognitionem eſſe, ordinemque iudiciarium. De homicidio. De Iuda Perduellionis reo.

CAP. VI.

Matt. 27.

QVędam partes iudicis ſapientis ſunt, quędam integri, quædam magnanimi, ſed ultimæ, fundamenta primarum, præcipuè requiruntur. *Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius, vos videritis.* Innocens malitia, ſed nocens voluntate, ſed ad culpam Iudicis grauiſſimam, ſatis voluntas eſt: Quia ſi non peccat malitia, nocet voluntate. Ille igitur ſapiens officio Iudicis, non leuiſſimus Populus effrenatione, videre debebat. Peccati Populus, iudicij ſanctiſſimi Pilatus, rationem redditurus erat: Nam, vt iudiciũ

ſanctè

ſanctè, integrèq; fieret, plebem immanem ab impetu coercere ius, & fas erat. Quomodo igitur innocens, qui ſacrilegium Populi pro ſententia pronuntiauit? Hæccine integerrimæ mentis grauitas, Hæccine ſeueri Iudicis prudentia ſingularis? *Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe.* Capita accuſationis falſiſſima. *Ieſus ergo cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, ſtatim compulit diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam.* Iudicio Chriſti, Cæſaris Imperium erat. *Quis me conſtituit Iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* Iudicia Magiſtratuum, igitur, cui Regnum, tributa. *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Alij Chriſtum Regem eſſe dixerunt, ipſe, qui erat Rex, minime ſe ab alijs fieri paſſus eſt. *Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem Populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſam inueni in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis. Sed neq. Herodes, nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei.* Impiè igitur. *Emendatum ego illum dimittam.* Si abſoluendus innocens, quomodo animaduertendus reus? *Tunc ſummiſerunt viros, qui dicerent ſe audiuiſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen, & in Deum.* Ergo ipſe, qui de Chriſto cognouerat de Chriſto iudicaret, pœnes Pilatum vitæ, neciſque poteſtas. *Nobis non licet interficere quemquam.* Ergo non ſolum iuſtitiam, ſed maieſtatem Imperij violauit. *Accipite eum vos, & crucifigite.* Minime itaque innocens, qui in Deum, & Principem peccat; præcipuè cum ipſe de ſe. *Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te, et poteſtatem habeo dimittere te?* Excors, qui, dignitatem non meticuloſus derelinquens ſolum, ſed etiã Populo flagitioſo, indigniſſimus, prodẽs, ob illam putari magni, affectat, præſertim ab eo, cui malum propter eius metum imminebat; quamuis ille minime in virum conſtantem cecidiſſet: tanta enim Imperij vi, plebis impreſſioni obſiſtere poterat, amentiamque comprimere, tamen quia metuerat. *Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.* Quamuis enim verè de Pilato. *Quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati, iudicante illo, dimitti.* Tandem Populum timens, eorum, qui ſunt, erunt, & fuerunt, noua omnium facinora, vno ſacrilegio longiſſime ſuperauit. *Pilatus autem tunc volens Populo ſatisfacere adiudicauit fieri petitionem eorum.* Auctoritatem Præſidis peccando defugit, Principes quem vereri obligati erãt, Populo minaci, & ſedicioſo terruerunt. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris.* Minus ergo

Luc. 23. Ioan. 6. Luc. 12. Matt. 22. Luc. 23. Act. 6. Ioan. 18. Ioan. 19. Ioan. 19. Ioan. 19. Act. 3. Mar. 15. Io. 19.

timore humano, socordiaque peccauit, quam, qui furiali, & pes-
Matt. 27. sima malitia peccauerũt. *Sanguis eius super nos, et super filios nostros.* Patrocinium sempiternum crudelissimi facinoris susceperunt, quo Hebræorum sanguis imbutus, ac toto terrarum orbe perpetuo auaritia profligatus, & seruiens, vel infimis Barbaris errat. Sed cum hæc desperationis vecordia, minime Pilatũ excusasset, ipse omnibus iudicibus exemplo est, quanta seueritate, quanto iudicio, quanta prudẽtia eos esse oporteat, ne se temerè maximo Magistratu, difficillimoq; onerẽt, ne animo perturbati, supplicio innocentes dedant, ne multitudinis furorem expauescant, ne aliter, ac recta, & iusta ratio præscribit iudicandum existiment.
Eccl. c. 7. *Noli quarere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis, ne te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata, nec enim in vno eris immunis; Noli esse pusillanimus in animo tuo.* Sæpe calamitosi, & illustres innocentia viri ante Deum prouocatione conscientiæ Regibus dies funeli lib. 3. stos, tristesque dixerunt. Procop. de bello Gothorum. Vt alios taceamus, Nam his delatoribus Theodoricus Rex persuasus Symmachum, Boethiumque perinde, ac res nouantes occidit, eorumque bona omnia publicauit. Sed paucis post diebus cœnãti sibi cum miræ magnitudinis piscis, ministri decoctum caput apposuissent, Symmachi nuper occisi, caput illi est visum, præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus, & torue intuentibus oculis furibundè sibi, & acerbius comminari. Vnde monstri nouitate territus, membrisque præter modum tremebundus, & rigens, in cubiculum statim citato gradu secessit, identidemque iubendo, togarum, vt sibi vim magnã ingererent, lecto decubuit, & parumper quieuit. Elpidio deinde medico, omnibus, quemadmodum accidissent, diligentius explicatis, in Symmachum, Boethiumque patratum a se scelus deflebat: quo denique deplorato, ex accepta calamitate dolore ingenti affectus, haud longè post moritur, cum primum id iniustitiæ, & vltimum in suos idcirco exercuisset exemplum, quia non suo, & pristino more diligenter peruestigata causa, in tantos viros animaduerterat. Nã,
Lib. 1. Metr. 5. vt ipse Boethius. Posse nunc contra innocentiam, quæ sceleratus quisque conceperit, inspectante Deo, monstro simile est.

Nam cur tanta lubrica versat
Fortuna vices, premit insontes,
Debita sceleri noxia pœna.

At peruersi residēt celso
Mores solio, sanctaque calcant
Iniusta vice colla nocentes.

Merito inter publicas execrationes. *Maledictus qui accipit munera vt percutiat animam sanguinis innocentis, & dicet omnis populus Amen.* Deut. 27. Ioab quamuis ad Altare confugerat, Salomon trucidari mandauit. *Interfice eum, & sepeli, & amouebis sanguinem innocentem, qui effusus est à Ioab à me, & à domo patris mei.* 3. Reg. 2. Pœnas Rex impuniti sceleris pendet, seu quia cōniuet socius culpę, seu quia ignorat inertissimus, seu quia negligit improbissimus, seu quia timet cōtemptissimus. *Reddet Dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos, meliores que se, occidit eos gladio patre meo Dauid ignorante, Abner filium Ner, principem militiæ Israel, & Amasam filium Iethei principem exercitus Iuda.* Atrocissimum supplicium peccati. *Reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum.* Regnum seueritate munitum pro innocentia diuturnum. *Dauid autem, & semini eius, & domui, & throno illius fit pax vsque in æternum a Domino.* Hæc Tyrannorum rabies: *Eodem autem tempore misit Herodes Rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia, occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.* Act. 12. Eorum crudelitas, nec aliena, nec sua immanitate potest expleri. *Videns autem, quia placeret Iudęis apposuit vt apprehenderet, & Petrum.* In posteros pœna. *Facta est quoq. fames in diebus Dauid tribus annis iugiter, & consuluit Dauid Oraculum Domini; dixitque Dominus propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* 2. Re. 21. Execratio publica diris in genus humanum. *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum, & Altare.* Matt. 23. Hoc enim clamat innocentium quiritatione peccatum. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Gen. 4. Innocentius Pontifex ad Arcadiū Imper. Epist. 17. *Vox sanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te o imperator*, sicuti quondam Abel iusti contra parricidā Cain, & his modis omnibus vindicabitur. Desperatissimus ille. *Peccauitradens sanguinē iustum.* Furijs impulsus, & desperatione Matt. 27. conscientię fassus est; nulla vis mali, siue ad spontaneam confessionē, siue ad Dei vindictam sanguine iusti vehementior, hæc enim causa capitalis à beatis in cœlo peroratur. *Clamabant voce magna dicentes, Vsquequò Domine Sanctus, & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum, de his, qui habitant in Terra?* Apoc. 6. Vt

refert

Lib.4. dia log. c.30. refert D.Gregorius de ſancto illo viro. Scitis quia Rex Theodoricus mortuus eſt ? Cui illi protinus reſponderunt, abſit, nos eum viuentem dimiſimus, & nihil tale ad nos de eo nunc vſque perlatum eſt. Quibus Dei famulus addidit, dicens: etiam mortuus eſt. Nam externo die, hora nona inter Ioannem Papam, & Symmachum patricium diſcinctus, atque diſcalceatus, & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactatus eſt. Quod illi audientes ſolicitè conſcripſerunt diem, atque in Italiam reuerſi, eo die Theodoricum Regem inuenerunt fuiſſe mortuum, quo de eius exitu, atque ſupplicio Dei famulo fuerat oſtenſum, & quia Ioannem Papam affligendo in cuſtodia occidit, Symmachum quoq; patriciũ ferro trucidauit, ab illis iuſtè in ignem miſſus apparuit, quos in hac vita iniuſtè iudicauit. Agrippa Rex bonus. *Dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.* Tribunus vero ille iuſtus, fortiſque pro innocente Paulo. *Virum hunc comprehenſum a Iudæis, & incipientem interfici ab eis ſuperueniens cum exercitu eripui, cognito, quia Romanus eſt; Volenſq; ſcire cauſam, quam obijciebant illi, deduxi eum in Concilium eorum, quem inueni accuſari de queſtionibus legis ipſorum, nihil vero dignum morte, aut vinculis habentem crimen.* Paulo enim Iudæi inſidiabantur. *Deuotione deuouimus nos nihil guſtaturos donec occidamus Paulum.* Iudicij modum attendite. *Stabant autem Principes Sacerdotum, & Scribæ conſtanter accuſantes eum: Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.* Tyrannus enim contemnit, irridetque, nec mirum; ipſe enim erat odio, & contemptu digniſſimus, qui irridet odium, qui ſpernit contemptum meretur. Et vt alter Michetas a Philippo Macedone Rege ad ipſum, ſed vigilantem, & attentum appellet. In re ſeria nugari, & ſe turpificato animo gerere, ſtultiſſimi eſt. *Abominatio Domini eſt omnis illuſor.* Non veritas Iudicij, non iniurię dolor, Tyranni animum deprecatur. Itaque iudicaturus grauiter Iudex, ab importunitate omni, & ineptijs abhorreat, ſeuerus, & comis officij perpetuã grauitatem naturæ laude commendet, laboret non ſolum quid dicat, ſed quibus verbis vtatur, Diligenter exiſtimationem quamdam pudoris, religioniſque retineat, eodem, quo prodit (vt aiunt) tenore diſcedat, ne quid minus moderatè factum, ne quid verbũ ab aliqua cupiditate prolapſum eſſe videatur. Cicero. Eſt enim ſapientis Iudicis, meminiſſe ſe hominem: cogitare tantum ſibi à populo Romano eſſe permiſſum, quantum commiſſum, & creditum ſit,

Act. 26.

Luc. 23.

Prou. 3.

In orat. pro Aul. Clu.

& non

& non ſolum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem habitã eſſe meminiſſe: poſſe quem oderit abſoluere: quem non oderit condemnare: & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare: animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur. Cum hæc ſunt videnda, tum vero illud eſt hominis magni, iudicis, atque ſapientis, cum illam, iudicandi cauſa tabellam ſumpſerit, non ſe putare eſſe ſolum: neque ſibi, quodcunque concupierit, licere: ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatesque omnes amouere: maximèque æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quã ab dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt: quæ ſi optimorum conſiliorum, atq; factorum teſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu, & ſumma cũ honeſtate viuemus. Iuſtitiæ honos, Dei eſt, cum honore Dei gaudet, alienior a ſuperbia ſit, & vehementer, ornatu Regali pro tribunali ſedens, animaduertat; Populares Iuſtitiæ, ampliſsimasque laudes Dei eſſe non ſuas. De Herode. *Statuto autem die, Herodes veſtitus veſte Regia ſedit pro Tribunali, & concionabatur ad eos: Populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis: Confeſtim autem percuſsit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus expirauit.* Act. 12. Tumultuoſiſsimi vecordia Iudicij. *Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu.* Vt in Paulum audaciſsimus. *Princeps autem Sacerdotum Ananias præcepit aſtantibus ſibi, percutere os eius.* Ioan. 18. Act. 23. Lex enim benigna, & tranquilla eſt. *Tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti?* Act. 23. Stipitis non Iudicis eſt, pati in ſapientiæ loco, atrociſsimas iniurias dominari. *Aprehendentes autem omnes Sosthenem Principem Synagogæ, percutiebant eum ante Tribunal, & nihil eorum Gallioni curæ erat.* Act. 18. Temeritas. *Multi enim teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum.* Marc. 14. Impudentia. *Conuenientia teſtimonia non erant.* Denique furentes. *Reus eſt mortis.* Amiſſo pudore, infinitaque immanitate indignitatis immenſæ concepta, quot, & quantæ iniuriæ, violentiæ, contumeliæ? *Tunc viri, qui tenebant illum, illudebant ei cædentes, & expuerunt in faciem eius, & colaphis cæciderunt eum: alij autem palmas in faciem eius dederunt, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum dicentes ei. Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſsit? & alia multa blaſphemantes dicebant in eum, & miniſtri alapis eum cædebant.* Marc. 22. Pauca de forma Iudicij. *Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi, mulierem in adulterio* Ioan. 8.

rio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio, in lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare, tu ergo quid dicis? Publici boni causa, cuius magistra lex Moysi, non solum crimen detulisse videntur, sed etiam accusasse: Nam postea Christus. *Vbi*
Ioan. 8. *sunt qui te accusabant?* Accusatori sine testibus in iudicio non
Matt. 1. creditur. *In ore duorum, vel trium stet omne verbum.* Accusatorum igitur probare, cum vero testes deessent sapientis Iudicis erat inquirere, & primum de accusatore iudicare: Si enim legitime minime ad accusandum accesserant, attente considerare, ne quid esset aliqua cupiditate deprauatum, quo ius non esset adulteram tollere, iudicijq; sanctissimi grauitas lederetur.
Iac. 2. *Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.* Certissimus ad veritatem cursus probitas accusatoris, quæ in illa sententia consistit: *Si* nemo aliquid crimini alteri daret, quod eodem tempore ipse faceret, denuntianda illis igitur vniuersa virtus, vt seu peccato corrupti ab accusatione discederent, seu Iudex sapienter sentẽtiam pronuntiaret. *Cum ergo perseuerarent interrogantes, erexit se, & dixit eis, qui sine peccato est vestrum in illam lapidem mittat, & iterum se inclinans scribebat in terra: Audientes autem vnus post vnum exibant incipientes à senioribus, & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.* Sine accusatore igitur, sine testibus ad veritatem sublata via, quam diuina sapientia condemnasset, Christus Iudex humanitate texit. Extraordinaria cognitio. *De ore tuo te iudico serue nequam, sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens, quod non seminaui, & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. vt ego veniens cum vsuris, vtique exegissem illam? & astantibus dixit, auferte ab illo minam, & date illi, qui decem minas ha-*
Lib. 1. off. c. 1. *bet.* Ex quo ne Fama sapientiæ Salomonis? D. Ambrosius, sapientiæ igitur fuit, latentes distinguere conscientias, ex occultis eruere veritatem, & velut quadam machæra, ita spiritus gladio penetrare non solum vteri, sed etiam animę, & mentis viscera. Iustitiæ quoque, vt quę suum necauerat, alienum non tolleret, sed uera mater acciperet suum. Denique etiam scri-
3. Reg 3. ptura hoc pronuntiauit. *Audiuit omnis Israel hoc iudicium, quod iudicauit Rex: & timuerunt a facie Regis, eo quod intellectus Dei esset in illo, vt faceret iustitiam.* Quidam ordo iudiciarius in illis.
Luc. 12. *Cum autem vadis cum aduersario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad Iudicem, & Iudex trahat te exa-*

ctori,

ctori, & exactor mittat te in carcerem, dico tibi non exies inde, donec nouiſſimum minutum reddas. Illud enim proprium iuris. *Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?* Licet ad principem prouocare. *Ipſo autem hoc appellante ad Auguſtum iudicaui mittere.* Nam ipſe viua voce. *Nemo poteſt me illis donare, Cæſarem appello.* Iudex ergo. *Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem ibis.* Ipſe dixit. *Non occides.* Euangelice. *Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* Quid enim grauius pro corpore, Dei voluntate, ſacroſancto intelligi poteſt? ſi enim corpus obſequatur menti, hæc vero Deo ſit obſequens, homo templum Dei eſt. *Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit diſperdet illum Deus; templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Nemo vos ſeducat.* Lege diuina homicidis voluntarijs pœna capitalis impoſita eſt. *Defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.* Aliquando generoſiſſimos animos, minime Dei expertes, iure, iudicioque ſublato, grauiſſimæ iniuriæ illatæ innocenti dolor ad vindictam, nõ omnino reprehendendam impulit. Vt de Moyſe. *Cum vidiſſet quemdam iniuriam patientem, vindicauit illum, & fecit vltionem ei, qui iniuriam ſuſtinebat, percuſſo Ægypto.* Quidam impetus vltricis naturæ ſunt, cum generoſo animo indignitatem pati non poſſumus. Abiſai. *Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi? vadam, & amputabo caput eius.* Beſtia illa ad Ambroſium. Me viuo, tu contemnis Valentinianum? caput tibi tollo, reſpondi, vt Ambroſius, Deus permittat tibi vt impleas quod minaris, ego enim patiar, quod Epiſcopi, tu facies, quod ſpadones. Bene Stobæus ex Xenophonte. Solon quæſitus, quanam ratione nullum in vrbe ſcelus perpetraretur, dixit: ſi tam indignarentur illi, quibus non eſt facta iniuria, quam quibus facta eſt. Minime audaces futuri erant, qui magnopere opinionem hominum extimeſcerent. Sed quæ difficilimè iudicantur, Deo potius relinquenda, quam imitanda ſunt, præcipuè cum ad ſalutem animi, corporiſq. tuendam a periculo Deus vltores prohibuerit: ipſe ſummus pater acerrimus vindex eſſe voluerit. *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Propter infinitatem præmij, & perpetuam merendi occaſionẽ cõſtantiſſima venia perenniſq; ſancita. *Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſeptieſ? dixit illi Jeſus, non dico tibi vſque ſepties, ſed vſq. ſeptuagies ſepties.* Quia fundamentum legis ſpiritus. *Domine vis dicamus, vt ignis deſcendat de cælo, & conſumet illos, conuerſus increpauit*

Ioan. 7. Act. 25. Act. 25. Ioan. 3. 1. Ad Cor. 3. Matt. 2. Act. 27. 2. Reg. 16. Epiſt. 33. Ser. 141. Ad Ro. 12. Matt. 18. Luc. 9.

pauit illos, dicens, neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Pie, ac ſupra humanam animi fortitudinem, atque cõſtantiam. *Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt*. Quin etiam illa ſummæ virtutis, & noua legis gratiæ audienda. *Audiſtis; quia dictum eſt. Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico uobis non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, prebe illi, & alteram*.

Luc. 23.

Matt. 5.

Lib. 5. c. 26. Auguſtinus de Theodoſio Magno. Inimicorum ſuorum filios, quos non ipſius iuſſus, ſed belli abſtulerat impetus, etiam nondum Chriſtianos ad Eccleſiam confugientes, Chriſtianos hac occaſione fieri voluit, & Chriſtiana charitate dilexit, nec priuauit rebus, ſed auxit honoribus. In neminem poſt victoriam priuatas inimicitias valere permiſit.

Claud. in 4. conſul. Honorij.

Nec tamen oblitus ciuem, cedentibus atrox
Partibus infremuit, non inſultare iacenti
Mallebat, mitis precibus, pietatis abundans
Pæne parcus erat, paci non intulit iram
Poſt acies odijs idem, qui terminus armis.

Hoc enim inter Deum, & hominem intereſt, quod Dei venia eſt hominis pœnitere. Paulinus Epiſcopus Nolanus.

De Sancto Ioanne Bap.

O pater, o hominum rerùmque æterne creator;
Quot gradibus parcit pietas tua? qui pater vnquam
Suſtinet erranti toties ignoſcere nato?
Das genti ſenſum, quo vel bona, vel mala noſcant:
Non ſatis innectis ſeruandę vincula legis,
Proponiſque malis pœnas, & præmia iuſtis.
Hæc quoque quis ſpreuit? redeat quandoque libebit,
In promptu venia eſt: ſanctum pater ecce lauacrum,
Quod renouet vitam, veteresq. oblitteret actus,
Quòdque nouos homines faciat, Quid quærimus vltra?
Et tamen vlterior venia eſt: violauerit vllus
Hoc quoque polluto prolapſus corpore donum,
Quanquam iam nimius longè proceſſerit error,
Deſinat, & redeat; cùm ſe damnauerit ipſe,
Abſolui meruit: ſi pœnitet, irrita culpa eſt.

Deo, & homini ſatisfacit venia Dei, nam homo, minimè niſi quo Deus delicto, violatur, ſed nihil maius deſiderari ab homine poteſt, quam vt humiliter deprecetur, cum genus pœnæ ſit, hæc vero nunquam homini, ſed Deo ſemper debita eſt.

Claud. de bell. Get.

Ignoſcere pulchrum
Iam miſero, pœnæque genus vidiſſe precantem.

Præ-

Præcipuè cum ad Christianum habitum adiuncta sit egregiæ naturæ propensa ad ignoscendum bonitas.

Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni
Pugna sunm finem, cum iacet hostis habet
At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcumque minor nobilitate fera est. Ouid.de trist.lib.3.

Seneca. Nõ enim, vt in beneficijs honestũ est merita meritis repẽsare, ita iniurias iniurijs, illic vinci turpe est, hic vincere, inhumanũ verbũ est, & quidẽ pro iusto receptum, vltio, & a contumelia non differt nisi ordine. Proh dolor, nos Christiani exemplis gentiũ erubescimus? Paterculus. Illud decreti Athenienſiũ celeberrimi exemplũ, relatum a Cicerone, Obliuionis præteritarum rerũ decreto Patrum comprobatum est. Cicero. Athenienſiumque re nouaui vetus exemplum, Græcum etiam verbum vsurpaui, quo tum in sedandis discordijs vsa erat Ciuitas illa, atque omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendã censuit. De Moyse. D. Ambros. Quantas Moyses a populo Dei illatas ab sorbebat contumelias, & cum Dominus in insolentes vindicare vellet, se tamen pro populo offerebat frequenter, vt indignationi diuinæ plebem subduceret. Quam miti sermone post iniurias appellabat populum, solabatur in laboribus, delinibat oraculis, fouebat operib. De Dauide. Patiẽs in conuicio, ferre magis promptus, quam referre iniurias: cùm sibi derogaretur, orabat, cũ malediceretur, benedicebat. Nonne verbis amãtissimis parricidę pepercit? *Fili mi Absalon Absalon fili: quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te.* Aeneas Siluius. Cum diceret Laurentius Palatinus Vngariæ, imprudenter agere Sigysmundum Imperatorem, qui victis hostibus, non solum vitam, & opes relinqueret, sed etiam eos inter amicos reciperet, extolleretque. Tibi, inquit Sigysmundus, videtur vtile inimicum occidere, neque enim mortuus bellum excitat, at ego inimicum occido dum parco, & amicum facio, dũ extollo. Quid illustrius, quid sanctius, illa communi sententia? Liuia ad Augustum. Hæc quippe est hominum sententia, Principem vero debere, ea, quę in publicam rem peccantur, vlcisci, priuatim in se admissa tolerare. Nequior illa malitia. *Non sicut Caim, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant.* Proditor Iudas, *Væ autem homini illi, per quem*

Libr.2.de ira. Lib. 2. In 1. Philipp. Lib.2.off. c. 7. 2.Reg.18. Lib. 3. de dict. & fact. Alphon. Re. 36. Dio.li.55. 1.Io.3. Matt.26.

filius hominis tradetur, bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Filius hominis Christus est, qui Deus homo propter suam Dei præsentiam, consortem humanitatem, famulamque omni honore virtutis & dignitatis exornauit. in terris nihil maius illo compertum. Si Deum desideras, Deus est, si hominem postulas, infusa Dei gratia optimus, integerrima natura perfectissimus, ergo maximus Deus, & maximus homo erat; Igitur cum tanto grauius peccatum, quanto plus offendit rem multo grauissimam, diuinissimamque, nonnè summi sceleris Christum prodidisse? Modus perfidiæ cum maiestatis delicto congruens. Luc. 22. *Osculo filium hominis tradis?* Si potuisset, ipsam Diuinitatem prodere, eò improbissima, & grauissima malitia peruenisset, Imò nihil reliquum illi ad scelus, & infamiam, qui in suo statu personam Diuinam, honoratissimam, suauitate, sapientiaque generi humano saluberrimam violauit. Ergo. *Væ homini illi*. In quem seueriſſimè ipso solum iusto ipsius desperatissimi Act. 1. crudelissimo carnifice vindicatum. *Suspensus crepuit medius*. Nam, si huic reo perduellionis ob acerbissimos sempiternosq; Matt. 26. cruciatus. *Melius fuisset si natus non fuisset*. Quid non parricidis? Luc. 23. *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, quoniam ecce dies venient, in quibus dicent, beatæ steriles, ventres qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt, tunc incipiant dicere montibus cadite super nos, & collibus, operite nos*. Condemnatur etiam percussor. *Simon Petrus habens gladium, extendens manum exemit gladium suum, et percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit illi auriculam eius dexteram*. Numqnam fine vltione sanguis humanus charissimus Deo. Luc. 22. *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt*.

Non

Non furandum. Non fraudem adhibendam. Benignitate erga omnes vtendum. Non detrahendum famæ hominum. Impropriè aliquando Iuſtitiam intelligi. Nihil Salutarius Iuſtitia Reipublicæ. Ipſe Princeps loquens exemplo. Lex.

CAP. VII.

REvt Iudas, & ille quamuis Dominus, modo latro. *Qui non intrat per oſtiũ in Ouile Ouium, ſed aſcendit aliunde, ille eſt fur, & latro.* Aliquo iure ne in fratrẽ Romulus muri cauſam oppoſuit, ſpeciem honeſtatis, nec probabilem, nec ſatis idoneam? Ioan. 10

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Lucanus. lib. 1.

Si enim fur non venit. *Niſi, vt furetur, & mactet, & perdat.* Igitur ipſe mactandus, & perdendus eſt: meret enim pœnam illato detrimento æqualẽ; cũ autem illa eripiat, quibus vita alitur ad capitale ſupplicium rapiendus eſt. Igitur propter conſcientiam propriam, & charitatem communem laboremus. *Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.* Quid nos tenues, homunculique faciemus, ſi occupatiſsimus ille cæli negotijs, ne grauiſsima quidem, & vtiliſsima re ſe ab humillimo labore, propter rectum exempli, & virtutis rationem excuſauit? *Argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.* Sæpius ſe in libertatem aſſeruit. *Cum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui.* Suum peculiare ius, aliorum priuilegium facere, ſummæ virtutis eſt. *Quid eſt enim quod minus habuiſtis præ cæteris Eccleſijs, niſi quod ego ipſe non grauaui vos? donate mihi hanc iniuriam.* Tantæ integritatis cauſa charitas erat, nam quo alienior ab vtilitate, eo grauior amicitia, & religio purior, & amabilior, quo integrior. *Neque enim gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes, ne quem veſtrum amicitia grauaremus.* Non ſolum hæc libertas Apoſtolica eſt, ſed naturalis, Ioan. 10 Act. 20. 2. ad Cor. 11. 2. ad Cor. 12. 2. ad Theſſ. 3.

naturalis, vnicuiq; pudenti, & ingenuitatis amanti chariſſima:

Martial. lib. 2. Epigr. in Max.

Vis fieri liber? mentiris Maxime, non vis,
Sed fieri ſi vis, hac ratione potes.
Liber eris, cœnare foris, ſi Maxime nolis,
Veientana tuam, ſi domat vua ſitim.
Si ridere potes miſeri chryſendeta Cinnæ,
Contentus noſtra ſi potes eſſe toga.
Hæc tibi ſtuis eſt, ſi mentis tanta poteſtas,
Liberior Partho viuere Rege potes.

Partim animos hominum neceſſaria conditione referendi gratiam per fas, & nefas aſtringunt, partim in voluntate animi captiuitatem imprimunt.

Martial. lib. 1. Epigr. ad Gargil.

Munera, quòd ſenibus, viduiſque ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane vocem?
Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius vno,
Qui potes inſidias, dona vocare, tuas.
Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus,
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.

Ad Ro. 13. Humanæ ſocietatis humaniſſima, & liberrima vox eſt. *Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis.* Quis enim præter amoris onus priuatus, aut tenuis, aut ſi Princeps, ſponſor iuris, beneficij etiam late patentis onus poſſit ſuſtinere? nec ſegregari ab Illuſtri gratia, & ad multos pertinente homines volumus, ſed vnumquemq; apta, eaque propter conſcientiam, & facultatem humanam moderata conſulimus, delicta contra iuſtitiam, priuatæ, publicæque legis ſeueritate colliguntur. 1. Pet. 4. *Nemo autem veſtrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.* Tibi nonſolum iuſtitiam, ſed iuſtitiæ pœnam imponito. Luc. 19. *Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum; quia hodie ſalus huic domui facta eſt.* Quia vita ſpiritus abſque peccato; peccatum enim niſi reſtituas, manet, hoc peccatum cruenti clamoris eſt. Iac. 5. *Ecce merces operariorũ, qui meſſuerunt Regiones veſtras, quæ fraudata eſt, a vobis clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabbaot introiuit.* Ananias omnibus exẽplo ſeueriſſimo futurus. Act. 5. *Dixit autem Petrus. Anania cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri? non ne manens tibi manebat; & venundatum in tua erat poteſtate? quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? nõ es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expirauit.* Acerrime puniri debuit, vt omnes, merces mali, & precium impu-

pudentiæ terreret: ne ſpecie pietatis Chriſtianæ liberalitas, adulatione captari, emique fraude, piorum hominum amicitia, & Dei integerrima gratia tentari, auaro facto videretur. Quid enim iuuat? *Vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri, conſcia.* Act. 5. *Vxore ſua, & afferens partem quamdam ad pedes Apoſtolorũ poſuit.* Nec minus vxor miſera. *Reſpondit autem ei Petrus. Dic mihi mulier, ſi tanti agrum vendidiſtis? at illa dixit, etiam tanti. Petrus autem ad eam; Quid vtique conuenit vobis tentare ſpiritum Domini,* Act. 5. *ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum ad oſtium, & efferent te. Confeſtim cecidit ad pedes eius, & expirauit.* Fraus pro Chriſtianæ pietatis officijs grauiſſimè animaduerſa non ne triſtiſſima, & infeliciſſima eſt? ab illo poſſumus augurari. *Hic quidẽ* Act. 1. *poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia uiſcera eius.* Mæſtos peccatis agros, veſtro ſanguine redundaturos execramini, puros iuſtitia, vberes fructibus, Aetheris & Dei ſpe lætos, poſſidete. Valerius Maximus, Lib. 8. c. 1. Claudius Centumalus ab auguribus iuſſus, altitudinem domus ſuę, quam in Cælio monte habebat, ſummittere, quia his ex arce augurium capientibus officiebat, vendidit eam Calpurnio lanario, nec indicauit, quod imperatum a collegio augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domũ coactus, M. Porciũ Catonẽ inclyti Catonis patrem arbitrum Claudio adduxit, vt formulam daret, quid ſibi de ea refacere oporteret ex fide bona. Cato, vt eſt doctus de induſtria, Claudium edictum ſacerdotum ſuppreſſiſſe continuo illum Calpurnio damnauit. Summa quidem cum æquitate, quia bonæ fidei venditorem, nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportet. Cicero. Quod ſi Aquilliana definitio vera eſt: ex omni vita ſimulatio, diſſimulatioq; tollẽda eſt. ita nec, vt emat melius, nec, Lib. 3. de off. vt vendat, quiſquam ſimulabit, aut diſsimulabit vir bonus. Atq; iſte dolus malus legibus erat vindicatus: vt tutela xij. tabulis, & circumſcriptio adoleſcentium lege Lętoria, & ſine lege, iudicijs, in quibus EX FIDE BONA, additur. Reliquorum autẽ iudiciorũ hæc verba maximè excellunt, in arbitrio rei vxoriæ. MELIVS AEQVIVS: in fiduci. VT INTER BONOS BENE AGIER. Quid ergo? aut in eo, quod melius æquius: Poteſt vlla pars in eſſe fraudis, aut quum dicitur. Inter bonos bene agier. quidquam agi dolosè, aut malitiosè poteſt? dolus autem malus ſimulatione, & diſſimulatione (vt ait Aquillius) continetur. Tollendum eſt igitur in rebus contrahendis omne mendacium. Non licitatorem

ven-

venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet: uterque si ad eloquendum venerit, non plus quam semel eloquetur. Elias ad Achab. *Hæc dicit Dominus, occidisti insuper, & possedisti, & post hæc addes, hæc dicit Dominus, in loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum, canes comedent Iezabel, in agro Iezrahel.* Peccatum est cuius aut pater, aut liberi pœnas soluent. *Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.* Sed auctor tyrannidis discerpta est. *Hæccine est illa Iezabel.* D. Ambrosius Raguel præcipue, qui cum contemplatione honestatis, cum rogaretur, vt filiam suam in coniugium daret, vitia quoque filiæ non tacebat, ne circumuenire petitorem videretur tacendo. Itaque cum Tobias filius Tobiæ poscceret, vt sibi daret puellam, respondit lege quidem ipsi eam deberi, tanquam propinquo, sed dedisse se eã iam sex viris, & omnes eos esse mortuos. Iustus itaque vir plus alienis timebat, & malebat innuptam sibi manere filiam, quam propter nuptias eius extraneos periclitari. *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus de his omnibus.* Sit vt semper Paulus documento. *Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus.* Seueriſsime populus exactæ laudem ætati Samuelis retribuebat. *Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam.* Boethius. Quoties ego Conigastum, in imbecillis, cuiusque fortunas impetum facientem obuius excepi? Quoties Triguillam regiæ præpositum domus ab incepta, & perpetrata iam prorsus iniuria deieci? Quoties miseros, quos infinitis calumnijs, impunita barbarorum semper auaritia vexabat; obiecta periculis auctoritate protexi? Nunquam mea iure ad iniuriam quisquam detraxit. Moyses in summo periculo de regno, & capite dimicaturus, non eos qui Rempublicam saluam vellent, non satellites regios, non fidelissimam suorum manum, sed seipsum collegit, & arma integritatis, & conscientiæ, seruo Dei dignissima, & inuictissima mouit. *Iratusque Moyses valde ait ad Dominum, ne respicias sacrificia eorum, tu scis quod nec Asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.* Vere Christianus Princeps Constantinus. Si quis est cuiuscunque loci, ordinis, dignitatis, qui se in quemcunq; iudicum, Comitum, amicorum, vel Palatinorum meorum aliquid veraciter, & manifeste probare posse confidit, quod non integrè, atque iustè gestisse videatur, intrepidus, & securus acce-

3. Reg. 21.

4. Reg. 9.

Lib. 3. off. c. 14.

Ad Thes. 4.

2 ad Cor. 7.

2. Re. 12.

Lib. 1. de filos. con. pros. 4.

Num. 16.

Lib. 9. C. Theod. Titu. 1.

accedat, interpellet me, ipſe audiam, omnia ipſe cognoſcam, & ſi fuerit comprobatum, ipſe me vindicabo; dicat ſecurus, & bene ſibi conſcius dicat, ſi probauerit, vt dixi, ipſe me vindicabo de eo, qui me vſque ad hoc tempus ſimulata integritate deceperit, illū autem, qui hoc prodiderit, & comprobauerit, & dignitatibus, & rebus augebo, ita mihi ſumma Diuinitas ſemper propitia ſit, & me incolumem præſtet, vt cupio felicissima, & florente Repub. Lampridius in Alexandro Seuero. Et quia de publicandis diſpoſitionibus mentio contigit, vbi aliquos voluiſſet, vel rectores prouincijs dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, (id eſt rationales) ordinare, nomina eorum proponebat; hortans populū, vt ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus, ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis: dicebatque graue eſſe, cùm id Chriſtiani, & Iudæi facerent in prædicandis ſacerdotibus, qui ordinandi ſunt; non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus, & fortunæ hominū cōmitterentur, & capita. Benignitas erga omnes tanquā lex. *Volenti mutuare a te ne auertaris.* Gratis bene facere perfecti eſt. *Si mutuum dederitis his, a quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis?* minimum vitij eſt, non lucrari. *Nam, et peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.* Ergo penitus uirtuti ſtudendum. *Benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes.* Quia ad vſuram ſufficit animus. Ordo tenuioris ad locupletiorem pars eſt diuinę charitatis, ea igitur non ne hominum deſtituta obeditione proclamet? pręcipue cum a prouidentia diuitum gradu, prouiſa neceſſaria pauperibus deſint? *Cauе ne forte ſubrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat ſeptimus annus remiſſionis, & auertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei, quod poſtulat mutuū commodare, ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum.* Affluentiſsime omne genus boni e lege gratię hauriamus. *Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.* Bona enim ſapientis valetudo ex puris, & facilibus, non ex ſordidis, & ingratis. Minime more Chriſtiano ille. *Egreſſus autem ſeruus ille inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum dicens: Redde quod debes.* Nam bene, vt Princeps Euangelicus fecerat. *Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, non ne ergo oportuit, & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* Ciuem enim Euangelicum non ſine iuſtiſſima querimonia talis

Matt. 5. Luc. 6.

Deut. 15.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

Matt. 18.

Matt. 18.

Princeps requirebat, ſeuera caſtigatione vſurus, propter neglectam imitationem boni exempli, & improbitatem ſerui, qui minime beneficio gratiam uirtute retuliſſet. ſeueriſsime contumelię, ſiue ſint in mortalem honorem pęna humana, ſiue in diuinũ humanę mentis, ſupplicio ſempiterno puniuntur. *Qui autem dixerit fratri ſuo Raca, reus erit concilio, qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis.* Quid uehementius in temeritatem humanę linguę? Lex in detractorem iudicium diuinum retorquet. *Nolite iudicare, vt non iudicemini.* Quid infamius, quam animum contumelia, corpus gladio confodere? *Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.* Iuſtiſſimus ergo. *Rex autem cum audiſſet iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccẽdit.* Non minus ergo atrocitatis in morte, quam in cõtumelia iniurię. *Qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem non es factor legis, ſed Iudex.* Quod ſuperbiæ, & ſtultitię eſt, cum lex Dei, Princeps ſupra captum, & humanas vires, ſit, mens humana ad eam omnino debeat reſpectum habere. *Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit, tu autem quid iudicas fratrem tuũ? aut tu quare ſpernis fratrem tuum?* Quod priuatim prohibetur, multo magis publice ad delendum honorem vituperationis artificio elaboratum. Cicero. Noſtræ contra. 12. tabulæ cũ perpaucas res capite ſanxiſſent, in his hanc quoq; ſanciendam putauerunt, ſi quis actitauiſſet, ſiue carmen cõdidiſſet, quod infamiam afferret, flagitiumue alteri; præclare. iudicijs enim, ac magiſtratuũ diſceptationibus legitimis propoſitam vitam nõ poetarum ingenijs habere debemus, nec probrũ audire, niſi ea lege, vt reſpondere liceat, & iudicio defendere. Quaſi partes integrales iuſtitiæ diffinitæ in his. *Hæc oportet facere, & illa non omittere.* De appetitione, & fuga. *Declinet a malo, et faciat bonum, inquirat pacem, & ſequatur eam.* Sæpius Chriſtus Dominus, & philoſophus Iuſtitiam impropriè doceri voluerunt. *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter Iuſtitiam.* Videlicet fidem. *Niſi abundauerit Iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſeorum.* De virtute Chriſtiana loquitur. *Ne Iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* De directo itinere ad chriſtianam laudem. paſsim Apoſtoli: *Membra veſtra, arma Iuſtitiæ Deo.* Arma gratiæ: hæc enim Dei eſt. *Augebit incrementa frugum Iuſtitiæ veſtræ.* Bene merendi de gratia Dei magnitudinem. *In reliquo repoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ.* Seruiet

Luc. 6.
Matt. 22.
Iac. 4.
Rom. 14.
Lib. 4. de Repub.
Matt. 23.
1. Pet. c. 3.
Matt. 5.
Matt. 5. Matt. 6.
Ad Ro. 6.
2. AdCor. 9.
2. Epiſt. ad Tim. 4.

gloriæ,

gloriæ, quæ ex Iuſtitia nata eſt. *Fructus autem Iuſtitiæ in pace ſeminatur.* Omnis virtus pacem deſiderat, ſine qua vera eſſe non poteſt. *Octauum Noe Iuſtitiæ, præconem cuſtodiuit.* Salutis æternæ cui debemur. *Qui facit Iuſtitiam iuſtus eſt.* Qui ex omni parte in omni genere benefaciendi perfectus. Ratio enim imperat inferiori parti, ita cum iuſtitia propriè ad alterum ſit, in animo ob ordinem ſuperiorum, & inferiorum improprie, ſed quadam ſimilitudine prædicatur. Seneca. Animus noſter modò Rex eſt, modo Tyrannus, Rex cum honeſta intuetur, ſalutem ſibi commiſſi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil ſordidum; vbi verò impotens cupidus, & delicatus eſt, tranſit in nomen deteſtabile, & dirum, & fit tyrannus. Princeps vero in curriculo iuſtitiæ aſſiduus, hæc illi paleſtra virtutũ, in cuius exercitatione, puluereq; beatiſsime eruditus, animi perturbationibus caſtigatis, arctiſsime ſeſe cum patria coniungit. *Diligite.* Ait enim ſapiens. *Diligite Iuſtitiam, qui iudicatis terram.* Ipſa enim ſi loqueretur, immortales illi gratias ageret. *Rex iuſtus erigit terram, vir auarus deſtruet eam.* Iſocrates in oratione de Pace. Dum autem iuſtitiæ publicæ ſtuderemus, dum opem ferremus oppreſsis, dum nihil alienum concupiſceremus, Græci principatum vltro nobis detulerunt, quos nunc longo iam tempore inconſiderate, nimisque petulanter contemnimus. Iuſtitia ſuauiſsime ordinum varietas Reip. imitatione cæleſtis patriæ concinit, diſtinctis pro munere magiſtratibus, bonis, & prudentibus viris in dignitate collocatis. Cicero. Vt in fidibus, ac tibijs, atque cantu ipſo, ac vocibus, concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum, ac diſcrepantem aures eruditę ferre non poſſunt, iſque concentus ex diſsimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur, & congruens: ſic ex ſummis, & infimis, & medijs interiectis ordinibus, vt ſonis, moderata ratione ciuitas conſenſu diſsimillimorum concinit, & quæ harmonia a muſicis dicitur in cantu, ea eſt in ciuitate concordia, arctiſsimum, atque optimum omni in Republica vinculum incolumitatis, quæ ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poteſt. Ampliſsima laus, quę nec fortunæ bellicæ inuidet.

Iac. 3.

2 P. 1.5

Seneca epiſt. 114.

1. Sap.

Pſal. 19.

Lib. 2. de Repub.

O Regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem,
Iuſtitiaque dedit gentes frenare ſuperbas.

Virg. Aen. lib. 1.

Qua vnuſquiſque Rex, quo maior, magis contentus. *Regnauit ergo Dauid ſuper vniuerſum Iſrael, & faciebat Iudicium, atque Iuſtitiam*

Paral. 18.

Iustitiam cuncto populo suo. Hęc est illa diuina virtus, quæ non statuas plumbo inhærentes, nec triumphos arescentibus laureis, sed stabiliora quædam, & viridiora præmiorum genera desiderat. *In semita Iustitiæ vita*. Ideo de Dauide Deus. *Inueni Dauid seruum meum secundum cor meum*. De Agesilao Plutarchus. Illis, qui ferebant, id magno Regi placere. Quid me ille est, inquit, maior, nisi sit iustior. Pomponius Lętus de Iuliano Apostata Ex eius imperandi ordine Iustitia è Cælo ad mortales rediit. Boethius. Sed esse apud cæteros tutior debui, qui mihi amore iustitiæ nihil apud aulicos, quo magis essem tutior reseruaui. Abolito enim rectissimo iure distribuendi per fas, & nefas immanis licentia diuina, humanaque perturbat. *In exultatione iustorum multa gloria est, regnantibus impijs ruinæ hominum*. Quot Imperia legimus, non tam hostili, quàm incendio ciuili conflagrasse: ergo nō hostium armis violentissimis, sed pestiferis discordiæ morbis patria concidit. Iustitia ergo rerum conseruatrix, Deo, hominibusque gratissima. Regna perpetua stabiliret, nisi odium, & gratia, pestis boni publici, corruptrix animorum labes dominaretur. *Rex, qui iudicat in veritate pauperes thronus eius in æternum firmabitur*. Nam Iustitia in præmijs, & pœnis quæ, vt Theofrastus Rempublicam conseruant. Iustitia virtutes alimentis fouet, honore alit prudens hominum generis.

Pſal. 58.

Lib. 1. de con. prof. 4.

Prou. 28.

Pſal. 29.

Ouid. lib. 2. de Pon. Epiſt. 3. ad Max.

Nec facile inuenies multis in millibus vnum
Virtutem precium, qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti si præmia desint
Non mouet: & gratis pœnitet esse probum.
Nil, nisi quod prodest, charum est: en detrahe menti
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.
At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit
Vtile sollicitis computat articulis.

Pestifera veritate aperit, magnitudine vindicat, ideo fama hominum gratissima Herculi.

Sen. in Hercul. Oetæo.

Ante discedet glacialis vrsæ
Sydus, & ponto vetito fruetur,
Quam tuas laudes populi quiescant.
Te pater rerum miseri precamur,
Nulla nascatur fera, nulla pestis,
Non duces sæuos miseranda tellus
Habeas, nec vlla dominetur aula,
Cui potest solum decus esse regni,

Semper

Semper impensum tenuisse ferrum.
Si quid in terris iterum timetur,
Vindicem terræ petimus relictæ.

Diuus Augustinus. Quo circa, vbi non est vera iustitia, iuris consensu sociatus cœtus hominum non potest esse, & ideo nec populus iuxta illam Scipionis, vel Ciceronis definitionem (breuiter enim Rempublicam definit esse rem populi) & si non populus, nec res populi, sed qualiscumque multitudinis, quæ populi nomine digna non est: ac per hoc si Respublica res populi est, & populus non est, qui consensu non sociatus est iuris, non est autem ius, vbi nulla iustitia est; procul dubio colligitur, vbi iustitia non est, non esse Rempublicam. Consequens est. Tum Lælius, rogantibus omnibus, iustitiam defendere aggressus asseruit, quantum potuit, nihil tam inimicum, quàm iniustitiam ciuitati, nec omnino nisi magna iustitia geri, aut stare posse Rempublicam. Quid mali, & formidolosissimi temporis, non existimas euenturum Regi, qui labores gestos, qui profusum sanguinem pro patria non curat? qui sordidissimis vitijs, atrocissimis tyrannis imperium relinquit? quibus fabula est bonitas, odium integritas, nugæ scientia?

De Ciu. Dei lib. 19. c. 21.

S. Augustin. de Ciu. Dei lib. 2. c. 21.

Tristis virtus peruersa tulit Sen. in Hyppol.
Præmia recti: castos sequitur
Mala paupertas.
Vincit sanctos dira libido,
Fraus sublimi regnat in aula.

Ergo Christo auctore, ò Princeps, procul Tyrannis intolerabilis, contra Regis Augustissimũ munus adamato, iuris sanctissimi vinculis, animi motus, manus, oraque constringito. *Qui ergo alium doces, te ipsum non doces? Qui prædicas non furandum furaris? Qui dicis non machandum, mœcharis? Qui abhominaris idola, sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris, per prœuaricationem legis Deum inhonoras?* Igitur cum vnusquisque faciat, quod maximè sentit, si docet alium, nec scientiam in se ipso demonstrat, exemplum nequitiæ alijs, malos pene effecturus omnes præbet: opẽ enim ferunt peccatis improba exempla, spe hominũ, & cogitato fauore, insolentissima. Nonne teipsum summi sceleris arguis, cum alijs iura vitæ, necisque sanxisti, luxuriæ, crudelitatis, ignauiæ delicta pœnis vindicasti: vitijs effrenis ipse, contumelioſus, iners? *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Crudelitate sordes

Ad Rom. 2.

Matt. 23.

des elues, quas bono exẽplo nõ reieciſti potius, vt Liuia ad Auguſtum Tuum eſt. Auguſte, non modo ab iniuſtitia, ſed ab opinione, quoq; eius abeſſe, quorum alterum in priuato, alterum in principe requiritur. Conſule ergo pudori, appetens laudis, virtuti ſeruiens, impera bene agenda, condeſcita, hominum cuſtos, & lex loquens.

Vir. Aen. lib. 1. *Cana fides, & veſta, Remo cum fratre Quirinus*
Iura dabunt.

Vo ſeuerbi Imperio conſequi neceſſaria Reip., dulciſsima lege morum, optima poſsis hominibus perſuadere. Plinius ad Traianum. Macte hac grauitatis gloria Cęſar, qua conſecutus eſt, vt quod antea ius, & Imperium, nunc mores vocarentur. Scitum eſt enim Platonis illud. Quales Principes ciuitatis, tales reliquos ſolere eſſe ciues, ſapiens. *Qualis eſt rector ciuitatis, tales, & inhabitantes in ea.* Eccli. 10

Seueritatis voces propter Rempub., & fidem neceſſariæ. Ad extremum iuris ſeueritate ventum.

CAP. VIII.

SEd cum ſeueritas, & clementia Principis de pœnis infligendis recta ratione tractarent; prius placuit de ſeueritate diſſerere, vt poſt amabilius de clementia diceretur; cum Iuſtitia pro fine ſuo ſeueritatem, Princeps pro innata natura clementiam appetiuiſſe videatur.

Mart. lib. 12. epig in commendat. Ner. *Contigit Auſoniæ procerum mitiſsimus aulæ*
Nerua: licet toto, nunc Helicone frui.
Recta fides, hilaris clementia, casta poteſtas
Iam redeunt, longi terga dedere metus.

Cicero pro P. Sylla. Denique iſtam perſonam vehementem, & acrem, quam mihi tum tempus, & Reſpublica impoſuit, iam voluntas, & natura de ipſa detraxit, illa enim ad breue tempus ſeueritatem poſtulauit: hæc in omni vita miſericordiam, lenitatemque deſiderat. Seueritas Principem purgat. Agapetus ad Iuſtinianũ Imp. Delinquere, & eos, qui delinquũt nullo obſtaculo occupare, perinde eſſe reputa. Si enim quiſpiam in Republica vitam ipſo degat ab omni iniquitate immunem, eos aurẽ,

qui

qui illicitè vitam traducunt, ſuſtineat; malitiæ collega a Deo iudicatur, Ergo ſeueritas non ignoſcit; illius voces ſunt, leges. inuentas eſſe, vt cum omnibus vna, eademque voce loquantur, interſit inter vitæ dignitatem ſummorum, atque infimorum, mors verò illata per ſcelus, iiſdem pœnis teneatur, & legibus, vt ille Magiſter conſilio, & facto. Ego autem has partes leniratis, & miſericordiæ, quas me natura ipſa docuit ſemper egi libenter, illam vero grauitatis, ſeueritatisque perſonam nō appetiui, ſed ab Republica mihi impoſitam ſuſtinui, ficut huius imperij dignitas, in ſummo periculo ciuium poſtulabat. Pro L. Muræna.

Neceſſaria igitur, ſeueritas eſt, non tam quia mortalium æqualis, quam quia boni communis potiſsima ratio habenda eſt. Et quia, vt Cicero. In corpore ſi quid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat id uri, ſecarique patimur, vt aliquid membrorum potius, quam totum corpus intereat, ſic in Reip. corpore, vt totum ſaluum ſit, quidquid eſt, peſtiferum, amputetur, dura vox: multo illa durior: ſalui ſint improbi, ſcelerati, impij: deleantur innocentes, honeſti, boni, tota Reſpub. Philipp. 8.

Quid triſtes querimoniæ
Si non ſupplicio culpa recidítur? Horat. car. lib. 3.

Mores ſeueritas firmat.

Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt?

Iuſtitia clamat, animaduerte, & dicto pare, ſeueritas ſi te ſecundo lumine offendero, moriere, cum enim nullum non eſſet facinus, nullum ſcelus, quod non vitioſiſsimæ naturæ temeritas, inſaniaque conciperet, abolitaque eſſet illa charitas humani generis, quę ad omnes, ficut ſeipſum diligendum; inclinaret, opus erat falcibus, terrore, virgis, ad extremum ſeueritate, quæ minime nocenti parcens, communem ſtatum ſalutis tueretur. Iſocrates in oratione Areopagitica. Nam apud quos nemo ſtudiū habeat, flagitia, vel puniendi, vel cauēdi, vbi nulla ſeuera iudicia exerceantur: ibi etiam bona ingenia corrumpi, vbi autem delinquētes, neq; facile deliteſcant, neq; conuicti venię ſpem habeāt, ibi demū naturæ, morumq. prauitatem paulatim aboleri. Eſt ergo ſeueritas crudelitatis vindex, ſuperbiæ vltrix, vitiorum dominatrix. Niſi ſenſibili, & præſenti pęna peccati fidem æterni ſupplicij ſtabilieris, fabula eſt vulgo bonum diuinum, & malum ſempiternum, cum enim nec diligenter ad bonum obligari, nec ſeuerè à malo deterreri videant, non tam fidem, quam firmiſsimè

me habere debebant, quàm raro se offerentem infirmam opinionem sensibus retinuerunt. *Creatura enim tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt.* Ad publicę igitur salutis causam, ad diuinarum rerum fidem, supplicijs, præmijsque præcipuam, necessario seueritas assignata est. Seneca. Quid ergo non aliquando castigatio necessaria est. quid ni? Sed hæc sincera cum ratione, non enim nocet, sed medetur specie nocendi. Sed Euangelice. *Si oculus tuus scandalizat te.* Vt ait D. Thomas. Siue manus, siue pes, quod pro gradu hominum accipit Augustinus. *Erue eum, & proijce abste.* Nonne propter Rempublicam, multo magis? *Quia melius est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duos oculos, & duas manus habentem mitti in gehennam.* Melior sana Respublica, & minor, quam ingens moribunda. Christus in parabola conuiuij. *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? at ille obmutuit: Tunc dixit Rex ministris, ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Vestiariæ legis memor Princeps reum seuerè detrudi in carcerem iubet, in illis etiam seuerus, cum pedes, & manus vinculis vinciendas duxit, quia illis, oblitus decoris, abusus esset. Aelius Spartianus de Seuero Imper. Cum rogatus ad cœnam Imperatoriam palliatus venisset, qui togatus venire debuerat, togam præsidiariam ipsius Imperatoris accepit.

Iudicis officium est, vt res, ita tempora rerum, Quærere:

Cauendum seueritatis publicæ periculum, ad quod primum quodam gradu mali, deinde vltimo discrimine iuris adducimur. *Cum autem vadis cum aduersario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte tradat te ad Iudicem, & Iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem, dico tibi non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.* Iudiciarius ordo postulabat, vt ad extremum summi seueritate iuris veniretur. *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me; non ne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut, & ego tui misertus sum? & iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet ei vniuersum debitum.* Qui in Principem, perspicuamque naturæ legem nimia malitia peccauit, seuerè puniendus. Quod tibi non uis, alteri ne feceris, propter improbitatem seruilem Domini caruit beneficio, cui grates uirtute agendæ erant, acceptiq; memoria muneris simillimo animo colenda erat. Nec minus acer

in

Sap. 16.

Lib. 1. de ira.

Lib. 3. de Regim. Prin. c. 11.

Matt. 18.

Matt. 22.

Ouid. de Trist. li. 1.

Luc. 12.

Matt. 18.

Matt. 18.

In illis. *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui lucratus est decem talenta, omni enim habenti dabitur, & abundabit, ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Seueriſsimè improbum illum omni ſpecie boni eſſe priuandum, & ob eã ipſam cauſam boni ſerui opes augendas; condemnandus ergo qui minime uirtute fœneratus eſſet, donandus bonis, qui rem diligenter, & proſperè auxiſſet. Quid ſeuerius? quid benignius? *Quid ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere ſeruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua neſcit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet.* Si fides ſerui Vicaria pro Domini opera ſupponebatur, non nè quanto minus operæ in negotio, tanto magis culpæ inſeruo, & quanto plus perfidiæ, crudelior peccati pœna futura?

Matt. 25. Mar. 4. Luc. 8.

Luc. 12.

Iuuenalis Lib. 5. Satyr. 1.

Cum ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia: quidfas,
Atque nefas, tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus. Tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari neſcia, nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit
Iectum ſemel attrita de fronte rubore.

Quid enim beatius Principi, & diuinius, quam ſi ne peccetur, ſeu fœliciſsima clementia, ſeu imperata ſibi ſeueritate perficiat.

Horat. lib. 4. Carm.

Et vaganti frœna licentiæ
Iniecit, amouitque culpas.

Imperium ſeueritate vindicanto. *Ille autem ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis, omni autem, cui multum datum eſt multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.* Si cum lege, vt regula, ſi pro mali terminis, res exigenda eſt ergo ſeuerè, nihil enim, nec deeſt, nec ſupereſt. Quare ſcite Paulus de Principe. *Non enim ſine cauſa gladium portat.* Quia, vt Vlpianus. Merum imperiũ eſt habere gladij poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homines, ideò Præſes propter imperij amplitudinem ſine gladio eſſe non poteſt, vt ille. Qui vniuerſas prouincias regunt, ius gladij habent. Igitur, qui vniuerſam Rempublicam regit, propter naturale peccati odium, & propter ſanctionem legis, quę bonum quoque Principem colligauit, gladij ſeueritate vtetur, non enim ſine magna cauſſa a Spiritu Sancto Princeps admonitus eſt. *Vindex in iram ei, qui*

Luc. 12.

L. Imper. ff de iurisdict. Illicitas § qui vniuerſas ff. de off. Præſidis.

Ad Ro. 13.

malum agit. Ergo qui Dei *minister est*, prænuncius æternæ pœnæ facultate humana, non animaduersor, aut arbiter, aut iudex, sed quo nihil grauius, imperante Deo, vindex peccati est, igitur à nomine Principis, nomen pœnæ, seu ab ipso, seu à Magistratu irrogatæ. Paulus I.C. Quod Reipub. venerandæ causa secundũ bonos mores fit, etiam si ad contumeliam alicuius pertinet: quia tamen non ea mente magistratus facit, vt iniuriam faciat, sed ad vindictam maiestatis publicæ respiciat: actione iniuriarum non tenetur. *Cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo*. Si enim reuerentia Dei, & sacrorum religio contempta erat, non poterat non esse seuerus, qui diuini honoris ergo, legati munere fungeretur. In summam ergo iniuriam seueritate fulminantis legis vsus est, petulantes iterum post dies aliquot eiecit e templo. *Cui autem minus dimittitur, minus diligit*. Igitur cum amor diuinus argumentum innocentiæ fit, & peccatum, violato amore reum peragat: si pro gradu amisso amoris peccatis pœna irrogatur, seuere castigatum est. *Vide ergo bonitatem, & ſeueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate*. Seueritas clementiæ succedat. *Prædixi, & prædico, vt præſens, & nunc abſens iis, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam ſi venero iterum non parcam*. Vt de Licinio Nicephorus Callistus. Ille porrò, cum quid faceret non videret, se ipsum victoribus dedidit: ille inquam, qui paulo ante minas ferociter spreuerat, atque omnia potestati suæ subijcere contenderat. Imperator (videlicet Constantinus) sanè more suo solito vsus, vitam quidem illi donauit, eumque sub custodia esse Thessalonicæ mandauit. Vbi vero ille à moribus suis consuetis non discessit, & fraudulenter insidiosa consilia captans, barbarorumque multitudinem mercede conducens, vt bello restaurato clademacceptam sarciret, ad res nouas rursum spectare deprehensus est: Imperatoris iussu, vitam, ferro cæsus, amisit, idé scilicet, quod priores Tyranni, passus. Quandoquidem enim illorum malis, & aduersis rebus edoctus ad frugem, & officium nõ redijt, eandemque, quam illi impietatem secutus est, non immerito in easdem quoque fœdas calamitates decidit. Statuæ quoq; & quæcumque imagines eius in muris positæ, atque insertæ fuerant, euersæ, erutæ, atque abolitę sunt. Vt homines, memoria clementiæ præteritæ cum timore seueritatis futuræ contineat. D. Ambrosius ad Theodosium Magnum. Hunc ego impetum malui

Leg. 33. ff. de iniurijs, & famos. libel

Io. 2.

Luc. 7.

Ad Rom. 11.

2. ad Cor. 13.

Ecclesiast. Histo. lib. 7. c. 45.

Epist. 59.

malui cogitationibus tuis secreto committere, quam meis factis publicè fortassis mouere. Itaque malui officio meo aliquid deesse, quam humilitati, & requiri in me ab alijs Sacerdotis autoritatem, quam à te desiderari in me amantissime honorificentiam, vt represso impetu, integra esset consilij eligendi facultas.

Clementiæ definitio, Principis propria; De mansuetudine plurimarum socia virtutum.

CAP. IX.

CLementia verò hominibus ipsa lenitudine blanda conciliatricula commendata, pœnas æqui animi ratione constanti moderatur. Quid tetrius despicatissimæ mentis furore? cum grauius, crudelius animaduertit, quam postulat pęna peccati? siuè autem error ille sit, siue immanitas, perfice clementia, & ingenio, vt spectatissimæ conscientiæ, populorumque intentis animis satisfeciſſe videare. *Misericordia, & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia, thronus eius.* Christum imitatus. Prou. 29.

Nec Deus hunc natum disquirere iure seuero,
Iudiciaue truci terras expendere misit:
Mitia, sed populis veniant, vt munera vitę. Iuuencus lib. 2.

Ciues enim sanguine Christi redemptos, subsidia belli, pacis ornamenta, non nisi cogente causa vita priuabis, noster Seneca in libro de Clementia. Seruare proprium est excellentis fortunæ, quæ numquam magis suspici debet, quam, cum illi contingit idē posse, quod Dijs, quorum beneficio in lucem edimur, tam boni, quam mali. Non suspicio leuis, non delatorum calumnia, non specie iuris inuidia truculenta trucidauit. Vbi enim, non modò essentia, sed imago clementiæ obsoleuit, insolentissimus ille quisquis erit, immanissimæ Iustitiæ officijs abutitur, contra moderatio iustitiæ magistra veræ libertatis est, optimæque virtutis effectrix, quibus nihil maius optari, nec in ciue, nec in principe potest. Iulius Capitolinus de Marco Antonino Philosopho. Cum populo autem non aliter egit, quam est actum sub ciuitate libera. Fuitque per omnia moderatissimus in hominibus deterrendis à malo, inuitandis ad bona, remunerandis co-

pia, indulgentia liberandis: fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos. Si vero plus offendit persona, quam culpa. Elegantissimè Claudianus.

Legumque videtur
Vindictam seruare sibi.

Legum enim vindicta est, Principis clementia: Tyrannus Iustitiam relinquit legibus, arrogat sibi vindictam superbissimè, familiæ notantur infamia, bona proscribuntur, licet quidem, sunt enim inuenta iuris, & prudentiæ, sed eo te potissimum natura ferat, vt auctor sis vitæ, honoris, libertatis. Vt Diuus Ambrosius de Theodosio Magno. Aequitatis Iudex, non pœnę arbiter. Seneca. Non tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli, modum tenere debemus, sed quia difficile est temperamẽtum, quidquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem pręponderet. Clementer, prudenter, & seuere. Tacitus de Agricola. Paruis peccatis veniam, magnis seueritatem accomodare, nec pęna semper, sed sępius pęnitentia contentus esse, officijs, & administrationibus, potius non peccaturos, quam damnare, cum peccassent. Vt Xenophon de Persarum legibus. Prima his legibus cura à bono publico videtur initium sumere, haud enim incipiunt, itidem, vt aliæ plurimę ciuitates, quę parentibus, permittentes pro voluntate filios educare, & ętate proiectioribus, pro ætate vitam agere eis iubent, ne furentur, ne rapiant, ne in alienas ædes ingrediantur, neue iniustè percutiãt quemquam, ne adulterium patrent, ne Principis imperium detrectent, reliquaque huiusmodi eodem pacto, si quid horum transgressus quis fuerit, pœnam in eos statuerunt. at Persarum leges anticipantes maxime curant, ne initio tales sint ciues, vt cuiusquam vel improbitatis, vel turpitudinis desiderio capiantur. Non est clementia impunitas dissoluta, sed pęnas moderandi recta ratio. Plutarchus de Artaxerse Persarum Rege. Artaxerses Persarum rex, ducibus suis, qui deliquissent, pro eo, quod solent flagris cędi corpora, iussit, vt pro corporibus vestes illis detractæ cederentur, vtque pro eo, quod solet illis velli caput, tiara ipsa velleretur. De tota fama Principis agi arbitrandũ est, nisi, quandoque seueritatem clementia condierit. Christus vetò clementissimus in illis. *Et vt appropinquauit videns ciuitatem, fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses, & tu, & quidem in hac die, quæ ad pacem tibi, nũc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Non enim applausu popularis acclamationis leuiter gestit, sed futu-

De obitu Theodos. Lib. 1. de Clement.

Lib. 1. de Pedia Cyri.

In Regum Apoph. thegma.

Luc. 19.

futurorum præscius miserrimę vrbis miseretur: Euidentissimũ liberandi Populi Hebræi argumentum. *Donec.* Vt ait Paulus. *Plenitudo gentium intraret.* Clementia enim erat non ęternis pœnis perditissimum genus addixisse. Vltimi ergo essent clementia Dei, qui primi malitia esse noluerunt. *Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum, conuersus autem ad illas Iesus dixit. Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, quoniã ecce venient dies, in quibus dicent Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt, tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos.* Adeò ab vlciscendo iniurias pęnis abhorruit, vt in ipso teterrimo spectaculo immanissimi peccati, cum ploratus, gemitusque populi prohiberet; solum dignos illos planctu iudicaret, qui supplicia Deo essent soluturi, non modo inferorum sempiternas, verum etiam huius vitæ crudelissimas, cum frustra tormenta mortis breuitate consolari exoptarent, cum dira sibi ipsis desperatione precarentur, & non solum lucis tæderet, sed quod incredibile de spe humana videri poterat, prolis pœniteret, quæ, non oculis coniectis ira, sed clementer, pièque illacrymans, & vt ipsa deperiret supplicij futuri causa, dicebat. In iudicio adulteræ. *Erigens autem se Iesus dixit ei. Mulier vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit? quę dicit, nemo Domine. Dixit autem Iesus. Neque ego te condemnabo, vade, & iam amplius noli peccare.* Cum enim Deo intima perscrutanti, de peccato constaret, & mulier iure infamiæ pœnam mereretur, clementiæ fuit, scelus tegere, accusatores impios, proteruosque confundere, clementer ignominia peccati, & pudor, pro capitis pœna. *An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* Cum enim se se grauissimo peccato æternæ mortis obstrinxissent, & si exanimare impios posset, breuis vitę meritam pœnam, suppliciumque remisit, sempiternum remansit. *Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: sic respondes Pontifici?* Quem inferorum hiatus iure optimo exorbuisset, repente, impunitum reliquit, non contentus clementia, modestissimè infando reo satisfecit. *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene quid me cædis?* Sæpe prudens clementia. *Parcens vobis non veni vltra Corinthum.* Et bona. Cum paraliticum, peccatis. *Remittuntur tibi peccata tua.* Et pœna. *Surge, & ambula,* liberauit. Cum hæc de clementia, quædam

Ad Rom. 11. Luc. 23. Io. 8. Matt. 26. Io. 18. Io. 18. 2. ad Cor. 1. Matt. 9.

de

de manſuetudine accipito: Clementia, pœnas; manſuetudo iram, immanem belluam, infenſiſsimam regio honori, & bene-
Matt. 21. uolentiæ ciuium, moderatur. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.*
2. ad Cor. 10. Paulus Corinthios obſecrat. *Per manſuetudinem Chriſti.* Ve-
hementi ſententia Paulus, vt Corinthios commonefaciat, per-
1 ad Cor. 4. contatur. *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* Ac ſi, vt ille diceret.

Ouid. 1. Metam. *Precibusque minas regaliter addit.*

Natura ad ſui conſeruationem, ira ſe animi quadam parte defen dit, innata eſt temperata libido vlciſcendi, delendique contraria, ideo, ne lineas rationis tranſiliret. *Iraſcimini, & nolite peccare.* Naturæ impetus non indomitus, ſed cum aliqua ratione breuiſ-
Ad Eph. 4. ſimus. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Non ſolum pro
Pſal. 7. pter bonitatem naturæ, ſed etiam propter altiſsimæ virtutis imitationē. *Nam, & Deus Iudex iuſtus, fortis, & patiens nunquid iraſcitur per ſingulos dies?* Rara illa, & iuſta, & minime diſſoluta, ſed cum ex ore toto emicat, quid inhumanius iracundia, quid
Iac. 1. deteſtabilius? *Iracenim viri Iuſtitiam Dei non operatur.* Illam itaq; execretur, qui omnis iuſtitiæ in terris auctor eſt, quam à Deo prodendam Magiſtratibus, & vt præluceat in poſterum, hauſit.

Senec. in Troad. *Iuuenile vitium eſt, regere non poſſe impetum*
Ætatis alios feruor hic primæ rapit,
Pyrrhum paternus: ſpiritus quondam truces,
Minaſque tumidi lentus Æacidæ tuli.
Quo plura poſſis, plura patienter feras.

Præcipuè, qui bonis animi ad præclariſsimum munus affluat ne-
Iacob. 1. ceſſe eſt. *Propter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſal-*
Iac. 3. *uare animas veſtras.* Sapientiæ comes eſt. *Quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ.* Affabilitate comis virtus omnibus pa-
Cap. 51. tet. Princeps enim ingreſſu facilis, ſermone lenis. Baſilius Impe rator ad Leonem filium. Etſi propter regni terreni celſitudinem facilis aditu omnibus non es: at propter regni cæleſtis ſpem,
Ad Tit. 3. acceſſus ad te pateat omnibus. *Omnem oſtendentes manſuetudinem omnes ad homines.* Vnus enim è ſeruis eſt, ſi minimus
2. Ad Tim. 2. videlicet, cum Deo coniunctiſsimus, & maximus eſt. *Seruum autem Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes.* Vna & manſuetudo, & humilitas propriè chriſtiana virtus.
Ad Eph. 4. *Cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem*

inuicem in charitate, Et nonne vt Reges ſtudeant æmulari Ecclesia percelebrat? *Memento Domine Dauid, et omnis manſuetudinis eius.* D. Ambroſius. Merito ſic expetitus eſt ab vniuerſo populo, vt venirent ad eũ omnes tribus Iſrael dicentes. *Ecce nos oſſa tua, & caro tua ſumus*. Et heri, & nudius tertius cum eſſet Saul, & regnaret ſuper nos, tu eras, qui producebas, & inducebas Iſrael, & dixit tibi Dominus. *Tu paſces populum meum*. Qui enim iratus, vt ait ille noſter ad pœnam accedit, numquam mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium, & parùm. Auguſtinus. Fœlices eſſe Principes ſi tardius vindicant, facilè ignoſcunt, ſi eandem vindictam pro neceſsitate tuendæ, regendæq; Reipub. non pro faturandis inimicitiarum odijs exerunt, ſi eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, ſed ad ſpem correctionis indulgent; ſi quod aſperè coguntur, plerunque decet nere, miſericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compenſant.

Pſal. 131.

Lib. 2. off. c. 7.]

2. Reg. 5.

2. Reg. 5.

De Ciuit. Dei lib. 5. c. 24.

Tunc durius iræ
Conſulimus, cum pœna patet, ſed comprime motus.

Diuus Ambroſius ad Theodoſium Magnum. Accipe illud Imperator Auguſte, quod habeas fidei ſtudium, non poſſum negare, quod Dei timorem, non diffiteor. Sed habes naturæ impetum, quem ſi quis lenire velit, citò vertes ad miſericordiam: ſi quis ſtimulet, in maius exſuſcitas, vt eum reuocare vix poſsis. Vtinã ſi nemo mitigat, nullus accendat: libenter eum committo tibi, ipſe te reuocas, & pietatis ſtudio vincis impetum naturæ. Temeritatem fugiens temperamentum veniæ, & pœnæ clementia eſt. Sed de Theſſalonicenſi ſcelere ſilendum non eſt. Tum Diuus Ambroſius. Quoniam inquit iracundiæ permiſiſti iudicium, & non rectæ rationi, ſed animo irato obſecutus, ſententiam pronunciaſti: conſcribe legem, qua deinceps ſententiæ per iracundiam pronunciatæ, irritæ ſint, & nullius momenti: cognitionesque cauſarum de cæde, & publicatione bonorum ad triginta dies ſcriptis proditæ maneant, vti recta ratione de illis iudiciũ des. Atque diebus illis confectis, qui decreta illa ſcripſerint, mandata tua tibi oſtendant. Ac tum quidem compreſſa iracundia, ratione ſola cauſam expendens, inquires in decreta: & ita perſpicies iniqua ne ſint, an æqua. Quod ſi iniqua deprehenderis, certum eſt ea decreta ſcriptis mandata te dilaceraturum: ſin æqua confirmaturum: ſicque manifeſtò intellecturum, numero dierum interiectarum, nihil de authoritate decre-

Epiſt. 29.

Theodor. Eccleſ. Hiſt. lib. 5. c. 17.

torum

torum rectè sancitorum omnino detractum esse. Istud consiliũ Imperator, quoniam prudentissimum esse censebat, libenter amplexatus, iubet extemplo legem conscribi, suaque subscriptione confirmat. Extat lex.

IMPP. GRATIANVS, VALENT., ET THEOD. AAA.
Flauiano Præfecto Prætorio Illyrici, & Italiæ.

L. 20. C. de pœnis. Si vindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos, aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum sors, & fortuna suspensa sit. Reos sane excipiat, vinciatque custodia, et excubijs solertibus vigilanter obseruet. Dat. 15. Calen. Sept. Veronæ Antonio, & Syagirio Coss.

L. 2. C. de Iustinian. Cod. confir. Errauere illi, qui Iustinianeum Codicem composuerunt. Nam Gratianus mortuus anno 383. Lex lata sub Valentiniano II. & Theodosio I. anno 390. acta pœnitentia a Theodosio eoq; a D. Ambrosio expiato, & in Basilica recepto.

Sed quia de prudentia Politica Principis disputandum est, prius de elementis Politicæ non inepta varietate dicemus.

PRIN-

Digitized by Google

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER QVINTVS.

Homo natura ſocietatis appetens. Propter peccatum primi parentis homines multo plus egere ſocietate ad benè viuendum.

CAP. I.

DEVS hominem in illa diuini amoris abundantia, & affluentia rerum, imperaturum orbi creauit, & vt multiplici bono perfrueretur, ad ſpem imperij, cum prolis matre, ad fruendum copia, cum muliebri ſexu diuina manu ex ipſo homine ſimilitudinem efficiente coniunxit. Amore itaq; vir mulierē proſequutus, qui ſe ipſum in illa cognoſceret, qui, velut rem ſuam, pro ſenſus natura, pro ſimilitudinis appetitione repeteret. Itaq; cum non ſolum anima rationali, ſed ipſa ſpecie, & lineamentis animum irretiret, ardentiùs homo quaſi ad alterum ſe ipſum propter varietatem diuinæ ſapientiæ, propter neceſsitatem gratiſsimam ſibi, transfuſus eſt. Cum autem pro certo haberet, deliberaſſe Deum, primis parentibus hominum genus propagare, uiſq; naturæ multorum communionem ingenuiſſet, non poterat non ſocietatem appetere, quam Deus arctiſsimo

vinculo rationis, & necessitudinis, coegisset. deterrimus hostis desperatione præceps, inuidia perditus, vaferrime simulans humanæ gloriæ blandiri, pios alioqui animos miserrimæ fraudis perenni errore circumcripsit, adeo perculsa natura, vt suæ intelligentiæ vi, mancam seipsam, debilemq; cognosceret. Pro Pertius.

Lib. 3. Eleg. 4.

O prima infelix fingenti terra Prometheo.
Ille parum cauti pectoris egit opus
Corpora disponens, mentem non vidit in arte
Recta animi primum debuit esse via.

Necesse fuit naturam nostram, residente sensu rebelli, tanquam fasce peccati progenerata detrimentum boni capere, ac pene disperdi, itaut recreari humana sapientia, reuiuiscere omnino non possit. Lucretius.

Libr. 3.

Sic hominum genus est; quamuis doctrina politos
Constituat pariter quosdam: tamen illa reliquit
Naturæ quoiusq; animi vestigia prima:
Nec radicitus euelli mala posse putandum est
Quin procliuius hic iras decurrat ad acres
Ille metu citius paulo tentetur: at ille
Tertius accipiat quædam clementius æquo.

Remansit pro vulnere, vt minus boni, minus appetens ciuilis cętus natura, sed multo plus indigens, cum libidine furens, & iniurijs atrox, minimè conciliatos iure homines, crudelissima peccati pæna mactaret, itaq. bonum illud conuentus naturalis non solum pro amore, verum etiam pro salute cœpit esse necessarium.

Lucretius lib. 5.

Nam genus humanum defessum vi colere æuum,
Ex inimicitijs languebat: quo magis ipsum
Sponte sua cecidit sub leges, arctaq; iura.
Acrius ex ira quod enim se quisq; parabat
Vlcisci: quam nunc conuenit legibus æquis
Hanc ob rem est homines pertæsum vi colere æuum,
Vnde metus maculat pœnarum præmia vitæ
Circumuertit enim vis, atq; iniuria quemq.
Atque vnde exorta est, ad eum plerumq. reuertit
Nec facile est placidam, ac pacatam degere vitam,
Qui violat factis communia fœdera pacis.

Cum homo morte, boniſque animi pro peccato multatus esset non solum vt viueret, sed potissimum, vt bene viueret, quæ se-

cun-

cundum naturam erant ampla,& honeſta in hominum conciliatione quæſiuit. Igitur conſociatio hominum natura comparata,ſerpens per paucos, priuatim contenta paucis,ad plures maiorum bonorum cauſa publicè dimanauit, domus itaq. vitæ quotidianæ ſeruit,ciuitas publicæ,ſed primum de illa.

Primum de domeſtico Imperio, cuius prima ſpecies in vxorem viri, diligenda hæc, & honoranda, parem ambos in ſuum corpus poteſtatem habere.
CAP. II.

COnſtat familia ex pluribus, inter quos primi vir, & coniux, ſed quia vir mulierem natura præſtat, principatus viro deferendus. *Caput autem mulieris vir*. Hæc ratio eſt. *Quia mulier autem gloria viri eſt*. Niſi ſubiecta eſſet, non eſſet gloriæ materia; Ideo cedit quia ad mariti nutum procliuiſsima. vt D. Ambroſius. Vipera abſentem requirit,abſentem vocat,& blando proclamat sybilo,atq. vbi aduentare comparem ſenſerit, venenum euomit, reuerentiam marito deferens, verecundata nuptialem gratiam. Vxor ergo viri præcipuè gloria, ſua conſequenter. *Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro, etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum*. Neceſſe eſt, vt ei obſequatur, propter quem eſt, aliter quam ordine certo generauit prouidentia, peruertiſſet: vxori,itaq. vir,blanda moderatione ciuilis imperij præeſt, hęc enim iuſta inter pares, diſpares ſexu ratio, Nam in ſumma neceſsitate diſsimilitudo exigua eſt, illos enim pene amor exæquauit. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea* Charior vita eſt, & illa comparationis dignitate, magni facienda mulier. Si enim, vt Chriſtus dilexit Eccleſiam, vir coniugem amaturus eſt; non minus ardenti ſenſu, quam ſingulari ſpiritu ipſam diliget. Catull. de Nuptijs Pelei,& Thetidos.

Nullus amor tali coniunxit fœdere amantes
Qualis adeſt Thetidi, qualis concordia Peleo.

Quibus non diuinis muneribus Chriſtus Eccleſiam accumulauit? Quibus non ſtudijs, beneficijs, amoribus, vir coniugem proſequetur? *Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua,*

1. ad Cor. 11.

Lib. 5. Heſæm. ca. 7.

Ad Eph. 5.

qui ſuam vxorem diligit, ſe ipſum diligit, nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam, ſicut, & Chriſtus Eccleſiam, Portento ſimilis eſt, qui non modo non ardenter amat, ſed etiam frigeſcit, ac ſi minime ad illum res tanta pertineret; ſpiritu occidit, corpore nuſquam apparet, non angi dolore proprio, & diſſipari? incredibilis eſt iſta peruerſitas; Chariſſimis abſq; moleſtia priuari? nec miſeria, nec peccato dolere? Oportet ergo fouere, nutrireq; vt Chriſtus Eccleſiam, infuſa bonorum omnium ſpiritualium copia, ſenſibilium honeſta felicitate. Sic tu adeſto mente, & præſentia. *Viri diligite vxores, & nolite amari eſſe ad illas.* Nam quæ coniunctio ſecundum naturam, quæ non ſuauis? quæ arctiſſima eſt, quæ non ſuauiſſima? quæ cum in ſacramento conſiſtat, quę particeps beatitudinis, quæ non dulciſſima? Cum nihil Beatitudinis, vel minimæ parte amabilius: quis enim ferreus, & carni ſuæ amarus? Nam abſurdum eſt partim totum amare, & partim faſtidire, prçcipue quod eſt maximum propter innatum amorem, ſocietatiſq; neceſſitudinem. D. Ambroſius. Depone tumorem cordis, aſperitatem morum, cum tibi ſedula vxor ocurrit: propelle indignationem, cum blanda coniux ad charitatem prouocat, conſtat vxorem. *De coſta Adam*, Hoc eſt Sociam habuiſſe. Ideo ille. Sed habes naturalem rigorem: debes temperare eum contemplatione coniugij, reuerentia coniunctionis. Cum enim imperij genus viri erga vxorem regium, contrarium acerbitati eſt, (quæ propria tyrannidis) ſuauitatis amiciſſimum, quia Regum adminiſtratio ſimilis diuinæ, ſuauiterq; prouidentię dominanti eſt. Quę non venuſtas, pudor gratiæ, oculi perculerunt? qui cubitando cum vxore amarior fit, crudelior fera eſt, non ſolum amanda, ſed etiam honoranda, ne ipſæ dedecori ſit inferiorem eſſe natura, etiam propter ſpem cõmunemq; religionem. *Quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem, tamquam cohæredibus gratiæ Dei, vt non impediantur orationes veſtræ.* Tacitus de Agricola, & Domitia. Vixeruntq; mira concordia per mutuam charitatem, & inuicem ſe ante ponendo, niſi quod in bona vxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpę eſt. Inter prodigia corruptiſſimorum temporum illi prohibentes, *nubere* contra ſapiens. *Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus.* Sed quia in communi conſenſu virtus matrimonij, & ſpiritus Chriſtianę rei propria fruges eſt. *Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet*

Ad Coloſ. 3.

Lib. 5 Heſęm. ca. 7.

Gen. 2.

1. Petr. 3.

1. ad Thimot 4

Ad Hæb. 3.

1. ad Cor. 7.

vos

vos Satbanas propter incontinentiam veſtram. Prima cauſa matrimonij fides, ſecunda remedium caducæ naturæ. *Melius eſt, nubere quam vri*. Homo cælebs, Dei amans, vnius amoris flagrantiſsimus. *Qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt, quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo*. Multiplex amor animum diſtrahit, ſed coniugalis forma religionis inflãmatus, omnino Dei eſt. *Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt Mundi, quomodo placeat vxori & diuiſus eſt*. Minime ille diuiſus. *Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire*. Totus diaboli, & libidinis. *Dico autem vobis quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cænam meam*, Pars Dei, altera carnis, vt totum charitate comprehenſum Dei benigni, & ſapientis ſit, eſt igitur perfectisſimus ſtatus, ac pene diuinus. *Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta, & corpore, & ſpiritu*. Humanus hic, & neceſſarius. *Quæ autem nupta eſt cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro*. Ex varietate ſtatus, optimi, & boni ordo factus. Quare Orientius.

1. ad Cor. 7.

Luc. 14.

1. ad Cor. 7.

Coniuge poſſeſſus, contemta coniuge liber,
Non ſimilem cauſam religionis habent.

In Cómonitorio.

Ergo neceſsitas bonum, virtus optimum quærit. *Qui matrimonio iungit virginem ſuam benefacit, & qui non iungit melius facit*. Sacramentum tanta neceſsitudo conſequuta eſt, vt ſola mors intimis, ſtrictiſq: naturæ vinculis eſſe poſſet infeſta. *Quod ſi dormierit vir eius liberata eſt*. Quare propter bonum commune ſtabilitum primum imperium eſt. *Mulieres viris ſuis ſubdite ſint, ſicut domino, quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ*. Vt ſenſus obtemperant capiti, quod à corpore ſeiungi nõ poteſt, ſic viro mulier, etiã ac ſi Deo pareat, imperiũ enim omne a Deo eſt, quamuis æquales in illis. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir, ſimiliter autem, & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier*. Propter periculum commune iuris quoq; ratio communis. *Propter fornicationem autem vnuſquiſq; ſuam uxorem habeat, & unaquæq; ſuum uirum habeat. Vxori uir debitum reddat, ſimiliter autem, & uxor uiro*. Non ſolum certo iure, ſed ſtabili fide.

1. ad Cor. 7.

Ad Eph. 5.

1. Ad Cor. 7.

Dum fuit Atrides una contentus, & illa
Caſta fuit, uitio eſt improba facta uiri.

Propter finem enim, ſeu liberos procreandi, ſeu ſedandi libidinem contra diſſolutionem humani generis, & contra peccatum debetur communis corporis poteſtas vtriſq., non fauore, ſed iure, non priuilegio, ſed iudicio, illa minime vnam, & parem, implica-

plicatamq. coniunctionis in ſenſu rationem tranſire potuit, mulier enim libera pro bono matrimonij, & pro libertate ſpiritus amicitiam illa conditione contraxit. *Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem*, Propter ſacramentum. *Qui habent uxores tamquam non habentes*. Quia in moderatione perpetuitas boni.

1. ad Cor. 7.

Communes eſſe viro, vxoriq; virtutes. Vxor in omnibus obediens. In Eccleſia ſileat. Viri ſapientia propria.

CAP. III.

Ommunes virtutes viro, & coniugi in Zacharia, & Elizabeth conſiderantur. *Erant autem iuſti ambo ante Deũ, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini, ſine querela, et non erat illis filius.* Mãdata præcepta, iuſtificationes, gratia, quibus Deo iuſtiſimè placuerunt. Nam præcepta erudiunt, efficiuntq. prona voluntate virtutem, quam Deus gratia confirmat, cuius teſtimonium eſt. *Qui habitare facit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem*; In ipſa natura infixus dolor eſt, quodam ſeu infirmitatis pudore, ſeu vitij ſtimulatus, vxor querimonias mariti veretur, maritus vxorem ſi malus eſt contemnit, premitq. peccatis, ſi bonus eſt propter naturalem amorem ſobolis minime vxoris naturam conuenientem ſuſpicatur. Irrepit in alienatos metu, & ſuſpicione animos ſæua diſcordia, mutuus amor, & deſideria liberorum pugnant: niſi ille virtutum conſenſione facilè vincit, actum eſt.

Luc. 1.

Pſal. 112.

quo primos rite per annos
Coniuge eram felix, felix erat illa marito,
Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat

Ouid. Metamorph. lib. 7.

Sed Elizabeth Sancta fœmina, his periculis primum æquiſſimo animo, deinde miraculo ſuperatis, non geſtit inſolens lętitia, ſed ſe indigniſſimam Dei miraculis prædicans, piè orans Deum, & obſecrans latuit. *Poſt hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius, & occultabat ſe menſibus quinq. dicens, quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines*. Sed cum neceſſarij filio Zachariam nomen patris impoſuiſſent, ipſa

Luc. 2.

Spiritu

Spiritu Dei Ioannem *Nequaquam ſed vocabitur Ioannes*. Cum muti coniugis voluntatem, quamuis coniecturis, & ſubobſcurè ſignis declaratam deſiderauiſſet, illum ad incredulitatem expiandam, & recuperandam linguam adiuuauit, vt ſemper magni æſtimaſſe ſuperiorem videretur, *Poſtulans pugilla rem ſcripſit, dicens, Ioannes eſt nomen eius*. Iudicium ergo viri eſt, modeſtia vxoris, quibus nefarius in libris de Republica error Platonis reprobatur, qui voluit ferarum ritu promiſcua, & communia eſſe connubia quomodo omnium, qui nec ipſorum ſunt ſeparatim, ſed æquatione quędam principatus mutuo alter alterius? Lactantius Firmianus. Quę iſta confuſio generis humani eſt, quomodo ſeruari poteſt Charitas? vbi nihil eſt certum quod ametur? quis aut vir mulierem, aut muliervirum diliget, niſi habitauerint ſemper vna, niſi deuota mens & ſeruata inuicem fides indiuiduam fecerit charitatem? quæ virtus in illa promiſcua voluptate locum non habet. Item ſi omnes omnium liberi ſint, quis amare liberos tanquam ſuos poterit, cum ſuos eſſe aut ignoret, aut dubitet? Quis honorem tanquam patri deferet, cum vnde natus ſit, neſciat, ex quo fit, vt non tantum alienum pro patre habeat, ſed etiam patrem pro alieno. Quid quod vxor poteſt eſſe communis, filius vero non poteſt, quem concipi, non niſi ex vno neceſſe eſt? Perit ergo illi vni communitas, ipſa reclamante natura. Supereſt, vt tantūmodo concordiæ cauſa vxores velint eſſe communes. At nulla vehementior diſcordiarum cauſa eſt, quā vnius fœminæ a multis maribus appetitio. Nicephorus Calliſtus de Conſtantino M. Nec minus Heliopoli in Phęnicia aliam ſacram ædem Conſtantinus ædificari pręcepit, eiq; Epiſcopum ſuum, & ſacrum clerum dedit: veteri ſublata lege, quę communes eſſe vxores, & aduenientibus Hoſpitibus virgines ſuas proſtituere iubebat, vt dubia, & anceps apud eos ſoboles, nullumq. eius diſcrimen eſſet; Hoc tam abominandum ſcelus abolens, vt gentes, familięq. dignoſcerentur, effecit. Simile quiddam etiā in Aphacis fecit. In omnibus itaq, vxor inferior, obediēsq; memor noſtrę calamitatis. *Adam primus formatus eſt, deinde Eua, & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit*. Nimis contumax eſt, niſi re acerbiſima prudentior facta, & tanti incommodi pœnitens, modeſtia ſapiens ſit non ingenio audax, *Ideo mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione: docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio*. Docere viri eſt non fœminæ, illum enim Deus regere voluit, hanc

Luc. 1.

Lib. 3. c. 21. de falſa Sapien.

Lib. 8. ca. 30.

1. ad Timoth. 2.

guber-

gubernari, quia melior vir eſt, fieri ergo non poteſt, vt ſit illius potiſſimum ſapientia, cuius eſt parere, ſuperioris ergo eſt, cuius imperare. Plinius ad Traianum de Auguſta. An cum videat quam te nullus terror, nulla comitetur ambitio, non ne & ipſa cum ſilentio incedat? Nam vt Stobæus ex ſophocle. Silentium ornat mulieres. Faueat ergo lingua fæmina inferior, ne inflata ſcientia, & illa volubilitate verborum ſe in virum dominari arbitretur, quæ enim audet fæmina docere, audeat præcipere neceſſe eſt, eſt enim comes, imperij ſapientia, effrenatio ergo, quæ ad alienisſimam uanisſimę ſcientiæ auram incitauit; eadem præcipitem ad dominandū capitaliorem agat peſtē neceſſe eſt. *Erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſq; in ſempiternum.* Exēplo Sanctisſima uirgo eſt *Omnes, qui audierant mirati ſunt, & de his, quæ dicta erant à Paſtoribus ad ipſos, Maria autem conſeruabat omnia uerba hæc, conferens in corde ſuo.* In ſilentio diſcebat, quia ſimul conſeruabat uerba & conferebat, conſeruare taciturnitatis eſt, mentis acutæ conferre. Igitur mentis conceptione intelligebat, quæ altius, quam humana lingua conſequi poſſet, animo diuinis intento, & ſilentij grauitate capiebat, quare cum pueri ſapientiam & conſtantiam eſſet mirata. *Mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo.* Quæ modeſtisſime ſe ipſam legibus naturæ ſeueris fæminam, obſeruatam pluribus oculis, & lucis claræ fama cuſtoditam cognouiſſet; præſentia Angeli ſola deſtituta pertimuit, ad omne virtutis genus, altisſimo exemplo, propter nouam orbi Chriſtiano imitationem, & gloriam virginum prædita, qualis in vita Sancti Martini fuiſſe illa fertur.

In Paneg. Ser. 173. Iſa. 32. Luc. 2. Luc. 2.

Paulinus Epiſ. Nol. lib. 5. D. Hieronymus in Epiſt. ad Ocea. de vit. Cler.

Iam vero hoc quiſnam digne percurrere poſſit.
Tam docilem ornarit patientia quanta leporem?
Forte inter ſanctas, & corde, & carne puellas
Perpetui ſemper precioſas flore pudoris
Innuba, quas domino ſociarat dedita Chriſto
Virginitas nexu mentis, non fœdere carnis,
Virtutum quædam ſtudio præceſſerat omnes
Hoc ſpeciale decus titulis addendo pudoris.
Quod ſemel ex oculis cunctorum amota virorum
Seruabat captum conſtanti corde rigorem
Nec leuis inſtabilis nutabat fœmina ſenſu
Vincens ingenitum virtutis pondere ſexum
Et prægreſſorum via rara exempla virorum.

Huius

Huius propositi iusta admiratio Sanctum
Perpulit, vt talem recte veneratus adiret
Illectus tanto virtutum flore puellæ.
Verum ita constanti defixa in pectore mansit
Iam Domino deuota fides, vt claustra pudoris
Septa viris, claræ titulos seruantia palmæ
Nec tanti posset meritum referare patroni.
Nec tamen erubuit votiuam ferre repulsam
Proposito gauisa fides, sed cuncta benignus
Quæ spem contulerant, proprium numerauit honorem,
Plus lucra attendens animæ, quam gaudia carnis.

Eadem Sancti modestia timoris Princeps affecta Virgo. *Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.* Nec tantę rei conturbata sermonibus, de libertate modestiæ deperdit, sed constantissima humilitate respondit, quæ, sua conditio, res diuina, & obedientia ferebat. *Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Multa in silentio virtute plurimũ sexui, & optimę matri necessaria. *Mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.* Ideo pro huius exẽpli lege præceptũ. *Mulieres in Ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit.* Qui enim vt maritus socius, vt præstantior Dominus, doctrina quoque Magister est. *Si quid autem volunt discere domi viros suos interrogent.* Peccat enim si nec mariti memor & Magisterij est, nec religionis locum aliena a lege reueretur. *Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.* Sanctus ille summa moderatione prudentiæ, suæ, famæque coniugis parcens, non vituperandam, sed dimittendã curauit, *Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Quanta modestia Virginis? cum enim Christus seuerius scisciteretur. *Quid mihi, & tibi est mulier?* Ipsa mater mitissima & iustissima.

Quodcumq; dixerit vobis facite.

Luc. 1.

Luc. 2.

1. ad Cor. 4.

Matt. 1.

Ioan. 2.

Quis mulierum præcipuus decor. Velato capite orare, propter naturam, & propter Angelos, debere. Omnis conditionis, ætatisq; fœminas doctrina imbuendas.

CAP. IV.

PRimum est ne delinquat in modo rerum, quarum, indulgentia naturæ honestissime studiosa est. *Similiter, & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.* Vestitus ornatus, non exquisitus, non omnis cura in mundo muliebri, quo nugacissimę fœminæ gloriantur; præcipue si fucatus candor, & adulterinus color atrocissimæ suspicionis accessit. Tertullianus. Non supergrediendum vltra, quam quod simplices, & sufficientes munditiæ concupiscunt, vltra quam Domino placere. In illum enim delinquunt, quæ cutem medicaminibus vngunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Calamistri seruiant capillis, mulier pietati, quia nisi hæc potissima munditia est, mulier fœdissima est. Sed temperamentum iucundum sexui, honestati decorum adhibeatur, vt Valer. Max. Cæterum, vt non tristis earum, & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, & auro abundanti, & multa purpura vsæ sunt, & quo formam suam concinniorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli enim tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur; sed pariter & videre sanctę, & aspici mutuo pudore custodiebantur. Ornet se, dum primas animi elegantiæ concedat. *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.* Nam extrinseci cultus pulchrido aliena est, igitur sine modo vitiosissima.

1. ad Timoth. 2.

In lib. de cultu fœminar.

Lib. 2. c. 1.

1. Petr. 3.

Matrona incedit census induta Nepotum
Et spolia opprobrij nostra per ora trahit.

Properius Lib. 3. eleg. 12.

Præ-

Præcipue cum ſolum virtute ſpiritus forma colatur. *Sic enim aliquando, & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo ornabant ſe, ſubiectæ proprijs viris*. Nihil enim maius ornamento virilis animi, & incorrupti ſpiritus.

De facie metuit, vitæ confidit: & illum
Securum probitas, forma timere facit.

Vitæ integritate, fugit mala, cauet ſuſpicioſa, & quæ ſui officij ſunt prudenter exequitur. Bene Plinius maior. At Hercules idem tu Brute mulierum pedibus aurum geſtari tacuiſti. cuius ſceleris nos coarguimus illum primum, qui auri dignitatem per anulos fecit, vt habeant in lacertis iam pridem & viri, quod è Dardanis venit, itaq; & Dardaniũ vocabatur. Ab actu extremę impudentiæ comite, *Cum ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq; recumbentibus*, Fœmina, qua nihil impudica horribilius, in feritatem immaniſsima tranſit. Cicero. Nemo enim fere ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit, neq; inſolitudine, neq; in conuiuio moderato, atq. honeſto, tempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt, extrema ſaltatio. Ideo Theodoſius (vt ſextus Victor Paganus ait) lege miniſteria laſciua, pſaltriaſq. commeſſationibus adhiberi prohibuit. *Attulit caput eius in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuę*. Cuius crudelitate filia infamis, imbutaq. libidine. *Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum, vnum enim eſt, ac ſi decaluetur. Nam ſi non velatur mulier, tondeatur, Si vero turpe eſt mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput ſuum*. Nam ſi eſt turpe quod contra naturam eſt, illud etiam turpe, quod cum fieri poſsit imitatione naturæ, ipſius norma non ſit. Magiſtra enim eſt natura, quæ humana, ſeu re ipſa, ſeu ratione, comprehendit. Igitur cum ars naturam imitetur, ſi veſtiuit comis natura caput, ars operiat velis neceſſe eſt, Tertullianus. Denudaſti puellam à capite, & tota iam virgo ſibi non eſt; alia eſt facta. Exurge igitur veritas, & quaſi de patientia erumpe, nullam volo conſuetudinem defendas, nam iam & illa conſuetudine, ſub qua te fruebaris, expungitur. Te eſſe demonſtra, quæ virgines tegit. Vox enim naturę, diuinę ſapiẽtię ars eſt, igitur, quod bene propter honeſtatis decorem arte fieri poteſt, imitatione ipſius prouidẽtiæ, ſanctũ eſt: ergo turpe contrarium. *Vos ipſi iudicate decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipſa natura docet uos, quod uir quidem ſi comam nutriat, ignominia eſt illi; mulier vero ſi comam nutriat gloria eſt illi: quoniam capilli pro uelamine ei dati ſunt*. Si enim iuuare

Lib. 33. c. 3.

Mar. 6. P. L. Mureæna.

Genebrardus in Chronic. lib. 3.

ad Cor. 11.

De velandis virg. c. 3.

1. ad Cor. 11.

naturam pro ipſius inſtinctu honeſtum eſt, cum illam imitari pro dignitate nobis conſtat, neceſſarium eſt. Si fœminam natura comis ornauit, nonne laudabile alere comas eſt? igitur orandum velato capite, nam oratione Spiritus Deo præſentisſimus eſt, illis igitur aſtet ſpiritu, & corpore honeſtisſime, quæ voluntas diuina oratione colenda præſcripſit, turpe enim eſt cum diſpliceas Deo, ſupplicare. ſed non ne de comatis ſemiuris barbaris bene Seneca? Quis eſt iſtorum, qui non malit Remp. turbari, quam comam ſuam? *Ideo debet mulier poteſtatem habere ſupra caput propter Angelos*. Hi ad omnia recte facienda, & ordine diſponenda, fautores mortalium diuini, malefactis pie mærent, præcipue in actione religioſa, natura ſua ſpectatiſſimam pudore fœminam, rite minime velantem ſeſe, vituperari ab Eccleſia, inhoneſtum eſt. Vberior doctrina. *Anus ſimiliter in habitu ſancto non criminatrices*. Aetatis prouectæ virtus matura ſanctitas eſt. Quæ charitate concordiam parit, prudentia diſcordiarum ſemina euellit. D. Auguſtinus de Monica Matre. Socrum, etiam ſuam primum ſuſurijs malarum Ancillarum aduerſus ſe irritatam, ſic vicit obſequijs, perſeuerans tolerantia, & manſuetudine, vt illa ultro filio ſuo (Patricio) medias linguas famularum proderet, quibus inter ſe, & nurum pax domeſtica turbabatur, expeteretq. uindictam. Itaque poſteaquam ille, & matri obtemperans, & curans familiæ diſciplinam, & concordiæ ſuorum conſulens, proditas, ad prodentis arbitrium verberibus coercuit, promiſit illa, talia de ſe præmia ſperare debere, quæcunq; de nuru ſua ſibi quo placeret, mali aliquid loqueretur, nullaq. iam audente, memorabili inter ſe beneuolentię ſuauitate vixerunt. *Non multo uino ſeruientes*. Specie medicinę uitio ſeruier turpe eſt. De ſummo uiro. *Vinum, & ſiceram non bibet*. Sed propter medicinam imperatur. *Noli adhuc aquam bibere, ſed modico uino utere, propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates*. Salus corporis ſe in animum deriuat. *Æequa uita hominibus uinum in ſobrietate, ſi bibas illud moderate, eris ſobrius*. Plato ante decimum octauum ætatis annum, vinum bibere prohibuit adoleſcentes, ignem enim ad ignem per corpus, animamq; accedere. Quid nocentius in fœmina?

Turpe iacens mulier multo madefacta lyeo.

Nam, vt Diuus Hieronymus. Venter mero æſtuans, facile deſpumat in libidinem. Sed temperans ſapiens. Boethius. Vinum autem modicè ſumptum, intellectui videtur conferre acumen, non autem

1 ad Cor. 11.

ad Tit. 2.

Lib. 9. confeſſ. c. 9.

Luc. 1. 1. ad Timot. 5.

Eccleſ. 31.

De Diſcipl. ſcho. c. 2.

autem modicè ſumptum, rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, ad ignorantiam perducit D. Ambroſius Deus autem qui ſciret, quod vinum ſobrie potatum, ſanitatem daret, augeret prudentiam, immodice ſumptum ad vitia cauſas daret, creaturam dedit, abundantiam humano arbitrio reſeruauit, vt parſimonia naturæ eſſet magiſterium ſobrietatis, abundantiæ noxiam, lapſumq; tumulentiæ, ſibi adſcriberet humana conditio. lib. 3. Heſæ. c. 17. *Bene docentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas.* Ergo virtute illuſtres doctrina quoque excellant. *Viros ſuos ament, filios ſuos diligant.* Sexus tener primam virtutem, amorem charitate naturę diſtinctũ abundantiſsime fert. *Prudentes, caſtas, ſobrias, domus curam habentes.* Prudentia priuata, moderatione vitę, & animi caſtitate ad familiæ adminiſtrationem inſtructa eſt.

Præſtabat caſtas humilis fortuna latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua ſinebat
Tecta labor, ſomniq; breues, & vellere Tuſco,
Vexatæ, duræq; manus, ac proximus vrbi
Hannibal, & ſtantes Collina in turre mariti.

Iuuenal. lib. 2. Satir. 6.

Verbum Dei benignitatem erga omnes, erga ſuperiores obedientiam amplectitur. *Benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum Dei.* His viduæ proximæ ſint. Quibus domeſtica res propter liberos paruos, obſeruantia parentum propter amoris præcepta commendatur. *Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet, diſcat primum domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum eſt coram Deo.* Status mutatio ſine oratione perpetua, & Dei gratia ſecura eſſe non poteſt. *Quæ autem vere vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte, & die.* Periculis delitiarum obiecta vidua, aut vitijs obruta morte animi, fameq; multatur. *Nam quæ in delicijs eſt viuens, mortua eſt.* Officia religionis, diligentiam ætatis, laudem continentiæ, morum frugem, liberorum educationem, Hoſpitij iura, erga calamitoſos benignitatem, in omni, virtutem, vita deſiderat. *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor in operibus bonis teſtimonium habens ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.* Nec abhorrendum Eccleſiæ liberalitate. *Si quis fidelis habet uiduas ſubminiſtret illis,*

r. ad Tim 5.

ut

ut non grauetur Eccleſia, ut iis, quæ uere uiduę ſunt, ſufficiat. Adoleſcentia orba imperio, periculoſiſsima, non ſolum ſæpe leuis, ſed etiam quandoq; perfida, *Adoleſcentiores autem uiduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Otium loquax, quia curioſum & nouitatis amans, ob eam cauſam ſponte vitiorum ſeruum. *Simul autem, & otioſæ diſcunt circuire domos, non ſolũ otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.* Donatus de Carolo Magno. Filias etiam, ne otio torperent, lanificio aſſueſcere iuſſit. Prudentia ſecuritatis conſcia, periculi fuga, facilia, bona, fauſta, non aſpera, non optima, non difficilia, perſequitur. *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia.* Ad viduas tã multa, quia ſine imperio viri, natura debiles, multa egent prudentia. Generatim ad omnes mulieres. *Similiter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus.* Anna exemplo omnibus ſanctitatis eſt. *Hæc vidua vſq; ad annos octoginta quatuor, quæ non diſcedebat de templo, ieiunijs, & obſecrationibus, ſeruiens nocte, ac die.* Impudentię eſt tota ciuitate vagari, pudens fęmina rari aſpectus ſit, nihil non peruulgatum, ſed fęmina præcipuè oculis iactata contemnitur.

ad Tim 3.
Luc 2.

Mart. lib. 1. Epig. 53.

Caſta nec antiquis cedens Lauina Sabinis
Et quamuis tetrico triſtior ipſa viro.
Dum modo lucrino, modo ſe permittit Auerno
Et dum Baianis ſæpe fouetur aquis
Incidit in flammas: iuuenemq; recuta relicto
Coniuge: Penelope venit, abit Helene.

1. ad Cor. 7.

Hic omnibus communis portus perfectionis eſt. *Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium.*

Secunda Imperij domeſtici ſpecies Parentis in liberos, Parentes colendos. Obediendum illis.

CAP. V.

CVM ſumma, quæ viro cum coniuge neceſsitudo intercedebat, primam, dulciſsimamque moderationem imperij feciſſet, ſecundo in loco liberi ſecundum matrem regiè adminiſtrari meruerunt. Quid benignius illo parente, quam imperio moderato vſus eſt? *Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt, e-*

Luc. 15.

pulari

pulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Primum manſuetè liberaliterq; filij irato animo ſibi conciliato, ſepulti fratris vitijs, & perditi cupiditatibus ſalute propoſita illum, & recuperatum, & valere, lætandum. *Filij obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt,* Deus enim iuſtus eſt, & quicquid bene fit, Dei cauſa fit. Niſi Deus creaſſet, minime homo extitiſſet, obediat patri filius, vt Deum omniũ vereatur Altorem. Filio Tobias. *Honorem habebis Matri tuæ, omnibus diebus vitæ eius, memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit, propter te in vtero ſuo.* Vt Stobæus, ex D. Cyrillo. Et ſi enim plurima illis reddiderimus, at certe vicisſim illis procreationem reddere nunquam poſſimus. Iuſtum eſt enim, vt cum officio naturæ, diuinæ iuſtitiæ honos coniunctus ſit. *Honora patrem tuum, & matrem tuam (quod eſt mandatum primum in promiſſione) vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.* Honos enim præſtanti debetur, excellit itaq; Pater filio, dignitate naturæ, prouectæq; virtute ætatis, honorandus igitur non ſolum ob reuerentiam, ſed ob ſalutem, quia ſi parentem impiè honore priuaſti, nonnè indignus vita es, qui cauſam vitę contemnis? *Qui timet Dominum, honorat parentes, & quaſi Dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt.* Iuſtus itaq; Deus, quod alijs voluiſti, tibi fieri ſeuere ſanxit, qui parentem non coluit, ſi vixiſſet immanis forte futurus parens, vita multetur. Modeſtus filius igitur, ſeu grandis ætate preclare acta vita, ſeu præcoci morte defetus, honeſte vita exigua tranſacta, in cælum immigrauit. *Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non eſt me dignus.* Malus pater propter optimum repudiandus, igitur eſt neceſſaria ratio patris ad Deum, vt patrem obſeruemus.

Ad ephe. 6.

Tobias 4.

Serm. 199.

Eccl. 3.

Matt. 10.

Quare gratandum magis eſt tibi quam quæritandum
Quod tuus ille tuis ſtudijs, & moribus ortus
Paulinus, cui te non inficiare parentem
Nec modo cum credis peruerſum, ſic mea verti
Conſilia, vt ſum promeritus Chriſti fore, dum ſum
Auſonij, feret ille tuæ ſua præmia laudi
Deque tua primum tibi deferet arbore fructum.
Inde precor meliora putes, ne maxima perdas
Præmia, deteſtando tuis bona fontibus orta.

Paulinus ad Autonium Epiſ. 3.

Sed ne propter imprudentiam inſcitiæ, aliarum rerum cauſa patres impudenter denegentur, & vt auctoritas animo inuiolata ſit. *Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum eſt in Domino.*

Ad Coloſſ. 3.

mino. Pater eſt Princeps familiæ, qui Patri minime obtempe-
Matt. 10. rat, familiam vexat, cuius ſaluti conſulit parens. *Si patrem familias Belzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius?* Illius enim honos eſt, ſalus, & felicitas rei domeſticæ; placent itaq; Deo ſumma, quia diuina. Quid maius, quam in omnibus morem patri gerere? placet Deo promptus, & liber animus, nam qui amat, probat difficillima, & qui paret, ſequitur pietatem, opinionemq. parentis, cedit prudenter caſti animi iuditio, & ætatis maturæ ſapientiæ. In hoc etiam peccato extremæ mali-
2. da Tim. 3. tiæ, primæq. certamen. *Quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines parentibus non obedientes*: Cum
Luc. 2. in omnibus alijs, tum in hoc Chriſtus, exemplo eſt. *Deſcendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat ſubditus illis*. Propter hono-
Ioan. 15. 16. rem humanitatis, & opinionem hominum. *Sicut & ego patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione*. Nam parentes virtutibus, ſuum munus indicant, non ſine dolore imperioſi
Luc. 2. amoris. *Fili quid feciſti nobis ſic?* Ad nutum pręſto eſſe parentum, filij eſt, iuſtisſima ergo ad virtutem regio, quæ paterno amore oſtenditur, preceptiſq; docetur; Qui patris obſeruan-
Ioan. 12. tisſimus verè filius eſt. *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt lucis filij ſitis*.

Non irritandos iracundia liberos, ne animo cadant. Potius ad virtutem accendendos.

CAP. VI.

SED iam ad patres, nihil tam ſanctũ eſt officio, nihil tam firmum natura, quod non malitia, feritate im
Ad Col. 3. mutauerit, vitioq. corruperit. *Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant*. Ad Epheſios pro indignatione iracundiam dixit, quæ perturbationes in iraſcibili animi ſede locantur, prudẽter enim animaduertit, fieri enim poteſt, vt patres hoc familię principatu abutantur, & quod eſt immane, iniurias inferant liberis. Omnis enim humana poteſtas, vel priuatim, & inter filiorum intimam charitatem obnoxia iniurijs, & ſuperbiæ eſt. Quid triſtius? quam ne in ara quidem domeſtica liberis debitam pa-

rentum

rentum fidem, pietatemq; esse consecratam? præcipuè cum communis, & necessarius amor omnis generis imperio sit.

Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum:
Malo coactus qui suum officium facit
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungis, ex animo facit:
Studet par referre: præsens, absensq; idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quam ab alieno metu.

Tere. in Adelph. Act. 1. Scen. 1.

Iracundia enim iniusto opponitur, nam prouidentia hominis animi illa parte prouidit, qua vnusquisq; lacessitus iniuria, naturæ perturbatione commouetur. Vehementior enim ira est, quo magis alicui à timore naturæ malum alienum imminere videtur. Patrem ne naturæ ipsam constitutionem amore certissimam, gente optimam, crudeliter perturbasse? nihil minus, quam portentum hoc mali incredibilis, natura simplicissima filiorum extimescit. Sed si contigerit, quantam animi commotionem, & iræ tumultuantis cæcos impetus excitari censes? Seneca. Plurimum inquam proderit pueros statim salubriter instituisse. Difficile autem regimen est, quia dare debemus operam, ne aut iram in illis nutriamus, aut indolem retundamus, diligenti obseruatione res indiget. Vtrumq; enim, & quod extollendum, & quod deprimendum est, similibus alitur: facilè autem etiam attendentem fallunt similia decipiunt, crescit licentia spiritus, seruitute comminuitur. Sapiens. *Filij tibi sunt erudi illos, & curua illos a pueritia, illorum.* Primum officium ingenuitatis est, secundum timoris, vt primùm æquo animo sit, quàm metu terreatur. Igitur ne exulceret tanto dolore filij animum, sit satis ipsa charitas, filius si bonus est, videat bonus pater, ne ille inanissimæ iracundiæ simulatione fractior, spe suarum rerum abiectior, animo cadat.

Lib. 2. de ira.

Eccl. 7.

Pudore, & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quam metu.

Tere. in Adelph. Act. 1. Scen. 1.

Nihil grauius paterna noxa, cum infelix adolescens patrem ferocem passus, nobilissima se animi parte summittit.

Ingenia melius recta se in laudes ferunt,

Sen. in Hipp.

Si nobilem animum vegeta libertas alit.

Facile autem erat ab incunabulis in nati animum inducere, vt non ſolum ſe ad omne genus laudis accenderet, verum etiam vt Princeps Iuuentutis in claritate moraretur.

Valerius Flacc. Argo. lib. 1.

Vt puer ad notas erectum Palea voces
Vidit, & ingenti tendentem brachia paſſu,
Adſiluit, caraq; diu ceruice pependit.
Illum nec valido ſpumantia pocula Baccho
Sollicitant, veteri nec conſpicienda metallo
Signa tenent, ſtupet in ducibus, magnumq; ſonantes
Haurit, & herculeo fert cominus ora Leoni.

Virtutis neruos incidiſti, ad Deũ appello, Pater occidiſti. Philippus Ariſtoteli ſalutẽ dicit. Filiũ mihi genitum ſcito, quod equidem Dijs habeo gratiam; Non proinde, quia natus eſt, quam pro eo, quod eum naſci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, vt educatus, eruditusq; abs te dignus exiſtat, & nobis, & rerum iſtarum ſucceſſione. Si enim iracundia minime filium prouocaris, ſi artibus eruditeris, pieq; tractaris, ecce ille nominis paterni hæres eſt.

Agellius lib. 9. c. 3.

Prouectus, altus, inſtitutus, debeo
Patrone, præceptor, pater.
Hanc cum tenere dicimus, poſſum tibi
Non exhibere, ideſt patri?
Cui cuncta ſancta iura, cara nomina
Debere me voluit Deus
Tibi diſciplinas, dignitatem, litteras
Lingua, & togæ, & famæ, decus.

Paulinus ad Auſonium ep. 1.

Nam ſpes virtutis eſt in bene morata adoleſcentia. Flauius Vopiſcus in Probo Imperatorẽ. Extat Epiſtola Valeriani ad Gallienum, qua Probum laudat adhuc adoleſcentem, & imitationi omnium proponit. Ex quo apparet neminem vnquam peruenisſe ad virtutum ſummam, iam maturum, niſi, qui puer ſeminario virtutum generoſiore concretus, aliquid inclytum deſignaſſet.

Libero-

Digitized by Google

Liberorum disciplinam potissimam curam esse parentum, liberos morem, pietatis, vrbanitatis reuerentiæ erga senes admonendos, ius paternæ correctionis summum. Aliquis modestissimæ adolescentiæ ludus.

CAP. VII.

TEnacissima ætas primo sapientiam gustet. *Sed educate illos in disciplina, & correptione Domini.* Disciplina in illis declaratur; *Audite filij disciplinam patris, & attendite, vt sciatis prudentiam.* Dux igitur ad prudentiam disciplina est. *Donum bonum tribuam vobis legem meam ne derelinquatis.* Disciplina itaq; est, quæ docet seruire legi Dei. *Disciplinam Domini filimi, ne abijcias, nec deficias cum ab eo corripieris*; Aequo enim animo accipienda est, nam cum amara sit, eius fructus est maximus. *Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga non morietur, Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.* Optimum condimentum vitæ sapientia. *Virga, atq; correptio tribuit sapientiam.* Reprehensio patris, filij sapientia est. Seneca. Admoneri bonus gaudet, pessimus quisque correptorem asperrimè patitur. Ergo *Auris, quæ audit increpationes vitæ in medio sapientum commorabitur.* Nam medicina spiritualis salubris ad sapientiam, dulcis naturæ, peccato grauis.

Sæpe tibi succos, quamuis inuitus amaros
Aeger, & oranti mensa negata mihi est:
Vt corpus redimas ferrum patieris, & ignem,
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?
At precium pars hæc corpore maior habet.

Proprium est enim filii reprehendi. *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.* Probatissimus castigatione parentis filius, cum fieri non possit, vt lubrica illa ætas omni culpa careat. *Quis enim filius, quem non corripit pater?* Bonus ergo filius patris arte imbutus, vere filius est. *Filius sapiens doctrina*

Ad Eph. 6. Prou. 4. Prou. 3. Prou. 23. Prou. 29. Lib. 3. de ira. Prou. 15. Prou. 17. Ad Hab. 12. Prou. 13.

Etrina patris. Ille Spiritu cum Deo, disciplina cum parte con-
Psal. 118. iungitur, *In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones suos*. Ad concipiendam sapientiam ingenuè animi pre-
Ad Hæb. 12. parentur, ne clamet sapiens, *Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis*; Legitimus filius omnino non solum sacramento matrimonij, sed lege Dei
2. Paral. 15. est, rudibus annis percipiat. *Si quæsieritis eum inuenietis, si autem derelinqueritis eum, derelinquet vos*. Proprie generosus, qui spiritus genus imitatur, & voluptuariæ, fallacisq; difficultatē ætatis exhorbuit;
Ad Hæb. 12. *Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitia*. Parentum opus hoc est, quorum in-
In Eccl. 11. curia sæpius, quam proprio peccato liberi deliquerunt. *Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filijs suis agnoscitur vir*. Quia parentum fructus liberi. Quintilianus. Vtinam li-
Lib. 1. c. 2. berorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim delitijs soluimus, mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes, & mentis, & corporis frangit. Ante palatum eorum, quam os, instituimus. In lecticis crescunt: si terram attigerint, e manibus vtrinque sustinentium pendent. Gaudemus si quid licentius dixerint, verba ne Alexandrinis quidem permittenda, risu, delicijs, & osculo excipimus. Quos enim à teneris vnguiculis, litteris, & moribus informare debuerant, vitijs adultos, & ad luxuriam obduratos, ad bonam frugem contumelijs reuocare conantur, soluit filius pœnas negligentis, ac dissoluti patris, stultus pater, seu naturæ, seu malitiæ, filium
In lib. de Tranquil. animi. criminatur. Seneca. Nec enim is solus Reip. prodest, qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de bello, paceq; censet, sed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, virtute instruit animos, qui ad pecuniam, luxuriamq; cursu ruentes prensat, ac retrahit, & si nihil aliud certe moratur, in priuato publicum negotium agit. Puer enim lento malo deuius, factus iuuenis robusta malitia peruertitur. Diuus
De Ciuit. Dei. lib. 21. c. 16. Augustinus. Cum autem ventum fuerit ad ætatem, quæ præceptum iam capit, & subdi potest legis imperio, suscipiendum est bellum contra vitia, & gerendum acriter, ne ad damnabilia peccata perducat. Et si quidem nondum victoriarum consuetudine roborata sunt, facilius vincuntur, & cedunt; si autem vincere, atque imperare consueuerunt, laborioſa difficultate superantur. Malè itaq; Seneca noster, & Burrhus, sed sapientis

iudicio

iudicio Tacitus. Nec iam ſiſti poterat, cum Senecæ, ac Burrho viſum, ne vtroq; peruinceret, alterum concedere, clauſumq; Valle Vaticana ſpatium; in quo equos regeret, haud promiſcuo ſpectaculo, mox vltro vocari Populus Romanus, laudibus extollere, vt eſt vulgus cupiens voluptatum, & ſi eo Princeps trahat, lætum. Cęterum euulgatus pudor non fatietatę, vt rebantur, ſed inuitamentum attulit. In eadem culpa Marcus Sapientiſſimus alioquin, & optimus Imperator, qui Commodum belluam illam, non modo ab ineunte ætate, à ſcelere, ſeueritate auertit, ſed indulgentia deteriorem reddidit: Lampridius de Commodo. Adhibitos cuſtodes vitæ ſuę honeſtiores ferre non potuit, peſſimos quoſq; detinuit, & ſubmotos, vſq; ad ægritudinem deſiderauit: quibus per patris mollitiem reſtitutis, popinas, & ganeas in Palatinis ſemper ædibus fecit: neque vnquam pepercit, vel pudori, vel ſumptui. In domo aleam exercuit. Mulierculas formæ ſcitioris, vt proſtibula, mancipia lupanarium ad ludibrium pudicitię contraxit. Cum propter bonum Reipub. non vltima cura educatio ſucceſſoris, tam incredibilis ſpectatio Populi Roma., tantiq; imitatio parentis eſſe debuiſſet. Baſilius Imperator ad Leonem filium. Cogitare non ſolum de ſuis, ſed multo etiam magis de ſubditorum rebus, ſolicitudo eſt rege dignisſima: neque enim ſatis eſt bonum te præſtare ijs, qui tuæ ditioni ſubditi ſunt: ſed & liberos relinquere oportet, qui quaſi viuæ virtutis imagines ſint cæteris. Quemadmodum enim, qui liberos probe inſtitutos relinquit, de toto regno bene meretur: ita qui eos male moratos, nullis litteris excultos ſinit, totam rempub. grauiter lędit. Ideo, ſeu indulgentia, ſeu inertia parētis, odio notata eſt. *Qui parcit virgæ, odit filiū.* Hoc opus, hic labor eſt.

Lib. 14. Ann.

C. 60.

Prou. 13.

Erudenda cupidinis
Praui ſunt elementa: & teneræ nimis
Mentes aſperioribus.
Formandæ ſtudijs.

Horat. carmi. lib. 3. Ode. 24.

M. Rigordus de Philippo Auguſto Francorum Rege. A primæua igitur ætate ſua, timorem Domini pro pædagogo habuit, quia initium ſapientiæ timor Domini: rogans in Orationibus ſuis, & humiliter deprecans Dominum, vt omnes actus, & greſſus eius dirigeret, iuſtitiam quaſi propriam matrem dilexit: Miſericordiam ſuperexaltare iudicio contendit: Veritatem nunquam à ſe alienam permiſit: Continentiam confugalem præomnibus alijs regibus in domum ſuam tranſtulit; Ve-

runta-

runtamen quia à tenera ætate in his gloriosis virtutibus seipsum exercitari complacuit: ideo tempore procedente factum est, quod sicut ipse Rex Dominum timebat, & reuerebatur: ita ab omnibus in curia sua manentibus obseruari præcepit. Ergo non solum propter officium patientiæ, sed etiam propter sapientiæ mansuetudinem, & humilis naturæ communem cognitionem, hæc ratio tenenda est. *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.* Pietas omni tempore humanæ vitæ vigilia est. *Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est.* Primæ ætati exercitationes corporis datæ, de Honorio ille.

Ad Gala. 6.

1, ad Tim. 9.

Mox vbi firmasti recto vestigia gressu
Non tibi desidias molles, non marcida luxu
Ocia, nec somnos Genitor permisit inertes,
Sed noua per duros instruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires.

Aneid. 7.

De latinis Virgilius.

Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis: domitantq; in puluere currus
Aut acres tendunt arcus: aut lenta lacertis
Spicula contorquent.

Luc. 14.

Modestia, & vrbanitas propria christianæ virtutis, humilitatisq; *Cum inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is, qui te, & illum vocauit, dicat tibi: da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere, sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi amice ascende superius, tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus, quia omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Illa sententia dulcissime, æquissimeque omnes æquauit. *Honore inuicem præuenientes.* Apud proceres quo quisque rarior honestior est. *Ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magnorum ne steteris, melius est enim, vt dicatur tibi, ascende huc, quam vt humilieris coram Principe.* Diuina virgo in sapientia beatissimæ orationis assidua, continuoq; repetens intimi sacrarij solitudinem, cum vrbanitatis causa efflagitauit officia, persoluit. *Exurgens Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zacharie, & salutauit Elizabeth.* Parum homini Christiano. *Si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis?*

ad Rom. 12.

Prou. 25.

Luc. 1.

Matt. 5.

eitis? Nonne, & Ethnici hoc faciunt? Quare, vt lex Euangelica, non minus ſummæ vrbanitatis eſſet, quam doctrinæ Chriſtus. *Intrantes autem in domum ſalutate eam dicentes. Pax huic domui.* Matt. 10. Hæc ſalutatio verborum, illa facti. *Salutate inuicem in oſculo ſancto.* 2. ad Cor. 13. Ex quo iure optimo nata eſt ſummi admiratio facinoris. *Oſculo filium hominis tradis?* Quo ſaluere iubebãt, eodem prodere incredibilis pœne perfidiæ fuit. Sed quia Periculoſum eſt oſculum in actu humanisſimæ Charitatis, non ſolum nos gerere ſancte debemus, ſed religioſe, vt Athenagoras Philoſophus Athenienſis Chriſtianus ait. Summa igitur cautione communicandum eſt oſculum, vt non aliter quam pia ſalutatio, vel potius adoratio quædam habeatur. Sed quia ſalutatio honos eſt, quos Eccleſia eijcit, nec honorare debemus, *Cum eiuſmodi nec cibum ſumere.* Si illis ſocietatem in re neceſſaria denegamus, quanto magis honorem, qui meriti potius eſt, quam neceſsitatis? Lampridius de Alexandro Seuero. A mulieribus famoſis matrem & vxorem ſuam ſalutari vetuit. Humanitas minime abſq; vrbanitate. *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, & ieiunare, quamdiu cũ illis eſt ſponſus? Quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſsunt ieiunare.* Adoleſcens ſenes vereatur, Chriſtus maiorem natu Petrum præ omnibus honorauit. *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Ioan. 13. Quia ipſe in ſuæ ſapientiæ legibus. *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis.* Leuit. 19. Sed ſenectus ætatem appellat, laudemque ſignificat. *Corona dignitatis ſenectus, quæ in vijs iuſtitiæ reperietur.* Prou. 16. Cicero. Non Cani, non rugæ repente auctoritatem afferre poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas fructus capit auctoritatis extremos; hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quę videntur leuia, atq; communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi deduci, reduci, conſuli, quæ & apud nos, & in alijs Ciuitatibus, vt quæque optime morata eſt, ita diligentiſsime obſeruantur. Liſandrum Lacedemonium, cuius modo mentionem feci, dicere aiũt ſolitũ, Lacedemone eſſe honeſtisſimũ domiciliũ ſenectutis. De Senectute.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum, Iuuenal. lib. 5. Sat. 13.
Si iuuenis vetulo non aſſurexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.

Nec ille ſenex capillatus erat propter regnum, ſed honeſtisſime actę vitę, extrema ætas in ſummo decore regni vigebat.

cui ſplendidus oſtro
Inter honoratos medio de vertice canos Ouid. Meta. lib. 8.
Crinis inhærebat, magni fiducia regni.

Pho-

Phocylides in Poemate Admonitorio.

Reuerere canos circum tempora, cedeq; senibus
Sede, & honoribus omnibus: natu vero præstantem
Senem, æqualem patris cum patre honoribus venerare.

Summę reuerentiæ est, ne iure quidem posse reprehendere, sed seniori semper, ac patri supplicare. *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem.* Quia inferioris est rogare, supplex enim accedit egregia existimatione superioris, & bona spe, quę sunt tanti ponderis, vt his non simulatione adulationis fraudulenta, sed conscientiæ veritate perfectis, nullum maius testimonium fit cognitæ, suspectæq; præstantiæ. similis honos illi, quem Deo religionis iure debemus. Ingeniosissime ille.

1. Ad Tim. 5.

Martial. lib. 8. epig.

Qui fingit sacros, auro, vel marmore vultus
Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

Obseruantiæ officia. *Iuuenes vt fratres, anus vt matres, Iuuencu-las vt sorores, in omni castitate.* Stobæus ex Gaio. Omnes seniores patres sint: Iuniores omnes cognati: Mulieres quęcunq; pepererunt aliquando, matres. Modestia enim, temperantiaq; puerilis omnium refert, ac vnam, & communem cognationem facit.

1. Ad Tim. 5.

Sermo. 20.

Petri 1. c. 5.

Senes in loco parentum, *Adolescentes subditi estote senioribus.* Cũ autem seu filius institutus male, seu ætatis lubricæ licentiæ permissus, non modo separatus à virtute, sed etiam vitijs implicatus, impeditusque teneatur; Quam detestabiles minæ illæ.

Mar. 9.

Quisquis scandalizauerit vnum ex his pusilis credentibus in me, bonum est ei, magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Nam si populus Christianus viribus religionis firmato animo, ingenue sequitur, perseueranterq; cælestia, nonne obstitisse malo exemplo, aut negligentia tantæ virtutis spem dilapsam esse, supplicio dignissimum? Agapetus ad Iustinianum. Peruersorum hominum cõtubernia vitare plurimum conducere censeo, quisquis enim prauis cum hominibus vsquam consuetudinem habet, hunc mali quippiam sustinere vel discere necessum est. Qui autem frugi hominibus conuersatur, aut honestatem æmulari, aut vitia circumcidere docetur. Quintilianus. Nec mirum: nos docuimus, ex nobis audierunt nostras amicas, nostros concubinos vident. Omne conuiuium obscœnis canticis strepit. pudenda dictu spectantur, fit ex his consuetudo, deinde natura. Discunt hęc miseri antequam sciant vitia esse, inde soluti, ac fluentes non accipiunt e scholis mala ista, sed in scholas afferunt. Cum tenera ętas facillime metu parẽtum, & notionibus

Lib. 1. c. 2.

boni

boni formatur. *Videte ne contemnatis vnum ex pusillis istis.* Bene Poeta ille. Matt. 18.

Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans. Iuue. lib. 3. sat. 14.

Ne mala, quæ sensu apprehẽdunt, seu ætatis intempestiuæ vitio, seu deceptę ignorantia, vt rudes anni tenacissime, curiosissimeq; percipiunt, nequiter exequantur. *In die illa suscitabo aduersum Heli omnia, quæ loquutus sum super domum eius, incipiam, & complebo; prædixi enim ei, quod iudicaturus essem domum eius in æternum, eo quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.* Diuus Augustinus. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere á peccato, vel punire peccatum; vt aut ipse, qui plectitur, corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. Sed singularis ratio nominis Christiani illa est. *Dico enim vobis, quia Angeli eorum in Cælis semper vident faciem patris mei, qui in Cælis est.* Non quia Angeli non semper beati, aut nostri arbitrij sit illorum beatitudo, sed quia status ille propter fidem cum innocentia coniunctam, Angelorum ope, non labore, humanisue periculis glorioſus est; neque enim Angelus, aut peccato se se tradentem deserit, aut de animi cõstantia dubitat, aut pudenter deprædatis animi partibus exturbatur, semper eius nomine, quẽ custodit, & diligit, adest coram Deo, vt qui viuẽs puer summum bonũ consequi non potest, illo per Angelum vicariũ propugnatoris destinati satisfactione fruatur. Quãta religione corrigere fratrem debemus, quanto ne iure maiori pater liberos emendaturus est? *Vade, & corripe eum inter te, et ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si autẽ non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, uel trium stet omne verbum, quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.* Ergo correctio, non solum debita conscientia, sed etiam solemnis testium Christianorum bono exemplo, & pręiudicio est, propter ea peccata, quæ in nos cõmittuntur, & propter cõmunẽ proximi charitatem, præcipuam in eos, quos natura prima necessitudine, Deus fide prima, & virtutis firmamento commendauit. Quid ne faciturus pro filio, si tantum pro vnoquoq; nostrum? *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris corripe iuste.* Matt. 18. Eccl. 11.

Si priuatus propter remedia malorum tantum tenes in omnes imperium, vt aut solus emendatione vti, aut adhibitis testimo-

nijs, aut congregatione fidelium debeas, qua, te, obſeruantia diſciplina, & patrio more vigentem, autoritate chriſtiana, ſeuerisſimum, liberi verebuntur? nonne patris perſonam filius repreſentat? quare iure optimo ille pater. *Quia mittam filium meum dilectum, forſitan cum hunc viderint, verebuntur.* Satis nobis eſſet, vt ſi non conſcientię Patres, at pudori ſuo, dum integra res eſt, dum facillima ætas illa torquetur, iuſta præſtitiſſent. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* In dictis enim factiq; perſpicitur, vt comiter & honeſte, vt omnis generis, omniſq; ordinis viri laudati, bonum nomē adoleſcentē exiſtiment. *Iuuenilia autem deſideria fuge.* Ac ſi mala, quę incertisſimæ impendent ætati, vitanda eſſe dixiſſet, peſtifera libido eſt, quę ſi Iuuenum cupiditatibus, & peccandi conſuetudine ſerpit, ruinis minimè contenta priuatis, labefactat perſæpe Rempublicam. Dedita ætas elegantię, munditiæq; , ne naufraga pernicioſe iactetur, maturè rerum ſordes intelligat. *Ab intus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt.* Vitia ſunt, ſeu conſenſu voluntatis, ſeu pigra cogitatione patrata. *Adulteria, fornicationes, homicidia, furta, falſa teſtimonia, auaritiæ nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia.* Animum, corpuſq; multiplici labe contaminat. *Ea non ſolum dicta, ſed facta coinquinant hominem.* Mala conſilia vnūquemq; inquinant, turpis ſermo tentat omnes, plerumq; corrumpit. *Corrumpunt bonos mores, colloquia mala.* Quia turpitudo verborum, pronæ voluntatis ad malum, teſtimonium eſt, improba voluntas ad efficiendum valet; abſq; libertate igitur voluntatis nulla actio, fieri ergo non poteſt, vt voluntas non patefaciat, quæ bonos mores vitio corrumpunt: *Aurum tuum, & Argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.* Stobæus Autor eſt. Turpia nemo loquatur, ne factis obſcænis animum inquinet, mentemque imprudentia, & ſceleribus repleat, nam quæ honeſta, & cara nobis ſunt, congruis nominibus, & in lege ſcriptis appellamus, quæ vero odimus, illorum vel nomenclaturam, cauſa turpitudinis abominamur, eſto igitur turpe etiam loqui rem turpem. Sermo igitur index mentis, animo ad bene agendum debilitato, & oppreſſo, voluntatiſque inſolentia bonos mores deprauauit. Valerius Maximus. Lacedemonij, libros Archilochi è Ciuitate exportari iuſſerunt, quod eorum parum verecundam, ac pudicam lectionem arbitrabantur, noluerunt

Luc. 20.

Ad Philipp. 4.

2. ad Tim. 2.

Marc. 7.

1. ad Cor. 15.

In Eccl. 28.

Sermone 145.

Lib. 6. c. 3.

runt enim ea liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenijs prodeſſet Ouidius.

Eloquar inuitus teneros ne tange poetas;
Summouco dotes, impius ipſe meas.
Callimachum fugito, non eſt inimicus amori,
Et cum Callimacho tu quoque Coe noces.
Me certe Sappho meliorem fecit amicæ,
Nec rigidos mores Teia muſa dedit.
Carmina quis potuit tuto legiſſe Tibulli?
Vel tua cuius opus Cynthia ſola fuit?

Lib. 2. de remedio amoris.

Igitur audiendus non eſt, qui alio in loco.

Magnaq; pars mendax operum eſt, & ficta meorum,
Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo.
Nec liber indicium eſt animi, ſed honeſta voluntas,
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Accius eſſet atrox, conuiua Terentius eſſet,
Eſſent pugnaces, qui fera bella canunt.

Ouid. lib. 2. de Triſti 6. eleg. 1.

Excepta libidine, forſitan hanc repugnantiã carminis, & morum Ouidio concederem, quamuis dici poſſit fortunam, & facultatem illis defuiſſe, qui ſtudijs ad illa edenda rapiebantur. Martialis uero ſe fallit, nam ut conſtat, quandoque ingenio, & uita infamis, quod nec carmine, nec etiam vita probauit.

Innocuos cenſura poteſt permittere luſus,
Laſciua eſt nobis pagina, vita proba.

Mart. lib. 1. Epig. 4.

Illa potius egregio, & bono ingenio.

Omnes Sulpitiam legant puellæ,
Vni, quæ cupiunt viro placere
Omnes Sulpitiam legant mariti,
Vni, qui cupiunt placere nuptæ.

Mart. lib. 10. Epig.

Leuiſſimam græcam modeſtia, arteq; ſuperabit.

Hac condiſcipula, vel hac magiſtra
Eſſes doctior, & pudica Sappho.

Mart. lib. 10. Epig. de Sulpitia.

Eadem ratione morum, qua turpem Poeſim eicimus, picturam inhoneſtam explodimus. Optime Propertius.

Quæ manus obſcænas depinxit prima tabellas
Et poſuit caſta turpia viſa domo.
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos
Nequitiaq; ſuæ noluit eſſe rudes.
Ah gemat in terris iſta qui protulit arte
Iurgia, ſub tacita condita lætitia.

lib. 2. Eleg. 6.

Non illis olim variabant tecta figuris
Cum paries nullo crimine pictus erat.

Pictura morata fit, nam ille ignorat, quid dicat.

Martial. lib. 10. Epig.

Ars vtinam mores, animumque effingere posses
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

Nam tabula picta bonos mores figura, habitu, re gesta refert, vt Sallustius in proemio belli iugurthini narrat. Nam sæpe audiui ego Q. Maximum P. Scipionem, præterea Ciuitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere: cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime animum sibi ad virtutem accendi: scilicet non ceram illam, neque figuram, tantam vim in sese habere: sed memoria rerum gestarum eam flammam egregijs viris in pectore crescere: neque prius sedari, quam virtus eorum famam, atq. gloriam adæquauerit. Ergo quidquid agitur, dicitur, aspicitur, honestissime constitutum sit, vt vita humana generis omnis pudicitia, & honestate redundet.

Lib. 1. sat. 6.

Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum Doctores aderat, quid multa? pudicum
(Qui primus virtutis honos) seruauit ab omni
Non solum facto, verum opprobrio, quoque turpi.

Lib. 2. de Repub.

Plato contra fabulas Deorum obscænas. Quid putamus acturos, hæc audientes, animos eorum iuuenum, qui solertes ingenio sunt, & ad omnia dicta commode, celeriterque conuersi, ex seipsis deliberare possunt, qualis aliquis existens, & quorsum tendens, quam optime vitam agat? consentaneum est iuuenem talem Pindari illud animo voluere.

Vtrum iustitiæ conscendam alta Menia,
An obliquas doli vias ingrediar,
Meque ita fulciens vitam agam?

Lib. 5 de legibus.

Etiam atque etiam monet, quia honestas prima hominis laus est. Sapiens legislator senioribus præcipiet, potius vt ipsi coram iuuenibus sint maxime verecundi, ac summopere caueant, ne quis iuuenum ipsos vel videat, uel audiat turpe aliquid, & indecorum agentes, vel loquentes, ideo Cicero. Nostro quidem more

Lib. 1. off.

cum parentibus puberes filij, cum soceris generi non lauantur. Retinenda est igitur huius generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra, & duce. Igitur qui religionis iure Sancti sunt, non solum se a flagitioso facto, sed a nomine obscæno vitiorum

Ad eph. 5.

abstineant. *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.* Stultissime

Stoici

Stoici de quibus Cicero. Sic enim differunt, nihil esse obscenum, nihil turpe dictu, nam si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo, nihil esse tertium, in re non est. Quasi res ipsa peccatum actu non sit? pessime igitur colligunt. Si enim quod verbo significatur, id turpe non est, verbum, quod significat, turpe esse non potest. Quomodo vitium turpe non est, aut vitiose significari non obscenum? Alieni ab ineptijs, & scurrili futilitate uerborum. *Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.* Nam beneficiorum sunt gratiarum actiones, quas cum memores boni coram Deo animo grato profiteri debeamus; Quid stultius, quid sordidius, quam tempus recitandis, & in alios ingerendis uitijs absumere? *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Cum in illo uanitas loquentiæ insit, & fædissimi animi procacissima, imprudentissimaque confessio. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo Thesauro profert malum.* Otiosum, quod non habet ultimi rationem finis. *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddēt rationem de eo in die judicij.* Igitur si uerborum ratio reddenda, in eo culpa, & innocentia est. *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Lingua enim animum explicat, imo animi serua est. *Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Neq; enim adolescentes tanta luxuria, & desidia, vt non ad laudem aspiremus. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* Gratia autem ostentatio grati animi est, sal sapientia, gratus animus, & sapiens integerrimus, & humanissimus est: cum quidquid est beneuolentiæ, gratia concedat, quid quid grauitatis, sapientia retineat, his igitur artibus præclare familiaris sermo studia hominum allectat, quibus, nec perperam conciliantur, nec leuiter dirimuntur, gratia vero maleuolentię, aduersatur, stultitiæ sapientia, quę indignissima sunt, & quotidiana peccata. *Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes.* Humilitas omnis Christianæ virtutis rectissima moderatrix, continentia appetit, modestia contendit, mutuo honoratissima est, cuius iudicio. *Ineptas autem, & aniles fabulas deuita; exerce autem te ipsum ad pietatem.* Illæ contrariæ pietati, quia insulsæ, & perridiculæ, cum pietas frugi, & scientiæ sit. *In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus.* Imperitæ leuitatis est, ad sapientiam inutili conatu, animiq; leuissimo

Lib. 9. epist. 22.

Ad Eph. 5.

Ad eph. 4.

Luc. 6.

Matt. 12.

Ad Coll. 4.

Ad Philipp. 2.

1. ad Tim. 4.

In Eccl. 3.

Digitized by Google

uisſimo motu impediri. *Stultas autem quæſtiones, & genealogias, & pugnas legis deuita, ſunt enim inutiles, & vanæ.* Quia neq; doctum efficiunt, neq; religioſum, ſed loquacem, & profanum. Ideo. *Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Sano Conſilio, & certiſſimo fructu ſapientiæ. *Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita.* Licet enim pietate veritatem attingere, ne vanitate guſtare quidem, porro cogitur, Vagari animo, & lingua errare, qui ſuæ mētis retinens nō eſt. *Tardus ad loquendū.* Quia præceps animus lectiſſimis verbis cohiberi non poteſt, neq, ex tē pore quiſquam, niſi imperitę multitudini ſapiens eſt. Inuidia meditatæ malitiæ atrociſſima lingua. *Coerceat linguam ſuam à malo.* Ni fecerit. Quæſo Iacobū intelligas. *Omnis enim natura beſtiarū, & volucrum, & ſerpentium, & cæterorum domantur, & domita ſunt à natura humana, linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero.* Si audax, ſi ſtulta, lingua, monſtrum contaminata peccato ex vtero natura fudit, ſed quia capax rationis homo. *Mors, & vita in manu linguæ.* Quibus educatus erudite, magnificèq; adoleſcens, dignus illa ſententia. *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.* Ornatiſſima adoleſcentia virtute magni ęſtimanda eſt; nec illa vnquam precio caruit, aut nominis, aut præmij. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate.* Tui igitur eſt ne contemnaris, niſi forſitan ſuperbus, qui odit virtutem, ſimulat negleXiſſe: ſed nonne aliquis huic ludus ætati? *Æquo animo eſt? pſallat.* Vt facillime in animos teneros, atq; molles, varijs canendi ſonis diuinæ laudes influerent, quæ languentes incitant, excitatoſq; confirmant. Aelianus. Cretenſes iuſſerunt liberorum filios cum quodam concentu, & melodia leges perdiſcere, vt ex Muſica voluptatem caperent, & facilius ea memoria complecterentur. Et ne ſi quid contra leges admiſiſſent, per ignorantiam ſe feciſſe poſſent defendere. Secundum quod eis diſcendum proponebant, erant hymni in honorem Deorum facti, tertium, fortium virorum encomia. dulcedo ægritudinem leuat.

Fertur, & abducta lyrneſſide triſtis Achilles,
Æmoniacuras attenuaſſe lyra.

Pietas mollitiem extinguit. Paulinus Epiſcopus Nolanus.

Quamlibet hæc ieiuna cohors potiore reſultet
Obſequio, caſtis ſanctos, quoque vocibus hymnos
Perſonat, & Domino cantatam ſobria laudem
Immolat,

Aequo

Ad Tim. 3.

In Eccl. c. 3.

Iacob. 1.

1 Petr. 3. Iac. 3.

Prou. 18.

1. ad Timot. 4.

Pſal. 64.

Iac. 5.

De Var. his. lib. 2.

De S. Felice Natali 9.

Aequo animo agentem, certo in ſtatu Muſica ſancta conſtituit, quia vt Plato. Animi ad grauiora ſtudia muſica relaxantur.

Parentes aqui erga omnes liberos. Quantus amor parentum. Externis bonis adiuuandos liberos, qui viua templa ſunt ſpiritus ſancti.

CAP. VIII.

PArentes non leues naturæ impetus, ſed fraudes aſſentantium filiorum perſequantur. *Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit, fili vade hodie operare in vinea mea, ille autem reſpondens ait, nolo: poſtea autem pœnitentia motus abijt: accedens autem ad alterum dixit ſimiliter, at ille reſpondens ait, eo Domine, & non iuit, quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, primus:* Sæpius domeſtica, violentiſsima parentum tyrannis, ob leuiſsima quædam peccata in bonos, & ſimplices filios ira, & ſtomacho exarſit, aliorum os, & probra indigniſsime patitur. Matt. 21.

Nihil clarius illius parentis oſculo pietatis, & amplexu amoris. *Cum autem adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.* Simulac filium cognouit, motum animi, indicem paternæ miſericordiæ ſenſit, gaudio exiliens, & properans, more patrum oſcula tulit filio, eius collo non obtorto ſeuere, ſed complexo dulciſsime. *Dixitq; ei filius, Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus.* Solum peccatur in Deum, peccati Deus Iudex eſt, quandoq; homo, cum ipſi reddendæ rationis veritas iniuncta eſt, ideo, qui in Deum patris teſtimonio deliquit, de ſententia Dei, & hominis condemnatur, ſed lenis pater, ingennæ confeſſionis pudore filio conuicto, & diſcrimine ſuarum fortunarum afflicto, non miſero ſolum veniam dandam, ſed genialem diem incolumis familiæ celebrandum curauit. Luc. 15.

Parentum officia legitima. *Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo.* Nunc de bonis externis. Filius gente, iureq; Patrimonij, hæreditariæ dignitatis hæros, Patris perſonam repræſentat. *Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, Chriſtus vero tanquam filius* Luc. 2. Ad Hæb. 3.

lius in domo sua. Is igitur, quasi primus qui famulatus Dominus,
Ad Gal. 4. nisi forsitan infans filius. *Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt à seruo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus est, vsq; ad præfinitũ tempus à patre.* Perpetuũ hoc est. *Ejice Ancillam, & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ*. Sed hæc bona lege veniunt ad filios, alia parentum diligen-
2. ad Cor. 12. tia, & industria. *Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs*. Eius enim est conseruare, cuius est gignere, pa-
Matt. 7. ter generat, Patris igitur est tueri liberos. *Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona dare filijs vestris*. Si malus Pater pius, & liberalis erga liberos, non ne ille pessimus, ac fera, qui auarus? Nam bona animi digna principibus postulant fortunas ad bene agẽdum necessarias, instrumento sublato, actio sublata est. Qui necesitati filium addixisti Pater, prodidisti.

Iuuc. lib. 1. sat. 3. *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat*
Res angusta domi.

Esto contentus necessarijs, quibus ad vitam tranquillam, & quietam satis est, bonus vir omni satisfactione cumulatur, sed filio necessaria inuides, qui locupletem facere potuisses? qui sus-
Lib. 5 Hexam. c. 18. tẽtare potes, disperdis? qui fauere, iugulas? D. Ambrosius. Quis docuit nisi homo filios abdicare? quis reperit tam immitia patrum iura? quis inter naturæ fraterna Consortia fratres impares fecit? Vnius diuitis filij diuersa sorte cæduntur, alius totius paternæ sortis adscriptionibus inundatur, alius opulentæ hæreditatis patriæ deplorat exhaustam, atq; inopem portionem. Sto-
Ser. 102. bæus. Crudelissima est in pullis educandis Aquila, duos enim cum ediderit pullos, alterum alis impellens, in terram deiectum allidit, alterum retentum tantummodo pro suo, & legitimo habet, tædio procreationis, quem procreauerit ipsa, reprehendians, & abdicans. Tales sunt parentes, qui paupertatis specie, suos pueros infantes exponunt, qui & suis posteris in hæreditatis distributione iniquissimi sunt. Barbara igitur lex Romuli crudelissime parentibus ius vitæ, necisq; tribuebat, recte Lucianus in Abdicato. Verum illud prius expendite, num posthac illi ius sit abdicandi, qui semel abdicauerit, iamq; fit vsus facultate, quam lex concedit, atque hanc paternam potestatem expleuerit, deinde rursum in familiam receperit, ac superiorem abdicationem irritam fecerit. Nam ego certe iniquissimum istud esse dico, vt liberorum quoque sint infinitæ pœnæ, vt multæ condemnationes, ac metus perpetuus: vtque lex nunc irato

inseruiat,

Inſeruiat, mox deinde faciat irritum, quod actum eſt: rurſum, vt eodem valeat. In ſumma, vt ius ſurſum, ac deorſum torqueatur, vt cunq; patribus pro tempore viſum fuerit. In Deum, iniquo, in naturam, itato animo ſis neceſſe eſt, qui filio contempto ab ingenita natura penitus abhorruiſti. Ne Saturnus quidem, niſi Regni atrociſsima ſuſpicione liberos perdidit, nos Chriſtiani, non modo gratiæ diuinæ ſummam, ſed reliquias naturæ adulteramus? ſit penes te vitæ, neciſque poteſtas, nihil filiorum intereſt, nam virtus propugnaculum eſt: culpa lege conſtringitur, virtus libera eſt. Sed ſi ara tua maleſuada fames eſt, falleris, ſi cauſam filij derelinquis, in filium ſæuis. *Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?* Lapidem, ac ſi nihil dixiſſet, panis nutrit, nihil igitur impertit, qui panem negat, panem itaq; daturus eſt filio pater, qui liberis integram vitam facultatum, & honorum cauſa debebit. Luc. 11.

Diſce puer virtutem ex me, verumq; laborem
Fortunam ex alijs, nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit, & magna inter præmia ducet. Virg. Aeneid. lib. 12.

Patres boni, & prudentes intelligite. *Sine prius ſaturari filios; Non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus.* Videlicet vitijs, ſumptibus, ne ſacellis quidem liberorum fortunas largiri licet, cum Chriſtiana dignitas pateat. Nam filij propter religionem, & neceſsitudinem, viua ſunt templa Spiritus Sancti, primum natos ſaturato, poſtea tecta, auro, eboreue fulgentia, ædificato, ſi abeſt ordo pietatis, & rationis, vanitas illa eſt, non religio, in deum impietas grauiſsima, infauſta hominibus memoria, nonne, vt genus illuſtraſſe, & Deum coluiſſe videreris, Deum auaritia violaſti, hominibus charitatem exprobraſti? *Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.* Pie ſalutem pœnitentis filij, non ſolum lætitia, ſed lauto conuiuio celebrauit, auctoritate pater, & beneficijs, nec contumelioſe præteriti temporis recordatur; filium impium à ſe arcet, ſaluum oſculatur, diſce pater, qui gaudijs triumphas, cum de filio non accurate habito, peſsimus vates extitiſti, ille mærebat amiſiſſe filium, gaudet inueniſſe, tu non mærebas amiſſum, vituperaſti inuentum. Matt. 7. Luc. 15.

Infima ſpecies imperij familiaris in ſeruos domini. Officia boni ſerui, cuius ardua virtus, & multiplex. Libertatem vere Chriſtianam communem eſſe.

CAP. IX.

SEd iam de ſeruis, hoc enim Domini in ſeruos imperium, non tam honeſtatis, quam vtilitatis cauſa comparatum, iure gentium conſtitutum eſt, Infimum honore, ſi viri in vxorem, ciuile, ſi patris in liberos Regium conſideres. *Quia ſeruus neſcit, quid*
Ioan. 15. *faciat Dominus eius.* Alienatus ab amore, quia minime honoris particeps, cum ſeruo minime neceſſarius Dominus, ipſius non ſerui cauſa, ſeruo imperat. Ingenua enim adminiſtratio vtilis perſonę ſubiectę, laboriosa Principi, ſed hęc in ſeruum dira, tota cōtraria,
Lib. 3. de Rep. fructuoſa Domino, moleſta, & negotioſa ſeruo. Cicero. Sed imperandi, & ſeruiendi ſunt diſſimilitudines cognoſcendę. Nam animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini, ſed corpori, vt rex ciuibus ſuis, aut parens liberis; libidini autem, vt ſeruis Dominus, quod eam coercet, & frangit, ſic Regum ſic Imperatorum, ſic Magiſtratuum, ſic Patrum, ſic populorum Imperia ciuibus, ſocijſq; prędſunt, vt corporibus animus, Domini autem ſeruos ita fatigant, vt optima pars, animi, ideſt ſapientia eiuſdem animi vitioſas, imbecillaſq; partes, vt libidines, vt iracundias, & perturbationes cæteras. Vnuſquiſq; enim conuento humani generis, pro totius belli diſcrimine, hāc ſibi non tenuem fortunam rerum vindicauit: magna quidem illa ſeruitio eſt, ſed re multo maior, cum homo diuinæ imaginis ſimilitudine, & libero iudicio procreatus, ab ſtatu innato alienisſimus, per ius belli, & vim, cui par erat natura, inſeruit. *A quo enim quis ſuperatus eſt, huius &*
2. Pet. 2. *ſeruus eſt.* Licuit ſeruatori alligare vitam ſeruitute, nam, ei qui vitam miſericordia tribuit, ſeruitus pro homine ſibi ſeruato detur; tanti enim ſtetit libertas, vt munus vitę ſeruum acquireret, & qui victor hoſtis erat, Dominus eſſet hoſtilis libertatis. Familia itaq; cum alijs ſuperioribus, tum vtiliſſime hominibus in ſeruitutem laboris quotidiani aſſertis, omnibus conſtat partibus, quibus res familiaris abſoluta eſt. De Craſſo Plutarchus

Breui

Breui putabat seruorum, quasi viuorum rei familiaris organorum præcipue ad Dominos pertinere curam Recte id quidem Crassus si(ut dicebat) ita sentiebat, cætera per seruos, ipsos vero esse per familias regendos seruos. Quippe œconomicam, quæ est disciplina tuendę rei familiaris, cum sit in animatis quæstuaria, in hominibus artem effici videmus politicam, & ciuilem. Boni serui est Domino esse lucro. *Domine quinq; talenta tradidisti mihi, Ecce alia duo super lucratus sum.* Piger cum vsuram pendere debeat, custodia contentus est. *Ecce habes quod tuum est.* Meret pœnam ignauiæ, inutilem ergo seruum. *Eijcite in tenebras exteriores.* In omni genere præmium bonis necessarium, & pœna improbis. Matt. 25.

Spectamen bono seruo idest, qui rem herilem Plau. in Menech. Act. 5.
Procurat, videt, collocat, cogitatq;
Vt absente hero, rem heri diligenter
Tutetur, quam si ipse adsit, aut rectius:
Tergum, quam gulam, crura, quam ventrem oportet
Potiora esse, cui cor modestè situm st
Recordetur id, qui nihili sunt, quid iis pretij
Detur suis ab heris, ignauis, improbis
Vinc, verbera, compedes, molæ, magna
Lassitudo, fames, frigusq; durum
Hæc præmia sunt ignauæ.

Quare secundum serui conditionem Dominorum commoda, & officia seruilia. *Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi, statim transi, & recumbe, & non dicit ei, para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi, donec manducem, & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes.* Luc. 17.
Serui est victum Domino ministrare, arationes, pastionesque consummare. Communis status in vtramq; partem seruitutis, *Nescitis quoniam, cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad iustitiam?* Ad Rom. 6.
Igitur, vt Cicero. Omnes improbi serui, nec hoc tam re est, quam dictu inopinatum, atq; mirabile, non enim ita dicunt eos esse seruos, vt mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili. Sed si seruitus sit, sicut est obedientia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis suo, quis neget omnes leues; omnes cupidos, omnes deniq; improbos esse seruos? Seruit ergo libertas virtuti, quæ à peccato remotissima. Quid est enim libertas? potestas viuendi, vt velis, quis igitur viuit, vt vult, nisi, qui recta sequitur? qui gaudet officio? cui viuendi via considerata, Para. 5.

1.ad Cor. 7. atq; prouiſa eſt? qui legibus non propter metum paret, ſed eas ſequitur, atq; colit, quia id ſalutare maxime eſſe iudicat. *Vnuſquiſq; in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat, ſeruus vocatus es? non ſit tibi curæ, ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere.* Sua ſorte contentus viuat, conſtanti ſeruus animo, & niſi ſeruitutis merito liber euaſerit, ſeruiat libentiſsime, hoc enim artificio beneuolentiæ colligendæ, de Domino, quantumuis ingrato, bene mereatur neceſſe eſt. Via igitur ad libertatem eſt, quæ ſeruum in ſeruitutis amore confirmat, hac enim prudentia, & alacritate, non anxij animi temeritate, quereliſq; fortunæ, vel ſolemni formula ſapientiæ in libertatem vindicatus, vel expertus in re priuata, facturus opere pretium publicæ, conſentiente populo, & iubente Domino, in cenſum nomine delato liber, & ciuis fit. *Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini, ſimiliter, qui liber vocatus eſt; ſeruus eſt Chriſti.* Nam, qui ſeruit in Domini ſpiritu, & gratia ſapienter, quamuis humana conditione ſeruus, diuina liber eſt, prouidentiæ enim diuinæ obſequens eſt. Vno igitur ſpiritu cum Deo eſt, omnis igitur per ſpiritum libertus eſt Dei, nihil intereſt ſerui, cuius ſit, dum Dei eſt, ergo ſimpliciter liber, ſeruus igitur Chriſti, qui tali honore, vel homines infimos, magnos ſpiritu, regie dignatus; Chriſtianos ſeruos Dei liberos regnare præſciuit. *Precio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.* Seruus enim hominis eſt, qui inuitus Domino ſeruit, & fugit, hic enim ergaſtulo truculento damnatur, & propter improbitatem, crudelius multo ſub iugum Domini irati ſubiungitur. Noli, itaq; fieri ſeruus nequam, ſeruus ne ſis hominis, nam ſi bonus eſt, Chriſti vindicta ſeruatus, tutisſimeq; redemptus, donatus libertate, ſeruus eſt Chriſti. *Quicunque ſub iugo ſerui, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur, qui autem fideles habent Dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt, & dilecti, qui beneficij participes ſunt.* Omnis generis Dominos collat, quia tales ſunt. *Serui obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto.* Præceptis enim conditionem miſeram ſerui conſolatur. Quanto enim intelligentior fui officij erit, tanto facilius labores tolerabit, nihil enim arduum illi, qui ab aſſidua meditatione maximum propoſitum arripuit, itaq; duplici modo Domino ſeruiat, vt carnali, cum timore, tremens, vt ſpirituali, ſimplicitate cordis. Nam in primo Domini ſeruus eſt, in ſecundo ſeruus Chriſti eſt. Sto-

1.ad Cor. 7.

1.ad Tim. 6.

Ad Eph. 6

bæus

bæus ex D. Ignatio. Serui non debent rogare, vt vulgari more manumittantur, sed in Dei gloriam magis seruire, vt meliorem a Domino consequantur libertatem. Oportet igitur Christianum seruum nota Christi, & nota hominis insignem esse, illam impresit Christus redimendo, hanc Dominus in bello seruando, propter Domini potestatem, cum timore obediat, propter donum Dei, Spiritu simplicitatis, vt in illo Domino, in hoc Domino seruiat, & Christo. Diuus Augustinus. Vt scilicet si non possunt a Dominis liberi fieri, suam seruitutem ipsi quodammodo liberam faciant, non timore subdolo, sed fideli dilectione seruiendo. Deo enim nihil maius est simplicitate cordis, homini minimè solum animo satisfit, igitur timore iam iam appropinquantis pœnæ si aliquid offenderit, tremore mali terribilis, si peccauerit, Domino promptus obediat; tranquilla enim simplicis alacritate spiritus timor, & tremor, opinione officij excitat, non ægritudine animi præpedit. *Seruos Dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.* Non obedientia simplici, sed virtute multiplici frugi seruus est. *Ideo non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes, sicut Domino, & non hominibus.* Sic igitur Domino seruiat, ac si Deo seruiret, non sermone ficto, non vultu simulato, sed animo aperto, & syncero, Deo internis placet, Domino externis, si hæc dissentiunt; Seruus Deo displicet, ergo improbus est, nec bene suas partes implere potest, si cum corpore animus, cum mendacio veritas pugnat, Si æger animo est, blandus aspectu, Concordia essentiæ humanæ, magnoq; animi imperio, bene agat necesse est.

Ser. 177.

De Ciuit. Dei lib. 19. ca. 15.

2. ad Tit.

Ad Eph. 6.

Malus, & ne quam est homo, qui nihili imperium heri
Sui seruus facit, nihili est autem, suum
Qui, officium facere immemor est, nisi admonitus.
Nam qui liberos esse illico se arbitrantur,
Ex conspectu heri, si sui se abdiderunt,
Luxuriantur, lustrantur, comedunt, quod
Habent, ij, nomen diu seruitutis ferunt:
Nec boni ingenij quicquam in his in est: nisi vt im-
Probis se artibus teneant: cum his mihi nec locus, nec sermo
Conuenit, neque is vnquam nobilis fui.
Ego vt, mihi imperatum est, & si abest, hic adesse herum

Plautus in Pseudolo. Act. 4.

Ar-

Arbitror: nunc ego illum metuo, cum hic non adest:
Ne cum adsit, metuam, ei rei operam dabo.

Igitur eodem fine, & amore, seruus animo, & corpore est, ac si seruiret Deo, & non homini: cum illi famulatus, huic summa spiritus gratia debeatur.

Pers. sat. 5.

Libertate opus est, non hac, qua, vt quisque Velina
Publius emeruit, scabrosum tesserula far
Possidet; heu steriles veri, quibus vna Quiritem
Vertigo facit, hic Dama est, non cressis Agaso
Vappa, & lippus, & in tenui farragine mendax.

Si cõmunia prȩmia meditaris, interest inter dignitatem hominũ nõ inter homines. *Scientes, quod vnusquisq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet a Deo, siue seruus, siue liber.* Si seruus cõditione inæqualis est libero homini, superior potest esse felicitate. *Seruo sensato liberi seruient.* Nõ enim seruus est naturæ, sed fortunæ miseria, vnusquisq; pro altitudine spiritus, priuilegio libertatis, spiritualiter fruitur. D. Augustinus. Proinde bonus etiã si seruiat, liber est, malus autem, etiam si regnet, seruus est, nec vnius hominis, sed quod est grauius, tot dominorum, quot vitiorum. Quamuis culpa libertatẽ amiseris, si maculȩ pœnituit, si seruus bene agis, tibi Christi hæreditas proposita est, quã angustijs libertatis humanæ exclusus, liber spiritu, & beatus adis. *Scientes, quod a Domino accipietis retributionẽ hæreditatis, Domino Christo seruite.* Nihil excipit summũ ius. *Serui obedite per omnia dominis carnalibus.* Omni virtute obediẽdũ omnibus. *Serui subditi estote in omni timore Dominis, non tantũ bonis, & modestis, sed etiam discolis.* Bono enim, & improbo parẽdum est propter ius, quod nec vitium imminuit, nec virtus accrescit, nisi pietas Domini moderatrix summi iuris sit, iure belli res priuata Domini seruus est, quo suæ vtilitatis causa non serui, acerbe heros vtitur; ergo ad laborandum, & vigilandum propter rem familiæ, omnia necessaria, & vtilia, præcipienti Domino pareat.

Ad Eph. 5.
In Eccl. 10.
De Ciuit. dei lib. 4. ca. 3.
Ad Colos. 3.
1. Petr. 2.

namque hominem seruum, suos
Domitos habere oportet oculos, & manus,
Orationemq;

Plaut. in Mil. Glor.

Nihil adeo difficile sit, quod virtute non superet, nullam enim conditionem durissimæ seruitutis propter quietem corporis recusabit. *Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste.* Qui enim æquo animo iniusta non perfert, ignorat præmia, quæ boni, seu iusta faciendo, seu iniusta sustinendo meruerunt. *Quæ enim est gloria, si peccantes, & colaphi-*

1. Petr. 2.

phizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. Sceleratus enim pudoris ignominia, & legis ſupplicio conuincitur, non ſe ipſum peſſimum noſcere, non pœnæ patientia conſcientię furijs reſiſtere, facinoroſi eſt, ſed ad triſtiſsimæ vocis maledictum minime animo frangi, virtutis præmia humana benefactis debita, non repudiaſſe ſolum, ſed etiam viribus gratiæ Dei extrema hominum mala eſſe perpeſſum, conſtantiſsimæ mentis eſt.

Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donant Perſ. Sat. 5.
An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam
Cui licet, vt voluit? licet, vt volo viuere non ſum.
Liberior Bruto? mendoſe colligis, inquit
Stoichus hic, aurem mordaci lotus aceto.

Beatitudo humana periculis virtutis, telisq; aduerſæ fortunæ perficitur. *Etſi quid patimini propter iuſtitiam Beati, timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini.* 1. Pet. c. 3. Illa enim robora ſunt animi Chriſtiani. *Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, quod ſupramodum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2. Ad Cor. 4. Omnium, ſed miſerrimorum conſolatio præcipua, uel potius gloria. *Quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Act. 5. Seruorum eximię virtutes. *Euge ſerue bone, & fidelis.* Matt. 25. Nam, vt Reſpublica ſic familia, fidei, & virtuti committitur. *Sicut enim homo peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.* Mat. 25. Ordines domeſtici, & officia. *Dedit ſeruis ſuis poteſtatem, cuiuſq; operis, & ianitori præcepit, vt vigilet.* Matt. 25. Vitia. *Serue male, & piger.* Malitia, & inertia.

Dominos benigne agere cum ſeruis. Liceat his ad peculium aſpirare. Seruos eſſe pie, prudenterq; conſeruandos.

CAP. X.

NVnc vero ad Dominos ſe flectit oratio. *Vos Domini eadem facite illis remittentes minas.* Ad Ephe. 6. Suadet ſic Dominos, cum ſeruis agere, vt illis, tenentur ſerui obſecundare, ſeruis vt carnalibus, & ſpiritualibus imperare, carnales enim ſunt laboris opera, ſpirituales pietatis merito, pio non ſuperbe pœna irrogatur, nec ſedulo, niſi tolerabile onus imponitur, vt ſeruum etiam Chriſti ſui Dominus participem faciat, vt ipſe Chriſti particeps ſit.

Con-

Iob. 31. *Si contempſi ſubire iudiciũ cum ſeruo meo & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me, quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæſierit, quid reſpondebo illi?* Valde enim beneficio in ſeruum collato Chriſtus obligatur, fit enim Dei cauſa non ſerui, & magnopere propter tenuitatem ſeruus indiget Deo, apud quem ſi liber eſt, cum bonus eſt non poteſt, ſi de ſeruo promeretur Dominus non bene agere. Seneca. Ne illud quidem videtis quã omnem inuidiam maiores noſtri Dominis, omnẽ contumeliam ſeruis detraxerint? Dominum patrem familię appellauerũt, ſeruos (quod etiam in minis adhuc durat) familiares, inſtituerunt diem feſtum, quo non ſolum cum ſeruis Domini veſcerentur, ſed, quo vbiq; honores illis in domo gerere, ius dicere permiſerunt, & domum puſillam Rempub. eſſe iudicauerunt. Quem enim benigne ſeruum Dominus habiturus eſt, liberum pro Deo exiſtimare decet. Macrob. in Saturnal. Vis tu cogitare, eos, quos, ius tuum vocas, iiſdem ſeminibus ortos, eodem frui Cælo, æque viuere, æque mori? Serui ſunt, immo homines. Serui ſunt, immo conſerui. Si cogitaueris, tantumdem in vtroſq; licere fortunę, tam tu illum videre liberum potes, quam ille te ſeruum. Non illudat importune ſeruo, non in illum nimius, remittat minas, ad peculium permittat aſpirare, quod non ſolum a Domini fortunis ſeparatum ſolito iure parſimonia, & induſtria parare poſſit, ſed euangelice liberalitate Domini, qui operas nocturnas, diurnaſue pro arbitrio condonauit. *Seruus Senſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.* Quia niſi volũtate hominis factus ſit liber, qui talis eſt aſſidua, veterrimaq; virtute, ſupremus Dominus pro benignisſimo iudicio libertatis iraſcitur. *Scientes quia & illorum, & veſter Dominus eſt in Cælis.* Si enim communis Dominus ambobus eſt, non poteſt non ratio amborum ad Dominum eſſe communis, ratio vero inferior ſerui eſt, ſuperior Domini, præclarisſimum enim imperare, igitur, qui dignitate magis, ſpiritu quoque ad Deum magis accedat. Macrob. in Saturnal. Vnde putas arrogantisſimum illud manaſſe prouerbium, quod iactatur, totidem nobis hoſtes eſſe, quot ſeruos? Nõ habemus illos hoſtes ſed facimus, cum in illos ſuperbiſſimi, contumelioſisſimi, crudelisſimi ſumus, & ad rabiem nos cogunt peruenire delitiæ, vt quicquid non ex voluntate reſpondit, iram, furoremque euocet, Domini enim animos nobis induimus tyrrannorum, eo non quantum decet, ſed quantũlibet exercere volumus in ſeruos. Serui enim arbiter Dominus

Seneca epiſt. 47.

Lib. 1. ca. 11.

Ad Eph. 6.

In Eccl. 7.

Lib. 1. ca. 11.

eſt,

eſt, liber igitur ad beatius agendū eſt. Nō ſpiritus corpore grauis opprimitur, nō ad appetenda diuina terrenis eleuatur, ipſius igitur tota cura commodi, penes quem facultas eſt cum ſcientia coniuncta, hæc enim ſupremum Dominum pro humanæ grauitatis, & moderationis doctrina contemplatur. *Domini quod iuſtum eſt, & æquum ſeruis præſtate*. Iuſtum iuris, & æquum boni, qui igitur facturus æquum, & iuſtum, bonus, & iuſtus Dominus futurus eſt, iuſtus pro familia, pro ſeruo bonus. *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, quaſi fratrem, ſic eum tracta, quoniam in ſanguine animæ comparaſti illum*. Seruum Dei cauſa, familiam ſeruo conſeruat, aliter. *Qui enim iniuriam facit, recipiet id, quod iniquè geſſit*. Quę cum de ſingulis partibus, nunc de vniuerſa ratione familiæ regendæ dicendum eſt.

Ad Col. 4.

In Eccl. 33.

Ad Col. 3.

Eſſe imperium priuatū. Finis bonum familiæ. Imaginem eſſe Reipublicæ. Mulieres vmbræ natas eſſe.

CAP. XI.

VBI plures diſtincti ſunt, ſuperior ratio cæteris inferioris ordinis præſidet; eſt igitur poteſtas, quæ in ſuperiori mente ſeſſitauit, præcipue vbi multiplex imperij ratio eſt, quam niſi in vno propter angustias rei priuatæ ſtatuta iurisdictio condit, quæ facta eſt diſtinctio conſeruationis cauſa, abſq; capite repente confunditur; minimè familia in gradus, officiaq; diſtracta natura coiret, niſi virtute alicuius extitiſſet. Is igitur Princeps familiæ, cuius cauſa omnia. Chriſtus hoſpitem honoris cauſa nominauit. *Dicetis patri familias Domus*. Cum enim propter ſuos talis ſit, quos debet iure coercere, non poteſt non tueri ratione. Diuus Auguſtinus. Si quis autem in domo per inobedientiam domeſticæ paci aduerſatur, corripitur, ſeu verbo, ſeu verbere, ſeu quolibet alio genere pœnę iuſto, atq; licito, quantum ſocietas humana concedit, pro eius, qui corripitur vtilitate, vt paci, vnde diſſiluerat, coaptetur. Et nonne iure patriæ poteſtatis Noe contumelioſiſſimum chamum obſcęnitatis impurę damnatum exilio multauit? Præterea eſt munerum diſtinctio, & varietas iuris, quia aliud in vxorem, aliud in liberos, aliud in ſeruos

Luc. 22.

De Ciu. Dei lib. 19. c. 16.

uos ius, est igitur vniuersa ad gubernandam familiam ratio ordine dispositis constans, igitur cum potestas priuata familiæ Principem peperisset, necesse est principatum boni domestici fine, & doctrina rei priuatæ stabiliri. *Si quis autem suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior*. Si quis paterfamilias fidetenus Christianus, non diligit suos, fidem negauit, quia lex de hominum amore euidentissimè loquitur. *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*. Cum enim amor proximi non solum in fide vniuscuiusq; sed in proximi bono consistat, qui amat non potest non rei amatæ benefaciendo seruire. Fidem igitur, quæ non solum in amore, natura, inchoato, sed ad finem commodo perducto versatur, ille abnuit, qui minime fidem amoris, bono, & opera ipsa compleuit, infideli deterior est, quia infideles primas voces audiunt, quas ab ipso naturæ motu hauserunt, hic non modo a fide, sed a sensu naturæ potissimo abhorruit. Infideli igitur deterior est, qui tota mente errans, naturę, gratięq; præcipua semina perdidit. Nihil mirum, si ob eam causam, plerunq;. *Inimici hominis Domestici eius*. Primum enim natura parentes amare, fratres, necessarios, familiares, deinde ciues, & eiusdem nationis homines, deniq; vno nomine proximos, humano genere conciliatos appetiuit. Habenda igitur a Patrefamilias cura omnium, vt licet, sed præcipue eorum, qui magis cum ipso, cognatione, officioq; iunguntur. Hi enim, qui sunt coniunctiores alijs, emolumento familiæ seruiunt, & sese, vt partes totius causa congregarunt; ipse pater, familiã reipsa, & nomine refert, nã Princeps est, familiaribus consulat, suorum curam habeat, vniuersali solicitudine, quę ad salutem vbertatem, & virtutem spectat, omnibus prouideat, quibus religiose familia, & prospere sustentatur. Hæc Reip. imago domestica magistra est ciuilis intelligentiæ, tenuis opibus, sed ad præcepta tradenda, experiendosq; homines palestra certissima. *Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Qui minime liberos pro charitate educauit, nec suis pro arctissimo vinculo prospexit, Christianum populum religione, legibus, fortunisq; constituet? *Qui filijs suis bene præsint, & suis domibus*. Diuus Basilius. Conuenit eum assumi ad aliorum præfecturam, qui quę sibi sunt intima, probe nouit, ac decenti ordine moderari. In hunc alioqui, rem domesticam si confusaneam reliquerit, nec eam scierit digerere in ordinem, iure a subditis regeretur ille sermo. *Medice cura teipsum*. An

1. ad Timot. 5.

Matt. 22.

Matt. 10.

1. Ad Timot. 3.

In Hom. 10.

Luc. 4.

plus

plus Rempublicam multis diſperſam, quam familiam ſuis ſubiectam oculis in manibus habiturus eſt? *Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt, & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt.* Qui fidelis in priuatis, fidelis in publicis, quia cum fides iuſtitiæ ſit, qui ſtat priuatis, publicis quoque ſtet conuentis, neceſſe eſt, qui ſua curat propter ordinem iuſtitiæ, omnibus proſpicientem; nonne multo plus communia, propter grauiorem huiuſmodi iuſtitiæ rationem? *Si in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?* Cura proprij, & alieni mutuo ad iuſtitiam neceſſaria, quia ſingulare ſine vniuerſali nullo pacto eſt, nec vniuerſale ſine ſingularibus, igitur integræ naturæ virtute, qui aliena, etiam ſua quoq; procurat. Quare ſi, qui ſua conſumpſit, publica deuorat, is hominum experientiſſimus futurus eſt, qui cum propriam rem ſuſtinet, tueatur publicam neceſſe eſt; cum enim omnis ſumma ratio boni communis ſit, qui priuatum bonum ineptè tractauit, commune peſſundedit. Ideo apud Græcos lege cautum, vt qui patrimonium prodegiſſet, non patrio, ſed externo ſepulcro humaretur. Et merito, vt Salluſtius de Catilina. His amicis, ſocijſq; confiſus Catilina; ſimul quod æs alienum per omnes terras ingens erat, & quod plerique Syllani milites largius ſuæ vſi, rapinarum, & victoriæ veteris memores, ciuile bellum exoptabant; opprimendæ Reip. Cõſiliũ cæpit, & ad Cæſarẽ. Ergo animus ferox praua via ingreſſus, vbi conſueta nõ ſuppetũt, fertur accenſus in ſocios modo, modo in ciues, mouet compoſita, & res nouas veteribus acquirit. Quare Senatus Conſulto Solonis factum, quod nos in vſu patre viuente, filio, qui ſub patris iure eſt, credi pecuniam non licere, & qui eredidiſſet, petitionem non habere: ne filius familias ære nexus alieno, vt credito ſatisfaceret, aut impius in patrem eſſet, aut in ciues improbus. In Thucidide Nicias de Alcibiade. Cum enim auctoritate inter ſuos ciues emineret, maiora appetebat, quam ferre poſſent eius facultates, cum in alendis equis, tum in alijs ſumptibus faciendis. Quod etiam poſtea Remp. Athenienſiũ potiſſimũ euertit; multi enim metuẽtes eum propter corporis cultus, victuſq; lautitiam, qua prẽter morum, & prẽter patrium inſtitutum vtebatur, metuẽtes etiam animi magnitudinem in ſingulis rebus, quaſcunq; gerendas ſuſcepiſſet, ab eo, vt Tyrrannidem affectante, prorſus alienati ſunt. Quare ſapiens legislator. *Si genuerit homo filium contumacem, & proterum, qui non audiat patris, aut matris imperium, & coercitus*

Luc. 16.

Luc. 16.

Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 16.

In proœm. Catilinario.

In 1. orat. de Rep. ordi.

Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 7.

Lib 6. Hiſtor.

Deuteron. 21.

obedire contempſerit, apprehendent eum, & ducent ad ſeniores Ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos, filius noſter iſte proteruus, & contumax eſt. Monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ, atq, conuiuijs; lapidibus cum obruet populus Ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. Ab eodem enim naturæ fonte exercitatiſſima in priuatis, boni in publicis conſultiſſima, duce charitate prudentia erupit. Vt Gabini in ſuperbum. Vetant mirari, ſi qualis in Ciues, qualis in ſocios, talis ad vltimum in liberos eſſet, in ſe ipſum poſtremo ſæuiturum, ſi alia deſint. Diuus Auguſtinus. Quia igitur hominis domus, initium, ſiue particula debet eſſe Ciuitatis, omne autem initium ad aliquem ſui generis finē, & omnis pars ad vniuerſi, cuius pars eſt, integritatem refertur; ſatis appareat eſſe conſequens, vt ad pacem ciuicam pax domeſtica referatur, ideſt, vt ordinata imperandi, obediendiq; concordia cohabitantium, referatur ad ordinatam imperandi, obediendiq; concordiam ciuium. Ita fit, vt ex lege ciuitatis præcepta ſumere, patrem familias oporteat, quibus domum ſuam ſic regat, vt ſit paci accomodata Ciuitatis. Tacitus de Agricola. A ſe. ſuiſque orſus primum domum ſuam coercuit, quod pleriſq; haud minus arduum eſt, quam prouinciam regere. Philo in Ioſepho. Oportebat enim futurum adminiſtratorem Reip. præexerceri in rebus œconomicis, nam, & domus eſt, quædam parua ciuitas, & œconomica compendiaria Reſpub. Sicut etiam ciuitas magna Domus eſt, & Politia Communis, quædam œconomia, vnde facile diſcimus eundem eſſe aptum, & diſpenſationi domeſticę, & adminiſtrationi publicę, quamuis hæ multitudine, magnitudineq; differant. Hæc cauſa eſt, quare bonus paterfamilias, bonus Princeps futurus ſit.

Tit. Liu. li. 1.

De Ciuit. Dei lib. 16 c. 16.

Terent. in Heautontimi Act 3. Scen. 1.

Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium
Aliena, vt melius videant, & iudicent
Quam ſua? an eo fit, quia noſtra in re, aut gaudio
Sumus præpediti animo, aut ægritudine?
Hic mihi nunc quanto nunc plus ſapit, quam egomet mihi?

Igitur, qui ad ſua videnda habili animo eſt, multo magis ad intelligendā, ſumendamq; Remp. ſed nunquam ſpera, vt qui male ſuæ rei prouiderit, diligens in Rep. ſit. Baſilius Imperator ad Leonem filium. In conſilium autem eos adhibe, qui rebus ſuis bene conſuluerunt, & eas bene adminiſtrarunt, nō eos, qui per inopiam conſilij res ſuas male gubernarunt, qui enim ſuis rebus ma-

C. 18.

le

le prospexerit, nunquam bene prouidebit alienis. Mulieres natura molles, & vmbræ natę, vt viri solem belli, strepitum fori, & magistratuum pericula paterentur, solicitudine quadam naturali, vt illi Reip., hæ domesticæ inhærent. Cicero in œconomicis itaq; viro calores, & frigora perpetienda, tum etiam itinera, & labores pacis, ac belli, ideſt rusticationis, & militarium stipendiorum, distribuit mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eã fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit, & quoniam hunc sexum custodiæ, & diligentiæ natura assignauerat, idcirco timidiorem reddidit, quam virilem, nam metus plurimum, confert ad diligentiam custodiendi. Sed vt Stobæus ex Hierocle; nam, & mulierem aliquando decebit, vt rus egressa operarijs præsit, & patrisfamilias vicem gerat, & contra viro rerum domesticarum habere curam laudabitur, partim sciscitando, partim ea, quæ fiunt inspiciendo. Vt secura sit res familiaris diligentia vxoris, & prudentia viri. In Pr. ex Xenephonte. Sermone 173.

Multis res angusta domi est: sed nulla pudorem Iuue. lib. 2. Sat. 6.
Paupertatis habet, nec se metitur ad illum
Quæ dedit hæc, posuitq; modum, tamen vtile quid sit
Prospiciunt aliquando viri: frigusque, famemque
Formica tandem quidam expauere magistra.

Prudentia virilis animi est, fęminæ diligentia, congratulatione affectatæ laudis, vel minimis rebus procurata. *Aut quæ mulier habens Drachmas decem, si perdiderit Drachmã vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligẽter, donec inueniat, & cũ inuenerit, conuocat amicas, & vicinas dicens, congratulamini mihi, quia inueni Drachmam, quam perdideram?* Ex quo cum interpellato Christo de sorore Martha non leuiter quereretur. *Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet.* Ansa diuinæ sententiæ. *Respondens dixit illi Dominus Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Animi enim perturbatio minime aliqua culpa vacat, nam quies rationis est, quæ si cupiditatis metu nimio turbatur, progredi recte non potest. Res domestica necessaria est, virtute constat, diligentiam, laboremq; requirit, ideo de optima fęmina. *Facta est, quasi nauis institoris de longe portans panem suum.* Sed non ideo Maria, quę se ad optima applicuit, ab illis distrahenda, potius testimonio diuinę gratiæ ipsam felici in statu confirmantis a Deo ipso laudanda. Martha ministrabat, cuius erat Luc. 15. Luc. 10. Lib. Prou. 13.

diligen-

Ioan. 12. diligentia. *Marta ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi.* Mariæ quies. *Maria autem domi sedebat.* Ergo illa in motu sancte agendo hęc in quiete beate contemplando versetur.

De Instrumentis, & Agricultura, Patris familias munera, & ars. Fame, & saluti consulendum.

CAP. XII.

2. Ad Timot. 2. PRimum de instrumentis, quorum alia vilia, nobiliora alia. *In magna autem domo non solum vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia.* Quædam honoris potius, quam vsus, quędam contra. *Quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliā.*

Matt. 13. Splendidissimus Paterfamilias. *Profert de Thesauro suo noua, & vetera.* Res rustica, natura vitis, qua nihil lætius fructu, pulchrius aspectu describitur. *Homo quidam erat pater familias, qui plantauit vineam.* Primum præceptum ad culturam pertinet. *Sæpem circundedit ei.* Secundum ad custodiam. *Fodit in ea torcular, & ædificauit turrim.* Tertium ad fructus, & iucunditatem. *Locauit eam Agricolis.* Quartum ad vtilitatem. Ratio terræ habenda est, semper enim quod accipit, cum fœnore reddit, alias minore,

Luc. 13. alias plerumq; maiore. *Dixit autem ad cultorem vineæ, ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio, succide ergo illam, vt quid etiam terrā occupat?* Terra fossione fit, & stercorandi vtilitate fecundior. *At ille respondens dicit illi Domine dimitte illam, & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, & si quidem fecerit fructum, sin autem in futurum succides eam.* Segetes, prata, Vineas, arbusta, quæ vi terræ augescunt, præcipue ad Quadripartiti anni rationes. venti, tempestatesq;

Ad Hæbr. 6. moderantur. *Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo.* Solum adeo macrum, & exile, aut tam asperum saxetum, vt Agricolarum cultu elaborari non possit, deserendum est. *Proferens autem spinas, ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.* Cultus ager fructus vberes affert. *Laborantem Agricolam oportet primum de fru-*

2. Ad Timot. 2. *ctibus percipere.* Propter naturam varietas necessaria. *Nunquid*

potest

poteſt fratres mei ficus uuas facere, aut vitis ficus? Viriditas nixa fibrium ſtirpis adoleſcit, ſpicæq; frugem fundit. *Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica, & cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.* Poſt ſatus, ortus, incrementa, reliqua eſt meſsis. *Leuate oculos veſtros, & videte regiones quia albæ iam ſunt ad meſſem.* Spes, Agricolas orbe quodam ruſticarum rerum haud dubie alit. *Ecce Agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & ſerotinum.* Ideo copia naturalis tranquillitate animi beata eſt.

Iac. 3. Mar. 4. Ioan. 4. Iaco. 5.

O fortunatos nimium ſua, ſi bona norint
Agricolas: quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.

Virg. lib. 2. Georg.

Priuatu Colonorum bono Reſpub. belli, domiq; florentiſſima. Cicero pro Sex. Roſcio Amerino. Næ tu Erici accuſator eſſes ridiculus, ſi illis temporibus natus eſſes, cum ab aratro arceſſebãtur, qui conſules fierent. Etenim, qui præeſſe agro colendo flagitium putes, profecto illum Attilium, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſi erant conuenerunt, hominem turpiſſimum atq; inhoneſtiſſimum iudicares. At, hercule, maiores noſtri longe aliter, & de illo, & de cęteris talibus viris exiſtimabant. Itaq; ex minima, tenuiſſimaque republ. maximam, & florentiſſimam nobis reliquerunt. Suos enim agros ſtudioſe colebant, non alienos cupide appetebant, quibus rebus, & agris, & urbibus, & rationibus, rempub., atque hoc imperium, & populi Romani nomen auxerunt. Nam, ut Cato affirmat. At ex Agricolis, & uiri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur, maximeque pius quęſtus, ſtabiliſſimuſque conſequitur, minimeque inuidioſus, minimeq; male cogitantes ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt. Ex quo liquet morum uirtute, fortitudiniſque exercitatione imperia parari. Paterfamilias mercede conducit. *Qui exit primo mane, conducere operarios in vineam ſuam.* Paciſcitur. *Conuentione autem facta, cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.* Commodiſſime inuitat, augetque numerum. *Quid hic ſtatis tota die otioſi?* Promiſſa facit. *Tolle quod tuum eſt, & vade.* Non contentus iuſtitia in eos, qui ſe ſua ſponte, ad omnem laboris caſum paratos eſſe dixerunt, liberalis, & largus. Paranda neceſſaria. *Euntes parate nobis paſcha, vt manducemus.* Pecuniæ quotidianæ penes aliquem cuſtodia, & ratio. *Loculos habebat iudas.* Caue. *Inimici hominis domeſtici eius.* Quia vitia ipſis, aut noxia,

De Ruſtica lib. 1. c. 1. Matt. 20. Ioan. 13. Matt. 10.

Fortunas própter familiam comparandas, & virile veſtimentum. Non inhiandum diuitijs, Pauperes vt ad Regnum Dei, ſic ad Rempublicam eſſe meliores. Verbum igitur Dei, propter modum rei familiaris neceſſarium. De Prouidentia ordine. Quæ dominio propria ſunt, vſu communia eſſe debere.

CAP. XIII.

REſtat de modo copias quærēdi diſputare. Ars, enim quę generatim rē familię gubernat, non poteſt non aliqua ſui parte vitæ quotidianę neceſſarijs prouidere. Pater autem, quos imperio regit, fortunis patrimonij ſuſtentat. Quis igitur vſus? Quis finis?

Virtus quærenda ſinem rei ſcire, modumq;

De victu, & ueſtitu. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti ſumus.* Alimentum enim alit, multiplex itaq; eſto non enim homo vno alitur, plura igiturneceſſaria ſunt. 1. Ad Timot. 6.

Tum variæ venere artes, labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas. Virg. lib. 1. Georgicon.

Habenda itaq; omnia, quibus nutrimur. Cum enim natura prouidens fuerit, illam conſectari, & mirari debemus, tegere ſe ſe homines honeſta, & pura veſte, non ſtragula, non aurea decet, acriter Deus illum hominem notat. *Mollibus veſtimentis indutum* Turpem & minime virilem. *Ecce qui in veſte pretioſa ſunt, & delicijs, in Romibus regum ſunt.* Improprie cum vita Regum continens, & moderata, ſectatores tyrannorum delicati, & molles. Enim vero fere ſemper accidit, vt diuites fortunis abutantur. Luc. 7.

Cur in penates varius tenues ſubit
Hæc delicatas eligens peſtis domos?
Cur ſancta paruis habitat in tectis Venus,
Medium que ſanos vulgus affectus tenet,
Et ſe coercent media? contra diuites, Senec. in Hyppolit.

Regnoque fulti, plura quam fas eſt, petunt?
Quod non poteſt vult poſſe, qui nimium poteſt.

Nec noſtri ſolum ſęculi eſt continentes viros rudes exiſtimare, & ſcientiam regiæ magnitudinis exquiſitisſima mollitie cenſere. Aemilius Probus de Ageſilao. Huius de Aduentu fama cum ad Regios eſſet perlata, celeriter munera eo, cuiuſque generis ſunt allata. His quærentibus Ageſilaum, vix fides facta eſt, vnum eſſe ex his qui tum adcubabant. Qui cum Regis verbis, quæ attulerant, dediſſent: ille pręter vitulina, & huiuſmodi genera obſonij, quæ præſens tempus deſiderabat, nihil accepit, vnguenta, coronas, ſecundamque menſam, ſeruis diſpertijt, cætera referri iuſſit. Quo facto eum Barbari magis etiam contempſerunt, quod eum ignorantia bonarum rerum, illa potiſſimum ſumpſiſſe arbitrabãtur. Cæteræ libidines, opinionum, & vitiorum regibus, hoc eſt bonis principibus odio eſſe debebunt. Vt M. Rigordus de Philippo Auguſto Francorum rege. Cum in cũrijs regum, ſeu aliorum Principum frequens turba hiſtrionum conuenire ſoleat, vt ab eis aurum, argentum, equos, ſeu veſtes, quas perſępe mutare conſueuerunt Principes, ab eis extorqueant, verba ioculatoria varijs adulationibus proferre nituntur, & vt magis placeant, quicquid de ipſis Principibus probabiliter fingi poteſt, videlicet omnes delicias, & lepores, & riſu dignas vrbanitates, & cæteras ineptias, trucinantibus buccis, in medium eructare non erubeſcunt. Vidimus quondam quoſdam Principes, qui veſtes diu excogitatas, & varijs florum picturationibus artificioſisſime elaboratas, pro quibus forſan viginti, vel triginta marchas argenti conſumpſerant vix reuolutis ſeptem diebus, hiſtrionibus, miniſtris ſcilicet diaboli, ad primam vocem dediſſe. Proh pudor. Certe de pretio illarum veſtium, viginti, vel triginta pauperes per totum annum victui neceſſaria percipere potuiſſent. Sed Chriſtianiſſimus Rex Philippus Auguſtus videns omnia iſta eſſe vana, & ſaluti animę contraria, inſtinctu Spiritus Sancti reducens ad memoriam, quod a Sanctis, & religioſis viris quandoque didicerat: quod hiſtrionibus dare, dęmonibus eſt immolare: mente promptisſima Domino Deo promiſit, quod omnes veſtes ſuas quamdiu viueret, intuitu Dei pauperibus erogaret: quoniam eleemoſina ab omni peccato liberat, & magnam fiduciam præſtat coram Deo omnibus facientibus. *Nudus*, dicit Dominus, *& cooperuiſtis me*. Melius eſt enim nudũ Chriſtũ veſtire quam adulatoribus veſtes dando, peccatum incurrere.

Ad Sex. an. eiuſd. regni.

Matt. 25.

Si iſta

Si iſta quotidie Principes conſiderarent, non tot peccatores per mundum diſcurrerent. Videant ergo minores Principes Regem miſericordem,& pium, & opera ipſius contemplantes, diſcant ab eo pietatem, & miſericordiam: quoniam pro certo ſciant, quod iudicium fiet ſine miſericordia, qui non fecit miſericordiam. Sed hic ſtultitiæ imago. *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura,& byſſo.* Ex quo ſtoliditas, & ſuperbia. *Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.* Quid pulcrius ſimplici naturæ ſpecie? quid venuſtius illa? *Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.* Quid inſanius, quam exquiſitiſſimæ artis vaniſſimo,& ſcurrili ingenio patrimonia obligurire? *Væ væ Ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioſo,& margaritis.* Singularis Romanorum laus in Machabæis. *In omnibus iſtis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea.* Scilicet illis purpura erat inſigne Reip., non priuatæ luxuriæ proludium.

Luc. 16. Matt. 23. Matt. 6. Apoc. 18. 1. Machab 8.

Præcipue ſemper famo os deſpice cultus,
Iudiciumq; tuis eripe luminibus.

Oriētius in Commonitorio.

Natura munditia,& ſimplicitate pulcra eſt. Nonnè virili habitu ad illius imaginem, ſi veſtiti modeſtè, non ſuperbe inflati? niſi verſicolor ipſe, niſi cælatus gemmis, minime te ſumptus iſte, varietaſq; ſtulte delectat? Tertullianus. Quis enim eſt veſtium honor iuſtus, de adulterio colorum iniuſtorum? Non placet Deo, quod non ipſe produxit, niſi ſi non potuit purpureas,& earinas oues naſci iubere. Si potuit ergo iam noluit: quod Deus noluit vtiq; non licet fingi. Non ergo natura optima ſunt iſta, quæ adeo non ſunt autore naturæ, ſic a Diabolo eſſe intelliguntur interpolatore naturæ. Boethius. Ita ne autem nullum eſt proprium vobis, atq; inſitum bonum, vt in externis, ac ſepoſitis rebus bona veſtra quæratis? Sic rerum verſa conditio eſt, vt diuinum merito rationis animal, non aliter ſibi ſplendere, niſi inanimatæ ſuppellectilis poſſeſſione videatur?, & alia quidem ſuis rebus contenta ſunt; vos autem Deo mente conſimiles; a rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis, nec intelligitis quantam, conditori veſtro faciatis iniuriam. Ille genus humanum terrenis omnibus præſtare voluit; vos dignitatem veſtram infra quæque infima detruditis. Cedrenus. Cum autem Natalitium equeſtre, certamen in honorem noui Imp. Tiberij III. ageretur, parteſq; geſtarent ſtolas imbricatas, ſucco narium purpu-

De habitu mulierum c. 8. Lib. 2. de conſol. Proſ. 5. Pag. 312.

re infectas, Clamydesq; Imp. asimiles, prohibuit earum vsum, & deffinijtq;, vt Oras tantummodo duorum digitorum latitudine ornatus causa gestarent. Quintilianus. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? noudum prima verba exprimit, & iam Coccum intelligit, iam Conchylium poscit. Igitur contenti, & tranquilli, qui pro amore simplicis animi, pro modestia corporis naturalii tecti, omnibus ad vitam necessarijs vtuntur. Salustius. Munditas mulieribus, viris laborem conuenire. *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Si mediocritatem aspernaris & immensa desideras, te ipsum innumeris malis depressum oneraſti. *Nam, qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nocina, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Quid perniciosius illo errore, qui hominum est penitus diuitijs seruientium?

Quisquis habet nummos secura nauiget aura,
Fortunamque suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipsumque licebit
Acrisium iubeat credere, quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet omnes,
Et peragat causſas, fitque Catone prior.
Iuris consultus PARET, NON PARET, habeto
Atque esto quicquid Seruius, & Labeo.
Multa loquor, quid vis nummis præsentibus opta,
Et veniet: clausum possidet arca Iouem.

Petronius Arbiter in Satyricon.

Propria enim impensa seruiles labores, & opprobrium animi coemisti.

Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes.

Proper. lib. 3. eleg. 6.

Vt impius ille diues, de quo in Parabola. *Mortuus est autem, & diues, & sepultus est in inferno.* Qui mendicisſimum Lazarum ad limina iacentem, & ægrotantem, cum nec cõemptisſimis escis, miciſq; fouisſet, quamuis mæstisſimus, & infelicisſimus esſet, magis patris sententia desperatus, quam cruciatus flamma, grauisſimè afflictari cæpit. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* Non docet, sed vellicat Pater minimè illũ Doctrina meliorem, boniſq; futurum, bona enim receperat, quæ mala instrumẽta mortis, nequisſima fecerat. *Ne timueris cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit non sumet omnia, neq; descendet cum eo gloria eius.* Mala Lazarus passus erat, quæ animo æquo ferendo ad salutem bona.

Lib. 1. ca. 2.

1. ad Timoth. 6.

1. ad Timot. 6.

Pſal. 49.

Multò

Multi quidem diuites ſunt mali, boni autem ſunt pauperes: Theognis in ſententijs.
Sed nos cum illis non commutabimus.
Virtutem diuitijs: quoniam illud ſtabile eſt ſemper;
Opes vero, hominum alias, alius habet.

Si igitur pecunioſus pie liberalis, bona recepit, quæ ſemper bona futura ſunt, igitur, qui nec tenuiſſima in Lazarum contulit, nec minimo ſpiritu reſpiraturus, de quo rectiſſimè. *Auarus, quod eſt Idolorum ſeruitus.* Alieniſſimi a Deo, pecunias omnipotentiæ iudicio adorauerunt. Ad Eph. 5.

At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis Propert. lib. 3. eleg. 12.
Aurum omnes, victa iam pietate, colunt.
Auro pulſa fides, auro venalia iura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Chriſti ſententia eſt. *Facilius eſt enim, camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum Dei.* Ideo hoc genere refertiſſimi inferi. Mar. 10.

Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura, cadenti Virg. lib. 6. Aeneid.
Imminet aſſimilis

Inter quos impij diuites.

Aut, qui diuitijs ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis: (quæ maxima turba eſt:)

Qui enim diues pro ſeipſo, non pro alijs eſt, nihil tribuit neceſſitati, nihil pietati concedit, expenſa fuiſſe ſua, penitus remota ab omni offitio virtutis arbitratur. Impius barbare, non bonus chriſtiane decoxit. Igitur fieri non poteſt, conſequi hunc Regnum Dei; eius enim hæredes liberales, & benigni ſunt. Luc. 18. *Veruntamen væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram; væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.* Diuitijs miſeriam humanam conſolatur, qui nihil niſi egere miſerum putat, cui ergo miſeria hoc ſolum eſt, pecunijs abundare vltimum bonum eſt. Pſal. 61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Pecuniam igitur Deo prætulit, qui Dei religione, & neceſſitatis humanæ moderatione poſthabita, errori ſe, vitioq; tradidit. Salluſtius. Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit. Ea quaſi venenis malis imbuta corpus, animumq; virilem effœminat ſemper infinita, & inſatiabilis eſt, neq; copia, neque inopia minuitur. In Catilina c. 11. Bos ille. *Anima habes multa bona poſita in annos plurimos; requieſce, comede, bibe, epulare.* Sed minime ſera Dei vindicta. *Dixit autem illi Deus. Stulte hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem paraſti cuius erunt? ſic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.* Diuitiæ ergo Dei in liberalitate pia, & ſanctimonia Luc. 12.

ſecure

1. ad Timot. 6. secure fortunas humanas tuentur. Præcepta sequuntur. *Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.* Aliter vmbra corpus, non spiritus regit. *Scriptum est.* Matt. 4. *Quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Mar. 1. Panis itaq; necessarius, & Dei verbum, illo corpus, hoc spiritus nutritur, & crescit, propter panem, itaque corporis, verbum Dei inuenire necesse est, nam corpus animi regula tenetur, ne pars inferior insolens, corpus perfidiosum sit.

Lucre. lib. 5.

Ergo hominum genus incassum, frustraq; laborat
Semper, & in curis consumit inanibus æuum:
Nimirum, quia non cognouit, quæ sit habendi
Finis,

Solo enim pane homo non potest, nisi cum verbo Dei sociato iuste, temperanterq; viuere.

Horat. carm. lib. 4.

Non possidentem multa vocaueris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter vti,
Duramq; callet pauperiem pati,
Peiusq; letho flagitium timet.

Igitur diuina ratio totam vitam spiritualiter arte certa, & fine cupiditati præscripto moderatur. Iac. 1. *Diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit.* Humilitas enim altitudini diuitiarum opposita est. Illæ enim si magnæ, condiendæ sapientia, si nimiæ, summa virtute frangendæ sunt. Prou. 13. *Est quasi pauper cum in multis diuitijs sit.* Nam insana est rei infinitæ cupiditas, itinera pestifera hæc sunt. Matt. 13. *Sollicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur.* Boethius lib. 2. de cõs. prof. 5. Cuius sacietatem si superfluis vrgere velis, aut iniucũdum, quod infuderis fiet, aut noxium. Vt D. Ambrosius. Sæpe, quod auarus Lib. 1. off. c. 49. summa congesserit sollicitudine, præcipiti effusione dilapidat hæres luxuriosus, & diu quæsita, turpis Helluo præsentium cæcus, futuri improuidus, quadam absorbet voragine. Psal. 38. *Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur, thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.* Similis sententia sapientis. Eccles. 2. *Rursus detestatus sum omnem industriam meam qua sub sole studiosissime laborani, habiturus hæredem post me, quem ignoro, vtrum sapiens,*

an.

an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis, quibus desudani, & solicitus fui, & est quidquam tam vanum? Ergo humilitas est modus vitæ, quæ absq; caducis, Dei verbo firma, & secura est. *Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos decidit, & decor vultus eius deperijt, ita & diues in itineribus suis marcescet.* Iac. 1. Sæpissime diuites pessimi, sed aliqui, quamuis rari, boni, & diuites fuerunt, vt de Galeso Virgilius.

iustissimus vnus Aeneid. 7.
Qui fuit, Ausonijsq; olim ditissimus aruis:
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.

De Abrahamo. *Erat autem diues valde, in possessione auri, & argenti.* Gen. 13. De fratre. *Sed, et Lot, qui erat cum Abrahã fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula, nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul.* De sanctissimo, & patientissimo viro. *Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo.* Iob. 1. De fortunis. *Fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia Camelorum, quingenta quoq; iuga boum, & quingenta Asinæ, ac familia multa nimis.* Enim vero opes vanæ sunt, solida humilitas, nam illæ sine fundamentis re ipsa leuissimæ protinus euanuerunt. Stobęus ex Plutarcho. Neque equo sine freno, neque diuitijs sine ratione, & consilio vti tuto possumus. Hominem ergo, seu auaritia sordidissima, seu effusa prodigalitate furentem, nulla alia virtus potuit, nisi humilitas conscia humanitatis, & Dei initiata sapientia reprimere. Aæmilius Probus de Phocione. Fuit enim perpetuo pauper, cum ditissimus esse posset: propter frequentes delatos honores, potestatesque summas, quæ ei a populo dabantur. Hic cum a Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret: legatiq; hortarentur accipere: simulq; admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate, tantam paternam tueri gloriam. Hic, ille, si mei similes erunt: idem hic (inquit) agellus illos alet: qui me ad hanc dignitatem perduxit: sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis, illorum ali, augerique luxuriam. *Amen, amen dico vobis quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Ioan. 6. Considerationeterrenorum vitę spirituali seruire oportere, vt hæc vis cum illa copia prouidens esset in humanis, sapiens in diuinis. *Omnia quæcunq;* Luc. 18.

habes

habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Hæc perfectissima consilij, non præcepti sunt. Si quis tanto animo ido neus, beatus est. Christianus solutus ægritudine, prudentia, si fert res familiaris, parcus, animo liberalissimus, totus pauperum.

Eccles. 5. *Omni homini, cui dedit Deus divitias, atq; substantiam, potestatemq; ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo; hoc est donum Dei.* Quid magis prouidentiæ contrarium, quam illa, quæ moderatè tractata natura delectant exorta repente machina facinoris perdere?

Horat. carmi. lib. 2. *Nullus argento color est auaris*
Abdito terris inimice lamnæ
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat vsu.

Quæ necessitatis sunt, præposterè ruinæ seruient? præcipue cum

Matt. 8. Christus maximo exemplo. *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.* Non enim fraudis, & quæstus turpitudine augenda res, sed integritate, iustitia que, nec vt cogitant humiles auaritia, vt potentes conantur tyrannide, naturale necessitatis ingenium est, contra vitium studio mediocritatis, contra inopiam industriæ vigilijs instructum.

Claud. de rapta Proserpinæ lib. 2. *Haud equidem inuideo (nec enim liuescere fas est*
Vel nocuisse Deos), sed quod dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia mentes,
Prouocet vt segnes animos, rerumq; remotas
Ingeniosa vias paulatim exploret egestas.

Sed multo altius de tua salute considera.

Horatius Lib. 4. car. *Vindex auaræ fraudis, & abstinens*
Ducentis ad se cuncta pecuniæ.

Matt. 6. Prouidentia natus, prouidentia quoque victurus. *Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid mãducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca, & corpus plusquam vestimentum respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neq; metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa, nonne vos magis plures estis illis?* Si Deus creauit animam, & illam circumdedit corpore, nonne corpus induet vestibus? Si Deus fecit substantias, nonne, quæ sunt naturalia illis, & salutaria facturus est? si prospexit animantibus, nonne imagine Dei homini

Eccles. 5. præstanti consulturus? *Neque dicas coram Angelo, non est prouidentia, ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum.* Vt merito eadem vindex sit, quæ salutaris

proui-

prouidentia eſt. Repudianda igitur minime rei dubiæ ſolicitudo inanis, non ſolum quia ſtultiſſimi eſt, ſaltem pro certis neceſſitudinis animo angi, ſed quia impij videri male de Deo, quaſi non ſatis prouidente hominibus exiſtimare; non errore iudicij, ſed infinita peccas cupiditate. D. Ambroſius. Quid enim præcelſius illo viro, qui auro moueri neſciat cõtemptũ habeat pecuniarum, & velut ex arce quadam deſpiciat hominum cupiditates? Quod, qui fecerit, hunc homines ſupra hominem eſſe arbitrantur. *Vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in ſublime tolli, hęc enim omnia gentes mundi quærunt, Pater enim veſter ſcit, quoniam his indigetis.* Deus enim, qui & pater, homines alat, neceſſe eſt, ſed ea, quibus indigemus, in primis neceſſaria ſunt, non poteſt non igitur illa optimus Deus, maximuſq; profundere. Homo enim effertur, cum a cognitione aliena prouidentiæ, ſtatuq; humanitatis machinatur. Quid alienius, quam ęgro animo amare eſculenta, & poculenta? Sigonius de Theodoſio Magno. Quia vel diuturna orientis conſuetudine, vel ſuperiorum Principum remiſſione maximos quoſdam luxus infecerat, ne quis ſe pati iniuriam putaret, a ſe voluit incipere cenſuram, nam modico, ac Caſtrenſi cibo ieiunia longa leniuit. aulam omnem, laboris, patientię, & frugalitatis exemplis adeo inſtruxit, vt nemo vnus inueniretur, qui auderet ad penum regiam f'agitare remotorum littorum piſcem, peregrini aeris volucrem, alieni temporis florem, verum epulas ſuas menſis communibus parciores tempeſtiuis fructibus locorum inſtruxit. Inter duo maxima detrimenta principum, diuina ſapientia ſtultitiam, & crapulam animaduertit. Quid reliquum ſtulto, niſi, vt quandoquidem nihil regie facere poteſt, ſaltem regie manducet. *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes mane comedunt. Beata terra, cuius Rex nobilis eſt, & cuius Principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam.* Quare non ſolum Apoſtolico, ſed ciuili, regio, & militari more. Vt Auguſtus ille ad filiũ.

Nec tibi regificis tentoria larga redundent
Delicijs, neue imbelles ad ſigna miniſtros
Luxuries armata trahat: neu flantibus Auſtris,
Nec pluuijs cedas, neu defenſura calorem
Aurea ſummoueant rapidos vmbracula ſoles:
Inuentis vtare cibis.

Lib. 2. off. cap. 14.

Luc. 12.

Lib. 8. Imperij Occid.

Eccleſ. 10.

Claud. Pa neg. in 4. Conſul. Honorij.

Ac ſi nuncuparet. *Manducate, quæ apponuntur vobis.* Iulius Capitolinus de Antonino Pio. Victus Antonini Pij talis fuit, vt eſ-

Luc. 10.

ſet opulentia ſine reprehenſione, parſimonia ſine ſordibus, & menſa eius per proprios ſeruos, proprios aucupes, piſcatores, & venatores inſtrueretur. Temperantior, & vt Chriſtianus, & dignus initijs religionis in nomine auguſto Cõſtantius Chlorus, de quo Eutropius Adeo autẽ cultus modici, vt feſtis diebus, ſi amicis numeroſioribus eſſet epulandum, priuatorum eis argento hoſtiatim petito, triclinia ſternerentur. Auſonius ad Gratianum. In cibis autem, cuius Sacerdotis abſtinentior cæremonia? in vino cuius ſenis menſa frugalior? Operto conclauis tui non ſanctior ara veſtalis, non Pontificis cubile caſtius, nec puluinar flaminis tam pudicum. Quare prudentiſsime priuatæ inſaniæ Romani frænos iniecerunt. Macrobius in Saturnalibus. Prima autem omnium de cœnis lex ad populum Orchia peruenit, quã tulit C. Orchius tribunus plebis de Senatus ſententia III. anno, quam Cato mox orationibus ſuis vociferabatur. Lex fannia Sanctiſsimi Auguſti, ingenti omnium ordinum conſenſu, peruenit ad populum, neque eam prætores, aut Tribuni, vt pleraſq; alias, ſed ex omnium bonorum conſilio, & ſententia, ipſi conſules pertulere, cum reſpub. ex luxuria conuiuiorum, maiora, quam credi poteſt, detrimenta pateretur. Fanniæ autem legis ſeueritas in eo ſuperabat Orchiam legem, quod in ſuperiore numerus tantummodo cænantium cohibeatur, licebatq; ſecundum eam vnicuiq; bona ſua inter paucos conſumere. Fannia autem etiam ſumptibus modum fecit, aſsibus centum, vnde a Lucilio Poeta feſtiuitatis ſuæ more, centuſsis vocatur. Fanniam legem poſt annos decem, & octo, Didia ſecuta eſt. Eius ferundę duplex fuit cauſſa prima, & potiſsima, vt vniuerſa Italia non ſola vrbs, lege ſumptuaria teneretur; Italicis æſtimantibus Fanniam legem non in ſe, ſed in ſolos vrbanos ciues eſſe conſcriptam. Deinde, vt non ſoli, qui prandia, cænaſue maiore ſumptu feciſſent, ſed etiã, qui ad eas vocati eſſent, atq; omnino interfuiſſent, pœnis legis tenerẽtur. Poſt Didiam Licinia lata eſt a Licinio Craſſo diuite, cuius ferundæ, probandæq; tantum ſtudium ab optimatibus impenſum eſt, vt conſulto Senatus iuberetur, vt ea tantummodo promulgata, priuſquam trinundino confirmaretur, ita ab omnibus obſeruaretur, quaſi iam populi ſententia comprobata. Credit enim ſe poſſe his impius, quibus totam turpiſsime mentem deuouet. Auaritia confiſus inflatur, vanitate opinionis minime diuinæ prouidentiæ particeps, ſe ipſo ſuperbiſsime locuples eſt, quare Deus nefarios repulit, pauperes expetiuit. Nonne Deus

Hiſtor. Rom. lib. 10.

In Gratiar. Actio.

Lib. 3. c. 17.

Matth. 2.

elegit

elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes Regni, quod repromisit Deus diligentibus se, vos autem exhonoraſtis pauperem. Quia iniurioſi propter pecunias ipſis intolerantiſſimas.

Parit ſane ſatietas iniuriam, cum improbum opes ſequuntur
Hominem, & cui non mens ſana ſit. Theognis in ſententijs.

Publice, an priuatim deteriores fiunt, oppreſis ciuibus, & corruptis iudicibus dici non poteſt. *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia?* Iaco. 2. Qui nec homini propter Deum, nec Deo ipſi pepercerunt. *Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod inuocatum eſt ſuper vos?* Ad omne genus imperij pauperes meliores, non ſolum imitatione iudicij diuini, ſed experimento humanæ prudentiæ, igitur Chriſtiani aptiores ad Rempub., quo ſtudio Chriſtianæ pietatis magis alumnam virtutum, tolerabiliorem faciunt paupertatem. Marcus Minutius Fęlix in Octauio. Ceterum quod plerique pauperes dicimur, non eſt infamia noſtra, ſed gloria: animus enim, vt luxu ſoluitur, ita frugalitate firmatur, & tamen quis poteſt, pauper eſſe, qui non eget, qui non inhiat alieno, qui Deo diues eſt? magis pauper ille eſt, qui cum multa habeat, plura deſiderat. Igitur ſolum paupertatis ſolidiſſimo fundamento, & ad omnes virtutes certiſſimo aditu præſtantiſſima eſſet Chriſtiana Reſpub.

Fabriciumq;
Hunc, & incomptis Curium Capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sæua paupertas, & auitus apto
Cum lare fundus. Horat. carmi. lib. 1. Ode 12.

In Flauio Vopiſco Valerianus Auguſtus Aelio Xifidio præfecto ærarij. Aureliano, cui conſulatum detulimus ob paupertatem, qua ille magnus eſt, cæteris maior, dabis ad editionem Circenſium aureos Antonianos trecentos, argenteos, Philippeos, minutulos tria millia, in ære LLS. quinquagies tunicas multicias viriles decem, lineas Aegyptias viginti, mantelia cipria paria duo, tapetia Afra decem ſtragula Maura decem: porcos centum, oues centum: conuiuium autem publicum edi iubebis Senatoribus, Equitibus Romanis hoſtias maiores duas, minores quattuor. Quare ſapientiſſime noſter Lucanus cum deprauatiſſimi temporis vitia pangeret, totius virtutis odium, paupertatis vituperatione concludit.

fecunda virorum
Paupertas fugitur, totoque accerſitur orbe Lib. 1.

Quo gens quæque perit.

Quare optimus, & maxime desideratus Romanæ Reip. status honestissime paupertatis fruge, & prisca integerrimæ disciplinæ moderatione valuit, vt Sidonius Apollinaris.

dum collis Hetrusci

In Car. 7.

Fundamenta ingis aperis mihi Romule pauper,
Plus gladio secura fui, cum turbine iuncto
Me Rutulus, Veiens, pariterq; Auruncus, & Aequus,
Hernicus, & Volscus premerent, sat magna videbar
Et tibi dum rumpit vitiatum fœmina ferro
Corpus, & ad castum remeas pudor erute vulnus:
Iam cum vallatam socio me clusit Hetrusco
Tarquinius, prob Mutij ignes: prob Coclitis vnda
Prob dolor: hic qui nam est, qui sub mea iura redegit
Samnitem, & Gurges? Volsci, qui terga cecidi.
Martius, & Senones fundens Dictator, & exul?
Fabritij vitam vellem, mortes Deciorum
Vel sic vincentem, vel sic victos mea redde
Principia, heu quo nunc pompæ, diteſq; Triumphi,
Et pauper consul, Lybicum mea terruit axem
Cuspis, & infido posui iuga tertia pœno.

In Catili. In Sallustio paupertas probro habita, notissima causa est, imperij ruinę, infamieq;. Postquam diuitiæ honori esse cæpere, & eas gloria, imperium, potentia sequebantur: hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maleuolentia duci cæpit. Igitur ex diuitijs iuuentutem luxuria, atque auaritia, cum superbia inuasere: rapere, consumere, sua paruipendere, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina, atq; humana promiscua, nil pensi, neque moderati habere. Contra cum paupertas dignitas, quoque imperij, efflorescebat. Silius.

De Bello Punico 2. lib. 1.

Concilium vocat augustum, castaq; beatos
Paupertate patres, ac nomina parta triumphis
Consul, & æquantem superos virtute Senatum:
Facta animosa viros, & recti sacra cupido
Attollunt, hirtaq; comæ, neglectaq, mensa,
Dexteraq; a curuis capulo non segnis aratris,
Exiguo faciles, & opum non indiga corda,
Ad paucos curru remeabant sæpe penates.

Matt. 5. Igitur. *Pauperes spiritu.* Non solum beati in Regno cælesti, sed etiam in humano, quia potisimæ Principis virtutes, liberalitas, magnitudo cõsilij, & animi. de Anthemio Augusto Sidonius.

Pauper

Digitized by Google

Pauper adhuc iam ſpargit opes, ingentia ſuadet
Conſilia, & ſequitur, totum quod cogitat, altum eſt.

Quare, ne ordo ſapientiæ diuinæ ignoraretur vaticinio pollicitũ. *Verumtamen quærite primum Regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* Conſtat enim Regni Dei cauſa mortalia omnia natura eſſe comparata. *Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam affluentiam, & lætitiam, peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam, vt addat & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo.* Si enim ordo prouidentiæ confunditur, ipſa quoq; ab ordine ſcita confunduntur, quærenda igitur potiſſima, vt ſe ſe ea, quibus recte vtendum eſt, offerant. *Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.* Vtquo magis recta ratione, eo magis ordinaria mente prouidentiæ viuatur. *Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.* Quare ſtudioſiſsimis Regni Dei, quaſi virgula diuina, quæ ad victum, cultumq; pertinent, ſuppeditantur. *Pone Theſaurum tuum in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis, quam aurum.* Ad bonos mores, vt ad ipſam prouidentiam confugiendum. *Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus. Ipſe enim dixit. Non te deſeram, neq; derelinquam.* Ratio igitur diuina familiaris rei cuſtos, quæ ſpe Regni Dei, & vltimi finis ſolicitudine bona priuata pigneratur. *Qui emunt, tãquam non poſſidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.* Videlicet pro vtilitate emere, non rebus inhiare, & animo libero ad humana, & diuina eſſe.

Luc. 12.

Eccleſ. 2.

2. Ad Corint. 9.

1. Pet. c. 5.

In Eccl. 29.

Ad Hebr. 13.

1. Ad Cor. 7.

Quod ſi quis vera vitam ratione gubernet,
Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parce
Aequo animo, neque enim eſt vmquam penuria parui.

Lucret. lib. 5.

Qui enim indulget cupiditati, ab illa nefarie poſsidetur.

Habet Africanus millies, tamen captat,
Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.

Mart. lib. 12. Epig.

Si poſsidet, ac ſi nõ poſſideret, animo regnat, vere Chriſtianus eſt, ex qua ſententia facile intelligimus vehemẽter Platonis hæreſim improbãdam eſſe, qui fruſtra laborat probare, omnibus cõmunes fundos expedire. Sapiẽter Ariſtoteles. Satius eſſe, res habere proprias, vſu facere communes. Paulus. Poſſidens dominio proprio, ſed propter Chriſtianã differentiã, munificentiamq; charitatis, vſu omnibus vulgato, & communi, ſcilicet poſſidens, tanquam ſi non poſſideret, vt Aemilius Probus de Cimone. Semper eum pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti: vt ſi quis opis eius indigeret, haberet,

Lib. 2. Politic. c. 3.

Digitized by Google

haberet, quod ſtatim daret, ne differendo videretur negare, ſæpe cum aliquem offenſum fortuna, videret minus bene veſtitum, ſuum amiculum dedit. Quotidie ſic cœna ei coquebatur, vt quos conuocatos vidiſſet in foro, omnes deuorarent: Quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res familiaris defuit, multos locupletauit. Complures pauperes mortuos, qui vnde efferrentur, non reliquiſſent, ſuo ſumptu extulit. Sic ſe gerendo minime eſt mirandum, ſi, & vita eius fuit ſecura, & mors acerba.

Primos Chriſtianos partim ſua alienaſſe, partim poſſediſſe, ſed ea omnes ad pietatem libenter contuliſſe. Quibus conſtet vita apoſtolica, quibus Chriſtianorum priuata, quorum propria liberalitas, vt barbarorum auaritia.

CAP. XIV.

POpulus Chriſtianus recentiſſima Spiritus Sancti virtute, & Apoſtolorum ſapientia appoſite, ab infidelis naturæ deprauato more, ad Chriſtiana inſtituta maxime naturalia reductus, aut communi vſu retẽto patrum familias iure proprio, aut ſi res poſtularet vẽditione, coniuráte cõcilio ſingulorum neceſsitati ſubueniebat. *Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia, poſſeſsiones, & ſubſtantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuiq; opus erat.* Neq; enim eos dicendũ eſt, agros quaſtos in curia, & deſertos deſpicientia habuiſſe, aut aliquibus mandaſſe, ut curarent. Primum deſidia, non pietas fuiſſet, ſecundum ſolicitudo de periculo, non quies animi de re cauta, quæ neq; ad legem conſcientiæ ignauiam abhorrentem, neq; ad tranquillitatem, alienas, propriaſq; accepti relati, & expenſi lati moleſtias fugientem pertinuiſſent, cum etiam bona ad breue tempus propter derelictionem ſtare, detrimentum eſſet totius utilitatis, & quoſdam Chriſtianos ab ardentiſſima naſcentis frequentia religionis excluſos, rus ablegari ſemper, contra charitatem, ſine villico

Act. 2.

uillico, sine aratore, sine instrumentis rusticis patrimonia, quia Christiana? traditum est Apostolos, ne a populis acciperent uiatica, aut minimæ exactionis incommodo suspecta esset obstinatis, & inuidentibus fides, & ne si cessarent, aut insidijs diaboli, aut linguis hominum uexarentur, studiosissime laborasse circa res minimas, & non censetis cęteros Christianos, præcipue communis utilitatis fine, non addictos concionibus, disputationibus, infinitis periculis coluisse fundos? Agriculturæ ars spe rei necessariæ, & iucunditate quadam animi honesto contenti, non questu nimio ad libidinem, neq; ad auaritiam lucro tenetur. *Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo.* Eccles. 7. De Noe iusto. *Cępitq; Noe vir Agricola exercere terram, & plantauit vineam.* Genes. 9. Nam secundum naturam est, fuga otij parare necessaria. Virgilius.

pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit: primusq; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda
Nec torpere graui passus sua regna veterno.

Lib. 1. Georgicon.

Quare fructus communis omnium erat, priuatum rei propriæ dominium, si vero vt illis temporibus quotidiana gloria carceris, aut exilij, aut fugæ malum ingruisset, si ad inopiam releuandam vendita frugum vbertas non sufficiebat, iugera venibant singuli liberales. *Nam quod mihi deerat, supplenerunt fratres, qui venerunt a Macedonia.* 2. Ad Cor. 11. Vsus Christianus propter communem dispensationem. *De collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite per vnam Sabbati, vnusquisq; vestrum apud se ponat recondens quod, & beneplacuerit, vt non cum venero tunc collecta fiant.* 1 ad Cor. 16. Propter vniuersalem beneficentiam retenta integritate animi sublata paupertas. *Neque enim quisquam egens erat inter illos, quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant vendentes, afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum, diuidebatur autem singulis, prout cuiq; opus erat.* Act. 4. Locorum interuallo flagrantissima, & prouidentissima charitas. *Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem.* Ad Rom. 15. Vitæ Apostolicæ ista sunt, non priuatæ ad publicam directæ. *Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in Cęlo.* Matt. 19 Sed priuata vita, benignissima, & singulari Dei ratione, copijs honestissime locuples, minime ergo quis illā sententiam malis horribilem, bonis dulcissimam perhorrescat.

Faci-

Matt. 19. *Facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in Regnum Cælorum.* Repudiati vitioſi, non curatores chriſtianæ rei, & velut Dij erogatione bonorum autores vitæ communis, cohortatione igitur ad virtutem accendendi, vt opes morum ſint, non opibus mores immutentur.

Martial. lib. 11. Epig. in laudem Neruæ Traiani.

Tanta tibi eſt recti reuerentia Cæſar, & æqui
Quanta Numæ fuerat; ſed Numa pauper erat.
Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores
Et cum tot Cæſos viceris, eſſe Numam.

Matt. 19. Senſa exponit, ne ſtuporem deſperatio ſequeretur. *Diſcipuli mirabantur valde, & dixerunt, qui audiebant, dicentes ad ſemetipſos, & quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpiciens autem Ieſus dixit illis, apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Proprium hoc putas eſſe diuitiarum? minime, quidquid ſine Deo eſt, Regno Dei natum non eſt: diuitiæ ergo ſi Deo plenæ, aptæ, & faciles ad beatitudinem ſummis argumentis ſapientiç, humaniſq; rationibus præſtantiſsime conſequendam, miraris ne ſtultiſsime ſua vi fieri non poſſe, quæ ſunt Dei præceptis ad effectũ expeditiſsima? Diuitiæ, quæ contẽptu humanitatis, & voluptatũ malo, generi humano peſtẽ important, Euangelicis mandatis, optima Dei moderatione ſalutem attulerunt. non omnes quondã chriſtianos alienaſſe ſua manifeſtum eſt, cũ quædam beneficio ſingulorum, nomine communia reſtarẽt, igitur viritim Dominis attribuenda, quæ conuentus emolumento chriſtiani ceſſerunt.

Act. 4. *Nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.* Si poſſidebãt ergo illorum bona propria erant, ſed propter vſum communia appellabantur, ne odioſa eſſent nomine, quæ amicitia erant iucundiſſima.

2. Ad Cor. 6. *Semper autem gaudentes, ſicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Vacui enim cura accepti, & expenſi facillime ſibi gaudent, illos enim ditant, quorum indulgent neceſſitati, tranquillo animo, ac ſi nihil haberent, magno, ac ſi omnia poſſiderent, cum omnia ſint bona communia omnibus.

Paulinus ad Auſonium Epiſ. 1.

Abolet futuræ cum Deo vitę fides
Quæ, quas videmus ſpernere
Non vt profanas abiicit, aut viles opes
Sed vt magis caras monet,
Cœlis reponi creditas Chriſto Deo?
Qui plura promiſit Datis.

Con-

Digitized by Google

Contempta præsens, vel mage depoſita ſibi
Multo, vt reſpondeat fœnore.

Sed vberes fructus ſpiritus capito. *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Affectionem ſibi vnum quemque, non fortunas renuntiare, cum fruſtra ea relinqui diceret, quæ in remuneratione reponuntur. *Nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Regnum Dei, & Euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, Domos, & fratres, & ſorores, & Matres, & filios & agros cum perſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æternam.* Vidit ſanctiſsimus, & feliciſſimus hic. *Dominus autem benedixit nouiſsimis Iob magis, quam principio eius, & facta ſunt ei quattuordecim millia ouium, & ſex millia Camelorum, & mille iuga boum, & mille Aſinæ.* Omnis generis bonum intelligimus, cum bonum appellamus. *Scimus autem, quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonũ.* Auaritia infidelium propria. *Hæc enim omnia gentes mundi quærunt.* Hoc igitur differt inter Chriſtianum, & infidelem, quod ille ſua tenet ſine animi ægritudine promptiſſimus ad donandum, hic auare ad accumulandum, quare pro dignitate Chriſtiani admonendi neceſſario. *Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ.* Ideo liberalitas Chriſtiana diuini præmij ſpe ſolum egenis, repudiatis locupletum officijs, expetito pignore virtutis patet. *Cum facis prandium, aut cœnam noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte te, & ipſi reuocent, & fiat tibi retributio, ſed cum facis conuiuium, voca pauperes debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.* Simillima bonitas eximij Imperatoris Alexandri Seueri, de quo Lampridius. Honoratos, quos pauperes vere non per luxuriam, aut ſimulationem vidit, ſemper multis commodis auxit, agris, ſeruis, animalibus, gregibus, ferramentis ruſticis. Baſilius Imperator ad Leonem filium. Redde igitur largitori bonorum, pro mutua gratia, bona, & quam ab eo gratis accepiſti dominationem, eam beneficijs in tuos conferendis impende: ſed eos tamen ad benefaciendum ditiores eſſe putato, qui te ſunt minores quod ad imperij potentiam attinet, non enim eam accepiſti, vt effunderes, ſed ſuſcepiſti, vt adminiſtrares, & probæ adminiſtrationis ab eo mercedem

Luc. 14.
Mar. 10.
Iob. 42.
Ad Rom. 8.
Luc. 21.
Luc. 14.
Cap. 52.

dem accipies. Trāquillitas animi promittitur, qua nihil rectius ad
2. ad Cor. 8. sapientiam, firmius ad humanam beatitudinem. *Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum*. Reliqua expedita non solum, quæ ad bene agendum necessaria sunt, sed quæ beant, vt palestra virtutis possit cum omni præstantia certa-
2. ad Cor. 9. re. *Quia potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum*. Contra barbari, & iniqui diuites, quam
Iac. 4. celeriter defloresc̄unt? *Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur*. Deus præsentis fraudis
Iac. 5. pœnas ad breuissimum, impendentemq; diem iudicij reseruat. *Nunc autem exultatis in superbijs vestris, tandem agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis, diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt*. Ergo illi nutricolæ mortis. *Luxurijs enutristis corda vestra in die occisionis*. Quid horribilius, & ad supplicium iustius inermi innocentia iugulata? *Addixistis, & occidistis iustum, & non restitit vobis*.
2. Pet. 2. Nunquam visus est Deus hoc pacto, nisi contra auaritiam insurgere. *Secuti viam Balaam Exbosor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem vero habuit suæ vesaniæ, subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam*. Aut stulte non intellexerunt, aut impie dissimularunt, quid optimum esset in
Ad heb. 13. vita. *Optimum est enim gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis*. Satietatem fames, voluptatem desperatio consecuta est. *Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram, væ vobis, qui saturati estis quia esurietis*.
Luc. 6.

Præceptum eleemosynæ seuerissimum esse, & vtilissimum. Quæ ratio possidendi beatitudinis particula, igitur optima huius euangelicæ formæ Reip.

CAP. XV.

QVA propter vt animus turbato quærendi angore, feraq: habendi cupiditate solutus, prorsusque immutabilis, opes in magnificentiam, liberalitatemq; conferret; quæ admonitiones pro elemosina, indices Christianæ religionis? quæ splendidissimæ argumenta virtutis? quibus mutuo eleemosyna perfugio est, Ad Chri-

Christiane posfidendum pecuniosis, ad viuendum pauperibus. Seneca. Quid autem dubij est, quia maior materia sapienti viro sit, animum explicandi suum in diuitijs, quam in paupertate? cum in hac vnum genus virtutis sit, non inclinari, nec deprimi, in diuitijs. & temperantia, & liberalitas, & diligentia, & dispositio, & magnificentia campum habeat patentem. Neq; enim seuera adeo, efficiensq; & maxima proprie Christiana virtus, nisi magnitudine quadam animos pro Christo auidissimos profundendi copias affeciſſet. Itaq; hoc ipso, quod eleemosyna imperatur, vetata est affectio, & ratio communis voluntatis, religionisque subueniendi omnibus præcipitur. Ergo voluntas cum modo prudenter congruens; *Cum ergo facis eleemosinam noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus*. Non ex aliorum errore pendere, sed sui ipsius esse conscium. *Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua*. Contraria virtutis fugienda securitati, hominum oculis, quasi vento quodam incitamur, Dei præsentia sapienter ad virtutem propter se ipsam expetendam commouemur. Vt D. Bernardus. Puer, etiam num, quoties nummos habere poterat, clandestinas faciebat eleemosynas cum Arcesilaus philosophus crumenam Ctesibij ægrotantis clam pulicillo operuisset, illa reperta Ctesibius, Arcesilai hic ludus est. Dignissima Principis nomine pietas illa, quæ & si publica, excusatione defendenda non est, propter imperatoria m dignitatem, quæ nisi eleemosyna illustris esset, nihil de fama Princeps laboraret, vt Egnatius de Alexio Comneno Imperatore. Conuersus inde ad pacis artes Orphanotropheion erexit, & Museum: in altero pueros, puellasq; parentibus orbos alendos, in altero erudiendos instituit: sumptusq; his ex regio vectigali datus. Marcus Antoninus Pius priuato sumptu; vt Iulius Capitolinus in illius vita. Puellas (inquit) alimentarias in Faustinæ honorem Faustinianas constituit apparent debitis legibus nostrę religionis illa necessario. *Veruntamen quod superest, date eleemosinã, & ecce omnia munda sunt vobis*. Igitur Princeps cui Regni salus charior, quam propria esse debet, vt publicam salutem, & suam ad illam intentam tutetur, in omni genere eleemosynã liberalissimus exerceat, itaq; securitati Reip. propter diuinam causam leges irroganto, priuilegia custodiunto, vt Iustinianus. Neque aliquem Xenodochũ, aut ptochotrophum, aut nosocomum, aut orphanotrophum, aut brephotrophum, aut geroncontomum, aut monasterij virorum,

In lib. de vita Beata. Matt. 6. Auctor. vitæ lib 1. c. 1. Lib. 2. Luc. 11. Authenticorum Collatio secunda tit. 1 cap. 1. nouell. 7.

vel mulierum Abbatem, vel Abbatiſſam, aut quemlibet omnino præſidentem venerabilibus collegijs, licentiam habere, alienare rem immobilem, aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in huiuſmodi, neque ruſticum mancipium, neque ciuilem annonam: nec per ſpecialis pignoris occaſionem tradere creditoribus. Conſtantinus. M., vt religione, ſic eleemosynarijs legibus excelluit, hæc pro parentum nomine. Aereis tabulis, vel ceruſſatis, aut linteis mappis ſcripta per omnes Ciuitates Italiæ proponatur lex, quæ parentum manus a parricidio arceat, votumq; vertat in melius, officiumque tuum hæc cura perſtringat, vt ſi quis parens adferat ſobolem, quam pro paupertate educare non poſſit, nec in alimentis, nec in veſte impertienda tardetur, cum educatio naſcentis infantiæ moras ferre non poſſit, ad quam rem, & fiſcum noſtrum, & rem priuatam indiſcreta iuſſimus præbere obſequia. Secunda pro charitate Prouincialium lex. Prouinciales egeſtate victus, atq; alimoniæ inopia laborantes, liberos ſuos vendere; vel ob pignorare cognouimus. Quiſquis igitur huiuſmodi reperietur, qui nulla rei familiaris ſubſtantia fultus eſt, quiq; liberos ſuos ægre, ac difficile ſuſtentet per fiſcum noſtrum, antequam fiat calamitati obnoxius, adiuuetur, itaut Proconſules, præſideſq; & rationales per vniuerſam Africam habeant poteſtatem, & vniuerſis, quos aduerterint, in egeſtate miſerabili conſtitutos, ſtipem neceſſariam largiantur, atq; ex horreis ſubſtantiam protinus tribuant competentem, abhorret enim noſtris moribus, vt quemquam fame confici, vel ad indignum facinus prorumpere concedamus. Aerario vtere non ſolum propter Maieſtatem imperij armatam, qua hoſtes terrere, inferiores protegere licet, verum etiam propter aram pauperum, quorum precibus placatur Deus, & peccata imperijs infenſa tolluntur, diuinisque auſpicijs humana magnitudo fundatur. Paulus Diaconus de Tiberio Imperatore. Hic cum multa de Theſauris, quos Iuſtinianus aggregauerat, pauperibus erogaret: Sophia Auguſta frequentius increpabat eum, quod Rempub. redegiſſet in paupertatem, dicens: Quod ego multis annis congregaui, tu intra paucum tempus diſperdis: Aiebat autem ille. Confido in Domino, quia non deerit pecunia fiſco noſtro, tantum, vt pauperes eleemosynam accipiant: vt captiui redimantur, hoc eſt magnus Theſaurus, dicente Domino. *Theſaurizate autem vobis Theſauros in Cœlo, vbi, neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.* Ergo de his, quæ

In Cod. Theodoſ. lib. 2. leg. 2. Tit. 27.

In Cod. Theodoſ. lib. 2. leg. 2. Tit. 27.

Lib. 18.

Matt. 6.

quæ Dominus tribuit: congregemus Theſauros in Cęlo, & Dominus nobis augere dignabitur in ſęculo. Humanę ſalutis neceſſaria coniungito, nam famem cibo, frigus veſte depellimus. *Dicat autem aliquis ex vobis, illis ite in pace, calefacimini, & ſaturamini, non dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit?* Iac. 2. Auſonius de Gratiano Imperatore. Aegrotantes amicos Traianus viſere ſolebat, hactenus in eo comitas prædicanda eſt. Tu, & viſere ſolitus, & mederi; præbes miniſtros, inſtruis cibos, fomenta diſpenſas, ſumptum adijcis medelarum, conſolaris afflictos, reualeſcentibus gratularis. Etſin illis Legionibus vniuerſis, vt in communi marte euenit, ſiquid aduerſi acciderat, vidi te circumire tentoria, ſatine ſalue querere, tractare vulnera, ſauciorum: & vt ſalutiferæ apponerentur medelæ, atq; ,vt non ceſſaretur, inſtare. In Grat. Actio.

Veſte tegi nudus ſitiens ad pocla vocari,
Eſuriens optas, vt ſacicre cibis.
Te quoq; permoueat proprij par cauſa laboris,
Diuide cum miſeris pallia, pocla cibos.
Ecce manum poſcis lapſus, ſolatia meſtus,
Auxilium trepidus, conſilium dubius:
Id mœſtis, dubijs, trepidis labentibus offers:
In ſimili cauſa fac, vt ameris amans.

Orien. in commonit.

De Pulcheria Auguſta, Pia moritur multis poſt ſe præclaris factis, & cunctis bonis, quæ habuit ad ſuſtentationem pauperum, relictis, quibus Martianus non contradixit, ſed cunctorum neceſſitatibus animo propenſo ſeruiuit. D. Ambroſius. Ecce aurum, quod probari poteſt, ecce aurum vtile, ecce aurum Chriſti, quod a morte liberat, ecce aurum, quo redimitur pudicitia, ſeruatur caſtitas. Nonne dicturus eſt Dominus, cur paſſus es, tot inopes fame emori? & certe habebas aurum, vt miniſtraſſes alimoniã, ergo aurum, & vaſa Myſtica Eccleſia habet, non, vt ſeruet, ſed eroget, & ſubueniat in neceſsitatibus. Tale aurum, Sanctus Martyr Laurentius Domino reſeruauit, a quo cum quærerentur Theſauri Eccleſiæ, promiſit demonſtraturum ſe. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus vbi eſſent theſauri, quos promiſerat, oſtendit pauperes, dicens, hi ſunt theſauri Eccleſiæ. Nicephorus Calliſtus de Placilla Auguſta vxore Theodoſij. Itaq; eorum, qui varijs detinerẽtur morbis, & membris, partibuſq; corporis mutilati eſſent, omnis generis curam geſſit, ipſa per ſeipſam in rebus omnibus eis inſeruiens. In illorum enim domicilia ventitabat,

Theod. lect. collat. 1.

Lib. 2. off. c. 28.

Lib. 12. c. 42.

tabat,& qua,quiſque indigeret re,eam illi ſuppeditabat, & Eccleſiarum hoſpitales domos circumiens, eos, qui grauibus morbis lecto affixi erant, curauit. Non enim tantum illorum attingebat ollas,& iuſcula delibabat: ſed & patellas admouebat,panem apponebat,ciborum fruſta afferebat,pocula eluebat,aliaq; omnia prompte, & feliciter obibat, quæ Seruarum, & Ancillarum ſunt officia. Ad eos vero,qui miniſterium eius, quod per manus ipſa ſuas peragebat, inhibere conabantur, dicere ſolita erat. Imperio quidem id conuenit, vt aurum id largiatur. Ego vero manuum mearum opus pro imperio ipſo ei, qui id ſemel contulit,offero. Nec mirum ſi Theodoſius tali Auguſta tantus euaſit. Miro Patres ſententiarum concentu, ſuperfluentes diuitias impertiendas eſſe tenuioribus. Quare grauiſſime ſanctum decretis, Aliena rapere conuincitur, qui vltra ſibi neceſſaria retinere, probatur. D Baſilius. Tu vero inſatiabilis auaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot homines illis priuans, neminem te lædere putas. Quis quæſo eſt auarus?, ille, qui eo quod ſatis eſſe debet,non eſt contentus,quis vero peculator? ille, qui ad ſe vnum transfert, quæ ſingulorum ſunt, Tu ergo non auarus? non tu peculator,cum ea, quæ ad diſpenſandum, diſtribuēdumq; receperis, tibi propria facis? Ne ſordeat æger animus Donato,ne rapax ſit,maculas præcepto deleto.Quamobrem. *Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum*. Tobias filio. *Ex ſubſtantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec a te auertatur facies Domini*. Auxilia igitur ad vitam æternam a potiſſima cauſa præmij petenda. *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum,qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius,eſurini enim,& non dediſtis mihi manducare,ſitiui, & non dediſtis mihi potum,hoſpes erā,& non collegiſtis me,nudus eram, & non operuiſtis me, infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me*. Omnium vitam Deus eſſe munitiſſimam voluit non ſolum hominum, verum etiam ſui cauſa præcipue, in egenorum enim ſalute Dei maxime prouidentia, & pietas vertitur, vſque adeo. *Qui deſpicit pauperem exprobrat factori eius*. Hoc adeo patrocinio gaudet, vt qui Deo inſeruit, miſeros, mendiciſſimoſq; ad rectiſſimum ſuarum partium vſum adiungat neceſſe eſt. *Amen dico vobis, quandiu non feciſtis vni de minoribus his,nec mihi feciſtis*. Illi enim ſine fide, & humanitate, vt pauperes præ auaritia, ſumptibuſq; neglexerant, ſic fraude ſenſus, & errore craſſæ mineruæ apud ſapientiſſimum, optimumq; ſe excuſatos iri duxerunt. *Domine quando te vidimus*

Diſtinct. 2.c 1. Homi. 6 in diteſe. auar.

Daniel.4.

Tobi. 4.

Matt. 25.

Prou. 17.

vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? D. Chrysostomus. Hom. 25.
Nam licet graue sit, & horrore plenum, quod dicendum est, dicere tamen oportet, annumera seruis tuis Dominum, seruos manumittis, libera, & Christū, a fame, necessitate, vinculis, & nuditate; audiens horruisti, igitur horribilius, quādo ne hoc ipsū facis.

Tu cui sordet inops; qui viso horrescis egeno
Occursumq; pij supplicis omen habes
Qui te miraris pretiosa veste nitentem
Nec sordere vides interiore habitu.
Omnia mente geris, qua in corpore pauperis horres
Sordidior pannis, Dives, & vlceribus.

Paulin. Epi. Nola. in obi. Celsi pueri.

Ditissimus quisq; non ad amplificationem rei domesticæ, sed ad muneris Christiani necessitatem, Christi diffusissimam familiam late suscipiat. *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso, & gratiam hominis, quasi pupillam conseruauit.* In Eccl. 17. Dispensat enim, non largitur, satisfacit, non allicit, cum ijs debeat victum, quos Christianæ iustitiæ sūmo iure sustentat. Tobias filio. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.* Tobi. 4. Fortunam omnium eleemosyna præponderari reperietis, pauperes largitione accepta, diuites eleemosyna facta, horū enim erat dare, illorum habere. *Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.* Luc. 12. Si enim Christianus seruus, qui illa lege viuit beatus est: igitur ratio possidēdi, quæ beatitudinis particula est, Christianis optima est, illo igitur modo, quo honestissime possidendū est, sed proprie Seruus Dei Christianus est, optima igitur arte legitime Christianus, beneq; possideat. Terrenis enim similitudine quadam æternitatis alitur, contra infidelis, ex quo differētia Christiani hominis, & infidēlis existit. *Facite vobis saccos, qui non veterascunt thesaurum non deficientem in cœlis.* Luc. 12. Vt quoque modo, seu de bene, seu de male acquisitis eleemosyna ara est cum proprio dominio pia quædam dandi, adiuuandiq; communitas, non solum propter officia iustitiæ, sed etiam propter spem. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Dorca commemorabilis sermone Dei. *Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis quas faciebat, propter, quas dās illi manum, erexit eam.* Act. 9. De illo admodum illustri. *Eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriā in cospectu Dei.* Act. 10. Quare cū animus hominis Christiani minime sollici-

ius,

tus, & omnino liber, appetens propter naturam necessaria, non posſit, nisi in fortunarum mediocritate conquiescere, Christiana natura parum fugit propter necesitatem, nimium propter libidinem.

Mart. lib. 10. ad Auitum.

Illa placet tellus, in qua res parua beatum
Me facit, & tennes luxuriantur opes.
Pascitur hic, ibi pascit ager.

Constat huius euangelicæ Reip. formam optimo statu, eosq; natura facili, & quam plurimis communi, factam esse summam.

Senec. in Oedipp.

Callidus medium senex
Dædalus librans iter
Nube sub media stetit,
Alitem expectans suum:
Qualis accipitris minas
Fugit, & sparsos metu
Colligit fœtus auis:
Donec in ponto manus
Mouit implicitas puer,
Comes audacis viæ.
Quid quid excesit modum
Pendet instabili loco.

Lib. 4. c. 2. Vt ait Aristoteles, Quoniam igitur sine controuersia illud est optimum, quod est medium, atq; modo mediocritate temperatum, perspicuum est omnium optimam esse mediam rerum fortunarũ possesionem, Seneca Emittetq; illam vocem, quam Romanus Imperator, emisit, cum illi ob virtutem, & bene gestam Rempub. tantum agri decerneretur, quantum arando vno die circuire potuisset, non est, inquit, vobis eo opus ciue, cui plus opus sit, quam vni ciui. Quanto maioris viri putas respuisse hoc munus, quam meruisse? multi enim fines alijs abstulerunt, sibi nemo cõstituit. Aristoteles etiã. Quapropter valde optandũ est, vt ij qui in Rep. versantur facultates habeant mediocres, ac sufficientes, nam vbi alij nimis multa possident, alij nihil, vel plebs infima insurgit, vel paucorum potentia illa extrema, vel tyrannus propter, vtrumque excessum, ex populari enim statu nimium superbo, & ex paucorũ potentia ad tyrannidem deuenitur. Inest enim summa distractio in ciuitate, nisi omnes propter mediocritatem simillima vitę conditione, disciplinis, animisq; consentiant. Nonne populus ille sapiens? Plinius maior. Quippe etiam lege Stolonis Licinij incluso modo D. Iugerum, & ipso sua lege dam-

Lib. 7. benef.

Lib. 4. ca. 11.

Lib. 18. c. 3.

damnato, cum ſubſtituta filij perſona amplius poſſideret, luxu riantis iam Reipub. fuit iſta menſura. Manij quidem Curij poſt triumphos, immenſumq; terrarum adiectum Imperiũ, nota con cio eſt, pernicioſum intelligi ciuem, cui ſeptem iugera non eſſent ſatis. Ideo Fabritius Cenſor P. Cornelium Rufinum conſularem Senatu mouit, quod decem argenti pondo facti haberet. Diuus Auguſtinus. Audiat, vel legat, Quintium Cincinnatum, cum quattuor iugera poſſideret, & ea ſuis manibus coleret, ab aratro eſſe abductum, vt Dictator fieret. Ariſtoteles. Conſeruantur quoque in ciuitatibus iſti maxime cæterorum ciuium, neque enim aliena concupiſcunt, vt faciunt pauperes, neque eorum bona cupiuntur ab alijs, vt accidit diuitibus, & quia neque inſidiantur alijs, neque alij ipſis, ſine periculo degunt. Quapropter bene optauit Phocylides multa mediocribus optima mediocris eſſe volens. Plato. in Ciuitate, quæ ſũmi morbi expers ſit futura, quod diſſidium, ſiue ſeditionem rectius appellauerimus, affirmamus neceſſarium eſſe, neque grauem paupertatem, neque rurſus grandes diuitias ineſſe. Hç enim vtrinque ſeditionum certiſſimæ ſunt cauſæ. Sapientiſſimus vir. *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandũ, & dicam, quis eſt Dominus?, aut egeſtate compulſus furer, & periurẽ nomẽ Dei mei.* Quare duce natura optimus Populus inſtituit.

Liuius lib. 14.

De Ciu. Dei lib. 5. c. 18.

Lib. 4. Politic. 11.

Lib. 5. de legib.

Prouer. 30.

non ita Romuli
Præſcriptum, & intonſi Catonis
Auſpicijs, veterumq; norma.
Priuatus illis cenſus erat breuis,
Commune magnum: nulla decempedis
Metatu priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Horat. carmi. lib. 2.

Cicero pro L. Flacco. Hęc enim ratio, & magnitudo animorum in Maioribus noſtris fuit, vt cum in priuatis rebus, ſuiſq; ſumptibus minimo contenti, tenuiſſimo cultu viuerent, in imperio, atq; in publica dignitate, omnia ad gloriam, ſplendoremq; reuocarent. Quęritur enim in re domeſticą continentiæ laus, in publica, dignitatis. Male Agapitus ad Iuſtinianum Imper. Omnium mihi a ratione alieniſſimum eſſe videtur, quod homines locupletes, atq; Egeni ex contrarijs rebus eandem vitæ iactuam faciunt; illis enim vero ſatietate ilia rumpuntur, iſtos vero fames tabefactos interimit, illi extremos orbis terrarum fines poſſident, his vix vbi pedis calloſi plantas figant, obtinent. Qui

igitur, vtriq; secundum valetudinem assequantur, adiectione & subtractione medendi sunt, atq; ad paritatem transferenda est imparitas. Hoc, disciplina ciuitatis, & ritu Christiano efficiendum est, non priuatæ naufragio fortunæ; cum Christiana grauissima lege sancitum sit, vt propter eleemosynam, quantumuis lautissima res familiaris ad medium inclinaret. *Quā ob causam videte, et cauete ab omni auaritia.* Cauere debemus hostem insidiosum animi, cui prædæ homo est non victoriæ, nam victoria gloriæ est, præda auaritiæ. *Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex bis, quæ possidet.* Quamuis enim fortunæ bonis abundarit internis magnus est, illa enim, vt his multo melius frueretur appetiuit, bonis enim beati sumus, quibus nisi vltimi finis bono abundamus, beati esse non possumus, in hoc igitur copia est, in quo, quisq; bene vtens, beatus est. *Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.* Familia Dei domus est, quæ more Christiano fide diuinarum rerum, & prudentia præsentium gubernatur. Stobæus ex D. Basilio. Iustus quidem, neque præsentes diuitias auersatur, nec absentes requirit, non enim sibi tantum fruitur rebus, quas Deus dederit, sed dispensator earum est. Fidelis Deo, prudens familiæ institutis, & patrimonio est paterfamilias, qui fide diuina dispensat, vtilia prudentia, illa enim semper spiritu vno emittit, hæc in tempore. *Ecce Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum.* Ad virtutem enim humana retardarunt, nisi ocyus paucis contentus spiritus aduolasset. Specta, vt pro virtute priuata cælestem mercedem accipias, qui honeste domesticæ rei, vehementer legibus Christianis studuisti. *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & seculária desideria, sobrie, & iuste, & piè viuamus in hoc seculo.*

Luc. 12.

Luc. 12.

Ser. 231.

Iac. 5.

2. ad Titum 2.

PRIN-

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER SEXTVS.

Opus Reipublicæ eſt viribus, & viris, primum de his, qui ſapientia, & animo Chriſti diſcipuli, malitia pueri, cætera viri. Boni ratio ciuis curſus eſt ad Principem actione, intelligentiaq; perfectum.

CAP. 1.

SED cum Ciuitas ex Ciuibus conſtet, primum de his. Cum Reſpublica diuerſisſimas virtutes habitura ſit, ſine quibus publicæ lucis, & commodi cauſa retineri non poteſt, honoratis, & bonis ciuibus vtendum eſt, qui domi, & foris pro virili parte obire Reipublicæ munera, eiuſq; ſubleuanda onera tollere poſſint, viris itaq; , & viribus opus eſt, quæ mutuo neceſſaria communis officij voluntate, atq; vtilitate conſiſtunt. *Ergo iam non eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed eſtis Ciues ſanctorum, & domeſtici Dei.* Non ignoratione diuinæ legis homines peregrinantur, non ſine patriæ ſpe in hac vita verſantur. Omne bonum a ſummo eſt, ratio igitur

2. Ad Epheſ.

igitur, vtriq; secundum valetudinem assequantur, adiectione & subtractione medendi sunt, atq; ad paritatem transferenda est imparitas. Hoc, disciplina ciuitatis, & ritu Christiano efficiendum est, non priuatæ naufragio fortunæ; cum Christiana grauissima lege sancitum sit, vt propter eleemosynam, quantumuis lautissima res familiaris ad medium inclinaret. *Quã ob causam videte, et cauete ab omni auaritia.* Cauere debemus hostem insidiosum animi, cui prædæ homo est non victoriæ, nam victoria gloriæ est, præda auaritiæ. *Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex bis, quæ possidet.* Quamuis enim fortunæ bonis abundarit internis magnus est, illa enim, vt his multo melius frueretur appetiuit, bonis enim beati sumus, quibus nisi vltimi finis bono abundamus, beati esse non possumus, in hoc igitur copia est, in quo, quisq; bene vtens, beatus est. *Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.* Familia Dei domus est, quæ more Christiano fide diuinarum rerum, & prudentia præsentium gubernatur. Stobæus ex D. Basilio. Iustus, quidem, neque præsentes diuitias auersatur, nec absentes requirit, non enim sibi tantum fruitur rebus, quas Deus dederit, sed dispensator earum est. Fidelis Deo, prudens familiæ institutis, & patrimonio est paterfamilias, qui fide diuina dispensat, vtilia prudentia, illa enim semper spiritu vno emittit, hæc in tempore. *Ecce Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum.* Ad virtutem enim humana retardarunt, nisi ocyus paucis contentus spiritus aduolasset. Specta, vt pro virtute priuata cælestem mercedem accipias, qui honeste domesticæ rei, vehementer legibus Christianis studuisti. *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & seculária desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo.*

Luc. 12.

Luc. 12.

Ser. 231.

Iac. 5.

2. ad Timum 2.

PRIN-

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER SEXTVS.

Opus Reipublicæ est viribus, & viris, primum de his, qui sapientia, & animo Christi discipuli, malitia pueri, cætera viri. Boni ratio ciuis cursus est ad Principem actione, intelligentiaq; perfectum.

CAP. 1.

SED cum Ciuitas ex Ciuibus constet, primum de his. Cum Respublica diuersissimas virtutes habitura sit, sine quibus publicæ lucis, & commodi causa retineri non potest, honoratis, & bonis ciuibus vtendum est, qui domi, & foris pro virili parte obire Reipublicæ munera, eiusq; subleuanda onera tollere possint, viris itaq;, & viribus opus est, quæ mutuo necessaria communis officij voluntate, atq; vtilitate consistunt. *Ergo iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis Ciues sanctorum, & domestici Dei.* Non ignoratione diuinæ legis homines peregrinantur, non sine patriæ spe in hac vita versantur. Omne bonum a summo est, ratio igitur 2. Ad Ephes.

igitur ſuperioris in omni bono inferiori reperitur. Spe alacres, atq; excitati ſapientia, omnis boni cauſam intelligunt, & ſe ſe ardenter ad omne bonum conſequendum incitarunt; non vt ille propter vtilem opinionem.

Ouid. de arte amã di lib. 1.

Expedit eſſe Deos: & vt expedit eſſe putemus:
Dentur in antiquos, thura, merumq; focos.
Nec ſecura quies, illos, ſimileſq; ſopori
Detinet, innocui viuite, numen adeſt.
Reddite depoſitum, pietas ſua fœdera ſeruet:
Fraus abſit, vacuas cædis habete manus.

Nos propter fidem, qua, perceptis diuinis rebus, humanam ſapientiam clare prehendimus; non poſſunt non itaq; eſſe optimi conſiliarij, qui ſapientia ad intelligendum, ad agendum animo valuerunt. *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos.* Ideo cum ſanctis ſunt, quia diuinæ ſapientiæ dediti, & quaſi vernaculi Dei, quia facili, conſtantique exercitatione confirmati virtutis. *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum.* Fide legis gratiq, vaticinijſq; ſummæ promiſſionis imbuti, hæc in illa perfecta, & robuſtiori naturæ commendata. *Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in Domino.* Si enim Deus homo fundamentum erat, homo, qui membrum Chriſti myſtice extiterat, non poterat non ab origine omne bonum habere, ſiue igitur extra ordinem vocatus ad exceſſa, ſiue in vita quotidiana, & publica, qui Dei hominis totus erat, non poterat non delubro Dei ſanctiſſimo dedicari. *In quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei in Spiritu Sancto.* Homo enim imago Dei eſt, remedijs, & gratia contra vim morbi valens, & fortis, in hominis mente, ſalus eſt, cuius eſt pro conditione ſua particeps corpus, cum ſanitate, diuinorum bonorum efficientia Deus eſt, qui ſpiritus ſanctus medela hominum certiſſima, ſuauiſſimaq; ad quam omnes, ſiue dediti religioſæ vitę, ſiue Reipublicæ communem amplexi conſcientiam, celebrandam, frequentandamq; conuenimus; non inhumano, nec intolerabili modo, ſed quamuis contra malum ſeuero, pro virtute ſuaui, quare, prudentiſſime, & æquiſſime refert ab illis patribus factum Sigebertus Gemblac. in Chrono. Iſtiuſmodi decretum a Franciæ Epiſcopis datum eſt, ſeruari ſubiectis ſibi populis. Vnus eorum dicit, cælitus ſibi delatas eſſe litteras, quæ pacem monerent renouandam in terra. Quam rem mandauit cæteris, & hæc tradenda dedit populis. Arma quiſq; non ferret, direpta

ceptā non repeteret, ſui ſanguinis, vel cuiuslibet proximi vltor minime exiſtēs, percuſſoribus cogeretur indulgere, ieiunium in pane, & aqua omni ſexta feria ſeruarent, & in Sabbato a carne, & liquamine abſtinerent, ſoloque hoc contenti ieiunio, in omnium peccatorum remiſſionem, nullam ſibi ſcirent aliā adijciendā pœnitentiam, & hæc ſeruare ſacramento firmarent. Quod, qui nollet Chriſtianitate priuaretur, & exeuntem de ſæculo nullus viſitaret, nec ſepulturæ traderet. Alia quoque importabilia, quā plura dedere mandata, quæ oneri viſa ſunt replicare. Hanc mandatorum nouitatem, cum multi cupidi nouarum rerum libentius iuſto amplecterentur, Gerardus Cameracenſis Epiſcopus, qui ſolus Lotharienſium appendebat ad Parochiam Francorum, nullius hortatu potuit adduci ad hæc ſuſcipienda, ſed ſingula capitula refellebat; dicens, genus humanum ab initio trifariam eſſe diuiſum, in orantibus, pugnatoribus, agricultoribus, & vnū duorum, & duos vnius egere auxilio, ideo debere arma ferri, & rapinas reddi pro authoritate legis, & gratiæ, vltorem percuſſi, vel occiſi non exacerbari cogendo, ſed ſecundum Euangelium ei reconciliari, ieiunium in ſexta, vel ſeptima feria, nec omnibus vnum eſſe imponendum, quia non eſt vna omnibus poſsibilitas, nec omnes hoc vno ieiunio contentos eſſe, quia non eſt vna omnium pœnitendi qualitas, hæc Sacramento firmare, vel Sacramenti violationem periurio augere non eſſe vtile, his contradicentes excōmunicari, infirmis viſitationem, vel mortuis ſepulturam negari eſſe deteſtabile, ſufficere authentica patrum decreta, & ſuper his neglectis impoſitum congruenter pœnitentię modum. Egemus enim non ſolum bonis fortunæ, ſed animi etiam, imo magis bene viuendi, quam viuendi cauſa Ciuitas conciliata eſt: præcipue inter Chriſtianos, qui per amorem communem, diuinamq; charitatem viuunt in fide. Diſcipuli enim Chriſti ſunt. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem, & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Nonnè hæc Chriſtiani genere in omni virtutis ſunt? ſimpliciter ergo Chriſtianus eſt Chriſti diſcipulus, propter amorem ſummæ charitatis frater. *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Proximus enim charitate, non gente diffinitus. *Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? at ille dixit, qui fecit miſericordiam in illum.* Impulſu legis gratię amor, quod peccato amiſſum eſt recuperauit.

Luc. 14.

Matt. 18.

Luc. 10.

Matt. 7. perauit. *Omnia ergo quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis, hæc est enim lex, & Prophetæ.* Sed lex, & Prophetæ coniunctissimi iuris inter homines & maximę necessitudinis, er ga Deum, altissimæ reuerentiæ summa ratio est. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, Hoc est maximum, & primum mandatum, secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ.* Ergo genus humanum iuris communione sociatum, seipsum amans, ac si Deum adamaret: quo modo tutissime, eodem beatissime, & sapientissime viuit, nam quid diuinius, quam Duce natura vnius comprehensione præcepti vniuersam summi boni normam absoluisse?

Matt. 22.

Orientius in Commonitorio.

Cumq; ita se solo naturæ munere seruent
Quæ nec consilio, nec ratione vigent.
Quid mirum Domini si iussa verenda secutum
Mutua constringet cura hominis hominem.
Atq; vsu, ingenio, rebus, ratione peritus
Vt sua, quæ tua sunt commoda frater agat?
Hinc venit illa placens merito sententia, nectens
Humanum, pari conditione, genus.
Nec facias alijs, quicquid fieri tibi non uis
Idq; alijs facias, quod tibi vis fieri.

Ad Rom. 13. Singula mandata singulæ sententiæ amoris sunt. *Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuum sicut te ipsum, dilectio proximi malum non operatur, ergo plenitudo legis dilectio est.* Fundamenta Christianæ vitæ eadem ad ciuilem aptissima, quia, vt bonum commune Diuinius, sic in lege nostra locupletius. *Finis autem præcepti, est charitas de corde puro de conscientia bona, & fide non ficta.* Vt eodem religionis proposito, uirtutisque ciuilis, non solum nobis, sed omnibus nati existimemur.

Commoda præterea patriæ sibi prima putare.

Sap. 9. Homo enim creatus propter Imperium, hoc propter uirtutem constitutum est. *Sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ a te facta est, vt disponat orbem terrarum in æquitate, & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet.* Quare Christiano

Matt. 5. præceptum est. *Quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in Regnum cælorum.* Discipulus enim Christi Ciuis Christianus est, & frater, Scribis, Phariseisque

ſeiſque præſtantior, qui maxima charitatis præcepta exequitur, remouet ea, quæ ſunt charitati contraria. Conſilijs ſi non penitus ueſtigio quodam perfectionis, & optima ratione publici ſtatus obtẽperat, quid mirum, ſi princeps conſcientię ueritate, uirtutumq; maturitate, ciuibus, & bene meritis de patria perfugiũt?

Non eſt hic Dominus, ſed Imperator,
Sed iuſtiſſimus omnium Senator,
Perquem De Stygia domo reducta eſt
Siccis ruſtica ueritas capillis.

Martial. lib. 10. Epig. Adulatori.

Quid non pro Rep. non modo in publicis rebus, quarum ſeruus eſt, verum etiam in priuatis, in quibus minime principem deponens, quo liberior, eo flagrãtiſſime optimæ voluntatis in Remp. ſtudia ſignificat, nubet animi emolumento, & boni communis cõmentatione non ſibi, nec alijs indulgens, nã quod Plato in ciuibus, nos in principe deſideramus. Sed vna tandem fit communis ratio nuptiarum, vt quiſque non iucundiſſimum ſibi, ſed ciuitati vtile matrimonium ineat. Effigie expreſſiſſima diſciplinæ Chriſtianæ, integerrimoque amore ſapientiæ malum, ſuſpicionemq; leuitatis excludit. Baſilius Imperator ad Leonem filium. C. 47. Filius enim meus, ideſt Regis terreni, cum ſis, cæleſtis Regis filius per gratiam vocaberis: diuinæ tibi conſanguinitatis dignitatem adipiſcens, & te pro vero Chriſti diſcipulo gerens. *Fratres nolite pueri eſſe ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote.* 1. Ad Cor. 14. Scilicet viri, quorum eſt minimè ſenſu vitijs ſeruire, ſed animo omnes explere virtutes. *Erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum iuſte, & ero dignus ſedium patris mei.* Sap. 9. In pueris nihil malitiæ eſt, quia nihil agunt malitioſe inſtinctu naturæ, viri igitur hac in re pueri futuri ſunt, præcipuæ imperandi, parendiq; ſapientiam adepturi, in honore moderati in contendendo ſapientes, in Conſulendo Reip. conſiliarij potius, quam turbulenti, nam bellis ciuilibus contentionem Reipub. cauſſa fecit. Sylla cum Sulpitio de iure legum, quas per vim Sulla latas eſſe dicebat, Cinna cum octauio de nouorum ciuium ſuffragijs: rurſus cum Mario, & Carbone Sylla, ne dominarentur indigni, & vt clariſſimorum hominum crudeliſſimam puniretur necem. Philip. 8. Vt ciuibus Principũ ſalutaris virtus ſit, quæ pernicioſa hoſtibus.

Hectora Priamidem, animoſum, atq; inter Achillem
Ira fuit capitalis, vt vltima diuideret mors:
Non aliam ob cauſam, niſi, quod virtus in vtroq;
Summa fuit.

Horat. Sermo. lib. 1. Satyr. 7.

Cice-

Digitized by Google

Philipp. 14. Cicero. Quod ſi quis de contentione principatus laborat, quæ nulla eſſe debet; ſtultisſime facit, ſi vitijs cum virtute contendit, vt enim curſu curſus, ſic in viris fortibus virtus virtute ſuperatur. Tu, ſi ego de Repub. optime ſentiam; vt me vincas, ipſe peſſime ſenties? aut ſi ad me bonorum concurſum fieri vi debis, ad te improbos inuitabis? nollem, primum Reip. cauſſa, deinde etiam dignitatis tuæ. Ciues niſi alieni a malitia ſunt, nonne tyranni ſenſu? illa enim ſentina vitiorum eſt. *Erubeſcite ex patre, & a matre de fornicatione, a præſidente, & a potente de mendacio, a principe & a iudice de delicto, a Synagoga, & plebe de iniquitate, a ſocio, & amico de iniuſtitia, et de loco, in quo habitas, de furto, de veritate Dei, teſtamento, de diſcubitu in panibus, & ab obfuſcatione dati, & accepti, a ſalutantibus de ſilentio a reſpectu mulieris fornicariæ, & ab auerſione vultus cognati.* Omnis igitur boni ſpecies ingeneratæ cupiditate virtutis offerenda ciui, quam ipſe arripiet animo, inſtitutiſque perficiet. *De cætero, fratres quæcumq; ſunt vera, quæcumq; pudica, quæcumq; iuſta, quæcumq; ſancta, quæcumq; amabilia, quæcumq; bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.* Qui enim ſemper ſancta, & honeſta cogitat, minime falſa boni ſpecie decipitur, ſed ipſam virtutis formam intuetur, aſsidua meditatio minime bonis actionibus intermiſſa optimus animi conceptus eſt, quo non minus ciuis natura bonus eſt, quam libertate. *Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.* Iſocrates in oratione Areopagitica. Nec enim de Rep. tantum conſentiebant: ſed in priuata quoq; vita ſic alios alij curabant vt, cordatos viros decet, & communitate patriæ deuinctos. Nam & tenuiores ciues adeo non inuidebant ditioribus, ut æque ſoliciti eſſent de magnis familijs, ac de ſuis: exiſtimantes illorũ diuitias ſuas eſſe copias. *Induite vos ergo, ſicut electi Dei ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelã, ſicut & Dominus donauit vobis, ita & vos; ſuper omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.* Deus enim virtutes elegit, quæ bona vniuerſalia ſuo gremio cõſeruãt, quos enim Deus amat, ſanctos efficit. eligitq;, ſanctitatis officia multiplicia ſunt, quibus, dũ bene, & cõmuniter agitur, populus ciuiũ Chriſtianorum delectus demõſtratur. D. Ambroſius. Hic enim Reip. uſus eſt, leges omnibus eſſe cõmunes, atq; obſeruari eas deuotione cõmuni; imo omnes teneri uinculo, non alterius eſſe, quod alius ſibi intelligat, non licere; ſed quod liceat, licere

In Eccleſ. 41.

Ad philipp. 4.

2. Ad Theſ. 3.

Ad Coloſſ. 3.

Lib. 5. Hexam. c. 21.

re omnibus, & quod non licet omnibus non licere. Esse etiam communem reuerentiam Patrum, quorum consilio Respub. gubernatur, commune omnibus urbis domicilium, communis conuersationis officium, unum præscriptum, omnibus unum esse consilium. Quare omnis generis ueterator excluſus, ille præcipue, qui ad discordias tetrior, ad auaritiam immanior, qui fori quæstu pinguis,

clamosi rabiosa fori Senec. in Here. fur.
Iurgia vendens, improbus, iras,
Et verba locat.

Nomine iuris, minime iustitiæ consultus, non, ut ille a laudato uiro laudatus Seruius Sulpitius. Ita ea, quæ proficiscebantur a legibus, & a iure ciuili semper ad utilitatem, æquitatemq; referebat; Neque instituere litium actiones malebat, quam controuersias tollere. *Pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua, & vocati estis in vno corpore, & grati estote.* Intima beneuolentia est, quæ propter spem communis omnibus patriæ cœlestis insita est, quę cum effectrix summi amoris sit, non potest non effectu amoris unum gratissimum corpus efficere. *Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos.* Quid mirum, si nos cum Christo firmauit, & gratię purgauit, & patrię reseruauit? *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, In omni sapientia docentes, & commonentes vosmet ipsos.* Ciuiũ est scire administrationem Reip., modeste parere, prudenter imperare. Nam, ut ait Cicero, qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, & qui modeste paret uidetur, qui aliquando imperet, dignus esse. Nam Theopompus, salutem in eo esse Reipub., quod bene paretur, non, quod bene imperatur aiebat, qua arte bonus Princeps, eadem bonus Ciuis efficitur. In Iulio Capitolino Imperator Gordianus ad Senatum. Post hęc P. C., quędum iter agimus gesta sunt, quę ubiqùe singulis digna sunt actitata, etiam Persas, vt breui multa connectam, ab Antiochensium ceruicibus, quas iam nexas persico ferro gerebant, & reges Persarum, & leges amouimus. Carras deinde, cæteraſque vrbes imperio Rom. reddidimus. Nisiben vsque peruenimus, & si dij fauerint, Ctesiphonta vsq; veniemus. Valeat tantum Misitheus præfectus parens noster, cuius dicto, & dispositione, & hæc transegimus, & reliqua transigemus. Vestrum est igitur supplicationes decernere, nos dijs commẽdare, Misitheo gratias agere. Penes Gordianum imperij nomen, & actionis la-

Cicero. Philip. 9.

Sap. 12.

Ad Colos. 3.

Lib. 3. de legi.

us, penes Misitheum ordinis ratio, iudicijq; sapientia, illa igitur nata ex his, quibus optimus ciuis extitit, qui præstantem principem erudiuit, quare ciuica ars, & regalis virtus coniunguntur.

Claud. Paneg. in 4. Consul. Honor.

Tu ciuem, patremq; geras, tu consule cunctis
Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.

Igitur libertas ciuium, salusq; Reip. attributa sapientiæ. *Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.* Isai. 5. Magno animo incitandi omnes pro contestata, perenniq; causa Reip. *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* Iac. 1. Modus postulandi ad sapientiam consequendam. *Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Perseuerantia de fide benemeretur. *Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur.* Boni mores nihil sine fide proficiunt. *Non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino.* Animus non potest vnus esse virtute, nisi Deo rectus est. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis.* Absq; fide inconstantiæ est efflagitare, non bene de Deo existimat, qui ore petit, animo fallit, inconstanter enim cum summo bono agit, infelix igitur misera mutabilitate damnatur. Ipse omnibus ad iudicandum Ciuis Christianus agens moderatione sapientiæ argumento est. Iac. 3. *Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.* Minime igitur in virtutis labore, nec in actionis constantia deficiat.

Plautus in Trinũ.

Is probus est, quem non pœnitet, quam probus sit, & frugi bonæ
Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant
Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ.

Bonus ciuis in virtutum communicatione versatur. 1. Pet. 3. *Omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles.* Quibus bonus christianus, bonus ciuis est. *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto.* Idem igitur est in optima christiana Rep. bonus vir, & bonus ciuis, quia hic bonus christianus est, quo nihil desiderari maius ab homine potest. *Sed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis.* Benedicere bene precari est. pro Dei enim amore hæreditas Regni cœlestis vna cum charitate, communioneq; Ciuium accipitur; si amore adeundæ hæreditatis conglutinamur, bonorum desiderio copulamur; omnibus igitur bene precari debemus. *In medio fratrũ Rector illorum in honore,*

&

& qui timent Dominum erunt in oculis eius, gloria Diuitum honoratorum, & pauperum timor Dei eſt. Noli deſpicere hominem iuſtum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem diuitem. Magnus & Iudex, & potens eſt in honore, & non eſt maior illo, qui timet Deum. In Eccleſ. 10.

Nam vere illi magni ſunt, qui familiares Dei ſeie religioni dediderunt. Sed vnuſquiſq; vita ſe Deo dicare poteſt, multo beatior ille, qui hoc facit publici honoris dignitate. Beatus igitur ciuis, qui in omnes gradus Reipub., legibus virtutis, & ſanctimoniæ perſuolauit. P.C. de Valeriano Imperatore in Trebellio Pollione. Valeriani vita cenſura eſt, ille de omnibus iudicet, qui eſt omnibus melior. Ille de Senatu iudicet, qui nullum habet crimẽ. Ille de vita noſtra ſententiam ferat, cui nihil poteſt obijci. Valerianus a prima pueritia cenſor fuit. Valerianus in tota vita ſua cenſor fuit, prudens Senator, modeſtus Senator, grauis Senator. Amicus bonorum, inimicus Tyrannorum, hoſtis criminum, hoſtis vitiorum. Hunc cenſorem omnes accipimus; hunc imitari omnes volumus. Primus genere, nobilis ſanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus ſingularis, exemplum antiquitatis. *In ſapientia ambulate, ad eos, qui foris ſunt tempus redimentes, ſermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpondere.* Ad Coloſſ. 4. Opportuno tempore, prudenterq; omnia facienda, ſermo non minus gratus, quam ſapiens, acris in differendo, & minime maleuolentia ſuffuſus. *Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam a malo, & labia eius, ne loquantur dolum, declinet a malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & ſequatur eam.* 1. Pet. 3. Vita enim conſentaneis diligenda eſt, bonum vero in primis naturæ conueniens, non ſolum igitur neceſſarium fugere contraria, ſed etiam perſequi ad naturam accomodata, nec incipere ſolum, ſed progredi, & ad vltimum, peruenire hoc eſt ad Otium cum modeſtia, ad fortunas cum moderatione, ne, vt ſuæ cognitor, noſtræ ſit vates Salluſtius Reipub. Ita, quod in aduerſis rebus optauerant otium, poſtquam adepti ſunt, aſperius, acerbiuſq; fuit. Nãq; cępere nobilitas dignitatem in ſuperbiam, plebs libertatem in libidinem vertere, ſibi quiſq: ducere, trahere, rapere: Ita omnia in duas partes abſtracta ſunt; Reſpub., quę media fuerat dilacerata eſt. Otio negotiũ virtute explicatũ obſtet. *Rogamus vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti ſitis, & veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcipimus vobis, vt honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt & nullius aliquid deſideretis.* Iu Iugur. Qui es animi, bonorum copiam auſpica-

tur, honeſtam ſemper ſolicitudinem reſpicit, laborem penitus neceſsitati anteponit, vt proprijs vnuſquiſque contentus lętetur, alienis non inuideat. Valerius Maximus Eiuſdem vrbis ſanctiſsimum conſilium Areopagus, vbi quid quiſque Athenienſium ageret, aut quonam quęſtu ſuſtentaretur, diligentisſime inquiri ſolebat, vt homines honeſtatem (vitę rationem memores reddendam eſſe) ſequerentur. Charondas Thuriorum ciuium ſuorum legislator, ut corruptores iuuentutis perderet, honeſtisſimę ciuitatis legę, prauę conſuetudinis actionem inſtituit. *Quis miſerebitur incantatori a Serpente percuſſo, & omnibus, qui appropiant beſtijs? & ſic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis eius. Vna hora tecum permanebit, ſi autem declinaueris, non ſupportabit.* Perfugijs non ſolum proprię, ſed etiam alienę uirtutis uita munienda eſt. *Neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines.* Quę otij communis potisſima pignora cum tanti pendenda ſint, Paulus etiam, atque etiam rogat. *Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.* Ciuilis enim ars varia eſt, hos corrigit, illos erigit, omnibus patrocinio eſt, quos inter ſe pudore potius, quam metu, amore ductos, non pęna obligatos, perfectos eſſe curat, vt Liuius de Romanis. Valeria lex, cum eum, qui prouocaſſet, virgis cædi, ſecuriq; necari vetuiſſet, ſi quis aduerſus ea feciſſet, nihil vltra, quam improbe factum adiecit. (Id, qui tum pudor hominum erat) viſum, credo, vinculum ſatis validum legis.

Lib. 2. c. 6.

Diodorus lib. 12.

In Eccleſ. 12.

1. Ad Theſſ. 5.

Lib. 10.

Multitudo minime abſq; ordine ſapientiæ Politicæ. Magiſtratus propter Populum. Scientia, & virtute ciues inter ſe ipſos coniugari. Ciues mininime ingrati, aut leues.

CAP. II.

Marc. 6.

SED qualis ingens multitudo iure ſociata, delecta ordine, exaggerata virtute? *Præcepit illis, vt accumbere facerent omnes ſecundum contubernia.* Vbi multitudo, neceſſarius ordo eſt, quia aliquis vltimus finis, viaq; ad perueniendum ſit, neceſſe eſt; Non eſt enim ſine aliquo fine hominum numerus, qua enim de cauſa

cauſa, niſi propter bonum perſpicax natura, & intelligentiæ capax? maximum igitur dignitate bonum & eſſentia, hominum finis, hoc itaq; dato, modus quoque neceſſarius, cum in hoc adeptio conſiſtat, cuius vniuerſim in animo, & ſelectis medijs ineſt figillatim appetitio, ſi modus, ergo varietas, multæ enim ſunt, magnæq; virtutes vnius finis concordes forma, ſed officio, ſtatuq; multiplices, minime ergo hę fine ordine, quæ propter finem modo diſtinguuntur. *Si totum corpus oculus, vbi auditus? & ſi totum auditus, vbi odoratus?* Multitudo igitur propter virtutem ſpecie illuſtrem, & munere gubernantem in loco ordinis rectiſsime collocata eſt. Præterea ipſa ſapientia politicæ, ratio quædam eſt, vitam hanc mortalem, publicamq; dirigens ad æternam, & cæleſtem, quæ in ciuibus, non minus neceſſaria eſt, ac Principe; neuter enim ſine illa ex humana, & Regia ſe mole recreare poſſit. *Ego autem dixi, forſitan pauperes ſunt, & ſtulti, ignorantes viam Domini iudicium Dei ſui, ibo igitur ad optimates, & loquar eis, ipſi enim cognouerunt viam Domini iudicium Dei ſui, & ecce magis hi ſimul confregerunt iugum, ruperunt vincula, idcirco percuſſit eos Leo de Silua, lupus ad veſperam vaſtauit eos, Pardus vigilans ſuper ciuitates eorum.* Igitur quantum fieri humana arte poteſt, artifex ſalutis noſtræ humanis virtutibus Princeps eſt.

1. ad Cor. 12.

Ierem. 5.

Iam fides, & pax, & honor, pudorque
Priſcus, & neglecta redire virtus,
Studet, apparetque beata pleno
Copia cornu.

Horatius Flac. in Carmi. Secul.

Cuius nocturnæ, & diurnæ cogitationes pro ſummo bono Reipublicæ, omnino ad Deum referuntur, vt quæ ſenſu caduca, æterna ſimilitudine fiant, eodemq; fine ad diuina, & humana, potiſsimiſq; ſpei momentis aſpiretur. *Vnum corpus, & vnus ſpiritus. Sicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.* Vnuſquiſque eodem cum omnibus fine. *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* In ea enim venire poſſumus, quæ per ſimillima, aptaque perſequimur; & quæ propter alia ſunt, non poſſunt non ad illa eſſe modo virtutis congrua, & conuenientia: fieri igitur non poteſt, vt cum nata ciuilis vita propter immortalem, non in illa, ſi recta eſt, notas quaſdam, & veſtigia diuinisſimę patriæ videamus, primum Deo Imp., deinde natura duce. Salluſtius. Neq; aliter quiſquam extollere ſeſe, & diuina mortalis attingere poteſt, niſi omiſſis pecuniæ, & corporis gaudijs, animo indulgens, non aſſentando, neq; concupita

Ad Eph. 4. 1. ad Cor 10.

In orat. de Reip. ordi.

præ-

præbendo, perversam gratiam gratificans, sed in labore, patientia, bonisq; præceptis, & factis fortibus exercitando. Si enim tot virtutes, cælestesque ordines sunt, publici aliqui ciuilis virMatt. 9. tutis esse debebunt. *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* Nam ordines sunt artificum, & magistratuum, nullus enim sine iurisdictione, & artificio, quibus ciues continentur; omnes igitur propter populum esse necesse est. Copiam itaque popularium attendat, qui Magistratibus est commissurus Rempublicam, vt cum non solum potestate, sed etiam numero magistratus omnes ad eandem curam, solicitudinemque concurrant, publicæ causæ, honeste satisfaciãt. Nec sapiẽtię vis malitiæ resistat, nec multitudinem ciuium inertia, nec perpetuam dignitatem, virtus abiecta, nec continuus obediendi seruilis labor imperanLib. 5. Hexam. c. 15. tes, absque temporis lege satisfaciat. D. Ambrosius. Quid hoc pulchrius? Et laborem omnibus, & honorem esse communem, nec paucis arrogari potentiam, sed quadam in omnes voluntaria sorte transcribi. Antiquę hoc Reipub munus, & instar liberæ Ciuitatis est. Sic ab initio acceptam a natura exemplo auium politiam homines exercere cæperunt, vt communis esset labor, cõmunis dignitas, per vices singuli partiri curas discerent, obsequia, imperiaque diuidere, nemo esset honoris exors, nullus immunis laboris. Hic erat pulcherrimus rerum status, nec insolescebat quisquam perpetua potestate, nec diuturno seruitio frangebatur, quia & sine inuidia erat, ordine muneris, & temporis moderatione delata promotio, & tolerabilior videbatur, quę communi cadebat sorte, custodia. Nemo audebat alium seruitio premere, cuius sibi successuri in honorem mutua forent subeunda fastidia, nemini labor grauis, quem dignitas secutura releuaret. Vt Liuius de Romanis. Euentus eorum Comitiorum docuit, Lib. 4. alios animos in contentione libertatis, dignitatisque, alios secundum deposita certamina incorrupto iudicio esse. Tribunos enim omnes Patricios creauit populus contentus eo, quod ratio habita plebeiorum esset, hanc modestiam, æquitatemque, & altitudinem animi, vbi nunc in vno inueneris, quæ tunc populi Sermo. 141. vniuersi fuit. Stobæus ex Sophocle. Paruus enim cum magnis optime agit, & magnus a minoribus prouehi poterit.

Populo enim tantam permisi potestatem, quanta sufficiebat
Nulli honorem, vel detrahens, vel tribuens
Qui vero potentia eminebant, opibusque erant superbi
His præcepi, ne quid præter decorum committerent.

Phocylides in Poema. Admonitorio.

Valido

Valido vero muniui ſcuto vtroſque,
Et neutram partem iniuſte ſuperiorem eſſe conceſſi.

Omne autē re cohærens, ratione ordinatū Reip. ſeruit. *Sed multo magis, quæ videntur mēbra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt, & quæ putamus ignobiliora mēbra eſſe corporis, his honorem abundantiorē circumdamus, & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent.* Egregia corporis humani ſimilitudo eſt, quæ habet aliquod cum membris Regni commercium; lucet enim in illo naturæ bonitas, & ſapientia Dei, quia mutuo partes coitione facta ſibi ſeruiūt, nec ſe deſerūt, ne improuida videretur, aut imbecilla prouidentia, ars igitur ciuilis proxime ad prouidentiam diuinā accedit. *Omnia autem honeſte, & ſecundum ordinem fiant.* Superiores ſint, inferioreſque magiſtratus, vnus omnium maximus Princeps, denique bene morati Ciues, ſed tantus honos virtuti habeatur, vt nihil ordinatum videatur, quod non ſua eſſentia honeſtiſsimū ſit. primum maiorum famā proprijs corroborato, virtutibus. *Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius. Viuo ego dicit Dominus Deus, quia filium, & filiam non liberabunt, ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas.* Igitur virtus dominatur, non ſolum propter eſſentiam regni, ſed etiā propter Chriſtianę gentis dignitatem. Nec propter inopiam ciues e mori virtutem ſināt. Hermoni, Theſſali, egregio ciui, ſed pauperi, ad gerendum Magiſtratum lege lata, lagenam vini menſtruam, & medimnum farinæ dederunt. Donatus de Carolo Magno. Inopes vero, qui virtute, ac bonis moribus præditi erant, ſæpe non modo pecunia iuuit, ſed etiam honoribus manifeſtis affecit: vt vanam eorum opinionem argueret: qui neque honori magno locum, neque virtuti putant eſſe, niſi vbi effuſæ affluāt opes. Sola virtus propter Rēp. ſatis eſt.

1. ad Cor. 12.

1. ad Cor. 14.

Ezechi. 14.

Plutarch. de præceptis politicis.

Si tibi Parthorum ſolium, fortuna dediſſet
Chare puer, terriſque procul venerandus Eois
Barbarus Arſacio conſurgeret ore tiaras,
Sufficeret ſublime genus, luxuque fluentem
Deſide, nobilitas poſſet te ſola tueri,
Altera Romanæ longe rectoribus aulæ
Conditio: virtute decet non ſanguine niti.

Claudia. Paneg. 4. in Conſul. Honorij.

Quare, vt in optima Repub. ſolum virtutis ratio habenda eſt, non ætatis, non diuitiarum, hoc enim eſſet iniquæ, volubiliſq; fortunæ, illud ambitionis, & aut contemptus, aut inſcitiæ virtutum, qvare virtus abſque ætatis præſcripto honorāda, ſine virtute omnis ætas repudianda eſt. Cicero. Itaq; maiores noſtri, vetereſ illi, leges

leges annales non habebant: quas multis poſt annis attulit ambitio, vt gradus eſſent petitionis inter æquales. Ita ſæpe magna indoles virtutis prius, quam reipub. prodeſſe potuiſſet, extincta eſt. At vero apud antiquos Rulli Decij, Coruini, multiq. alij, recentiore autem memoria ſuperior Africanus, T. Flaminius admodum adoleſcentes conſules facti, tantas res geſſerunt, vt populi R. imperium auxerint, nomen ornarint. Quid Macedo Alexander cum ab ineunte ætate res maximas gerere cæpiſſet, nonne tertio, & trigeſimo anno mortem obijt? quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quam conſularis. Ex quo iudicari poteſt, virtutis eſſe, quam ætatis curſum celeriorem, ideo Tacitus de illo ſtatu optimo Reipub. Neque ætas diſtinguebatur, quin in prima iuuenta Conſulatus, ac Dictaturas inirent. Præcipue cum vera nobilitas propter vtilitatem Reipub., famam hominum, memoriam temporum virtus ſit.

Philipp. 5.

Annal. lib.

Tota licet veteres exornent, vndique cera
Atria, nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus,
Paulus, vel Coſſus, vel Druſus moribus eſto:
Nos ante effigies maiorum pone tuorum
Præcedant ipſas illi te Conſule Virgas
Prima mihi debes animi bona: ſanctus haberi,
Iuſtitiaque tenax, factis, dictiſque mereris:
Agnoſco procerem: ſalue Getulice, ſeu tu
Syllanus, quocumque alio de ſanguine rarus
Ciuis, & egregius patriæ contingis ouanti.

Iuuenal. lib. 3. ſaty. 8.

Virtus igitur in optime conſtituta Repub. ſemper matura eſt ad dignitatem. In Flauio Vopiſco de Probo Imperatore. Valerianus pater Gallieno filio, Auguſtus Auguſto. Et meum ſecutus iudicium, quod ſemper de Probo adoleſcente primo habui, & omnium bonorum, qui eundem ſui nominis virum dicunt, tribunatum in eum contuli, datis ſex cohortibus Saracenis, creditis etiam auxiliaribus Gallis, cum ea Perſarum manu, quam nobis Artabaſſes Syrus mancipauit. Te quæſo fili cariſſime, vt eum iuuenem, quem imitari pueris omnibus volo, in tanto honore habeas, quantum virtutes eius, & merita pro debito mentis ſplendore deſiderant. Quæ, condemnata ambitione, meritis magis adiudicantur, & cum optimo Reipub. ordine, & ſapientis Legislatoris mente conſentiunt. Alia Epiſtola de eodem ad præf. prætcum Salario. Auguſtus Mulcio Gallicano præf. prætor. Miraris fortaſſis, quod ego, imberbem tribunum fecerim contra conſtitu-

tum

tum Diui Adriani. Sed non multum miraberis, si Probum cogitas, adolescentem vere probum. Nunquam enim aliud mihi, cum eum cogito, nomen occurrit. Quod nisi nomen haberet, potuit habere cognomen. Nam cum propter facilitatem, necessitatemq; virtutis in Rempublicam ordo introductus sit, hic sine virtute, in primis esse non potest, itaq; cum ordinis partes, virtutis distinctione tantæ sapientiæ sint, ait Paulus. *Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet.* Ad Philem. 1. Nisi aliquid ad rem pertineret, nec ordo fuisset necessarius, nec ordini præcipue virtus necessaria, sane, si tantum effici posset, magnopere laudandum esset. *Certus sum fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam, & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.* Ad Rom. 15. Amor enim impellit, scientia docet. *Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quam, qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi.* In Eccl. 19. Matura fruge disciplinæ, modestiaq; ingenij excellentis factum, quod sapienter noster Aristoteles considerauit, vt pueri non habeant mores infantum, neque puerile iuuenes, neq; viri iuuenile retinerent ingenium, nec denique senes desiperent. Impulsu amoris doctrina libera est, vi sapientiæ salubris, qui valet his virtutibus, quia alterum emendare potest, monere audeat. Stobæus. Serm. 141. *Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, parvulus enim est, perfectorum solidus cibus eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, ac mali.* Ad Hæb. 5. Liquida facilia sunt, quia ætatis teneræ, sed iustitia difficilis est, ergo robusti animi. *Æmulamini autem charismata meliora.* 1. ad Cor. 12. Sed nonne propter debilitatem nostræ naturæ ardua, propter frugem diuina? omnis enim virtus hæc iustitia est, qui enim sæpius vicit habitu victor est, ac natura, qua nihil solidius, atq; constantius. *Neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neq; in occasione auaritiæ Deus testis est.* 1. ad Thessal. 2. Adulatio fraus est, quæ si collega auaritiæ in eos laqueos induit se, quorum ex nullo nemo se vnquam expediuit. *In auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur.* 2 Pet. 2. Dolus enim ad decipiendum nimius sed propter auaritiam atrocissimus, quid infensius generi humano? igitur Christianus cuius frugem temperantiæ odiumque auaritiæ penitus imbibat. Plutarchus. Quãdo turpis paupertas est, non quidem sua sponte, sed vbi socordiæ, intemperantiæ, luxus, iniuriæ est indicium, at in viro temperante, industrio, iusto, forti, Rempub. gerente omnibus consociata virtutibus, animi est insigne magni, & excelsi, neque enim res magnas suscipias sicura te tangat minutarum, In Catone Maiori.

neu multis egentibus opitularis, si multorum sis ipse indigus, est vero compendium ad Rempub. tractandam magnum, non opulentia, sed rebus contentum esse suis, quæ virtus, quod nullam rem superfluam priuatim requirat haud abducit mentem a Republica. Patrimonio magno animus seruit, quomodocumq; seruus indignus Rep. est.

Iuuenal. lib. 5. sat. 14.

Tantis parta malis, cura maiore, metuque
Seruantur: misera est magni custodia census.

Lib 8. de legib. Bene Plato. Ita enim est comparata hominum natura, vt artes, & studia, quæ ad lucrum conducunt, paratissimo animo complectantur, cæteras vero res, omnes aspernentur. Paupertas animi, aut fortunæ comes necessaria virtutis.

Claudia Paneg. in. 4. Consul. Honorij.

Discitur hinc quantum paupertas sobria possit,
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis.
Pauper Fabritius, Pyrrhi cum sperneret aurum,
Sordida Serranus flexit dictator aratra,
Lustratæ lictore casæ, fascesq; salignis
Postibus affixi, collectæ consule messes,
Et sulcata diu trabeato rura colono.

Ad Heb. 13. Sed virtutis christianæ Apex charitas est. *Charitas fraternitatis maneat in vobis.* Frater proximus est, charitas tanquam aduersus se, sic aduersus omnes, vt fratres, quia nihil cum ipso præter se possit esse coniunctius. *Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis.* Illi Deo placuerunt, quia ex ijsdem radicibus charitas, & hospitalitas nata est, si enim ius hospitij gentibus sacrum propter prædicationem humanitatis, hæbreis verendum propter memoriam Lot, nonne Christianis religiosum propter vicem charitatis, monumentumq; spiritus sancti? & si Deo propter diuinos spiritus, ministeriaq; prouidentiæ, hospitij officium humanissimum placuit, nonne Christiani prouidentiæ partes charissimæ sumus, semper virtute, nonnunquam etiam plurimarum rerum egentes vsu? *Mementote vinctorum, tanquam simul vincti, laborantium, tanquam, & ipsi in corpore morantes.* Omnes enim in his inclusi compagibus corporis, liberi quidem, nisi turpitudini, & flagitio paremus, sin seruitus patrij peccati, ad illam peccati nostri durissime accumulata est, nostra sūmæ seruitus diminutionis est, quare cum ægri laboribus, ad plures sæpissime obiecti, nonne erga similes benigni? si enim vitæ, quia labor quidam est, subueniendum putamus? quanto magis ijs, quorum corpora defatigatione ingraueſcunt Demosthenes. Sicut igitur vniuscuiusq; nostrum

parens

parens eſt aliquis, ſic vniuerſæ ciuitatis communes parentes ciues vniuerſi exiſtimandi. Prædicanda ſummopere charitas Pauli, qui exceptis cruciatibus corporis, ad ſummam virtutem, & tranquillitatem animi hominibus diuinam gratiam optauit. *Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, ſed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis, & ego ſum, exceptis vinculis his.* Quibus ne initijs tantæ virtutes excitatæ? *Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Conſcientia propter diuinæ rationis innatum lumen, bona, malaq; diſcernimus. Cum igitur in virtute gloria inſit, conſcientia, quæ rationis particeps eſt, gloriæ quoq;, & laudis eſt capax. Trebellius Pollio de Claudio Imper. Adulator igitur Senatus, Adulator Populus Romanus, adulatrices exterę gentes, adulatrices Prouinciæ: ſiquidem omnes ordines, omnis ætas, omnis Ciuitas, ſtatuis, vexillis, coronis, fanis, arcubus, bonum Principem aris, ac templis honorauerunt. Intereſt eorum, qui bonos imitantur Principes, & totius orbis humani intereſt, cognoſcere, quę de illo viro Senatus conſultu ſint condita, vt omnes iudicium publicæ mentis agnoſcant. Igitur cum probatiſſima teſtimonia ſint maximæ auctoritatis, quid maius illo, quod ſolus ipſe te ipſum tacitus recognoſcens, ablato pudore externo, euulſo animi affectu, intime, nec odio, nec gratia, de naturæ, & Dei ſententia iudicaſti. Salluſtius. At Catoni ſtudium modeſtię, & decoris, ſed maxime ſeueritatis erat, non diuitijs cum diuite, nec factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat: eſſe, quam videri bonus malebat. Itaque, quo minus gloriam petebat, eo magis illam adſequebatur, nonne plus eſt? *Per infamiam, & bonam famam.* Vt Fabius Maximus in Plutarcho. Atqui pro patria haud turpe fuerit timere, at expaueſcere ad hominum opinionem, calumnias, & opprobria, non tanto digni imperio viri, ſed ſeruientis eſt illis, quibus imperare ipſum, & male conſultos deceat reprimere. Liuius. Tum Ahala Seruilius Tribunus militum tacuiſſe ſe tamdiu ait, non quia incertus ſententiæ fuerit (quem enim bonum ciuem ſecernere ſua a publicis conſilia) ſed quia maluerit collegas, ſua ſponte cedere autoritati Senatus, quam Tribuniciam poteſtatem aduerſus ſe implorari paterentur. Tum quoque ſi res ſineret, libenter ſe daturum tempus ijs fuiſſe ad receptum nimis pertinacis ſententiæ, ſed cum belli neceſsitates non expectent humana conſilia, potiorem ſibi collegarum gratia Rempub. fore; Nicias in Thucidide. Atq; e-

Act. 26.

2. ad Cor. 1.

In Catilina.

2 ad Cor. 6.

Lib. 4.

Lib. 6 Hiſtor.

go quidem ex huiuſmodi re,& imperio,quod mihi defertur,honorem conſequor, & meo ipſius corpori minime omnium timeo, quanquam exiſtimo pariter illum quoque bonum eſſe ciuem,qui,& ſibi ipſi,& ſuis fortunis proſpicit, itaut temere ſeſe periculis non obijciat, nam huiuſmodi vir, qui ſuam rem priuatam ſaluam cupit,idem,& Rempub.,quæ ex priuatorum rebus, conſtat,ſua opera, ſaluam eſſe volet, verum vt, ne vnquam ante propter honores mihi delatos quidquam aliter,quam ſentiebam dixi,ſic nec nunc quidem alia dicam,quam quæ optima eſſe ſentio.Syd. Apollin. De Marcellino.

In Carm. 22.

Qui verax nimis, & nimis ſeuerus
Aſper crederis eſſe neſcienti.
At ſi te bene quiſpiam probauit,
Neſcit quod velit ipſe iudicare,
Nam nunquam metuis loqui quod æquum eſt.
Si te Sylla premat, ferusque Carbo,
Si triſtes Marij, truceſq; Cinnæ,
Et ſi forte tuum caput, latuſque
Circumſtent gladij triumuirales.

Ioan. 3. Perſeuerãtia cõſcientiæ obſides virtutes habet,propter perpetuã voluntatem. *Si cor noſtrũ nõ reprehendet nos, fiduciã habemus ad Deũ.* Quid magis ratione abſonũ illa inconſtãtia, quę in pueris ętatis, Matt. 11. in viris putida eſt. *Similis eſt pueris ſedẽtibus in foro, qui clamãtes cęqualibus ſuis dicunt, cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, lamentauimus & non planxiſtis.* Ne aut ingrati, aut leues. *Nolite tranſire de domo in* Luc. 10. *in domum.* Conſtantia virilis laus, efficienſq; rerum virtus. 1. ad Cor. *Vnuſquiſq; in quo vocatus eſt frater, in hoc permaneat apud Deum.* Si-7. ne quo nulla ſtabilitas, quia ipſe vltimus hominum finis eſt, origo, proceſſus, firmamentumq; virtutum. *Nam ſi quis exiſtimat* Ad Gal. *ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit ipſe ſe ſeducit, opus autem ſuum probet vnuſquiſq; & ſic in ſe met ipſo gloriam tantum habebit, & non in altero.* Quid de te iudicandum ſit,alij videant. Nemo ſapiens animi ſui ſuo potius amore,quam,iudicio confidit, manifeſto igitur falleris,ſi te aliquid eſſe ducis,ſi vero ob aliorum exiſtimationem aliquid eſſe te ipſum exiſtimas, aliorum illa, non tua exiſtimatio eſt,non eſt,igitur aliquid tui,ſed alieni,igitur quantum ad te attinet nihil eſt, ſi igitur ex aliorum exiſtimatione concepit ſuæ propriam virtutis ſententiam, ſe ipſum experiatur, inueniet ſui cognitionem gloriam eſſe,non fallacem opinionem hominum. Prouer. 22. *Melius eſt nomen bonum,quam diuitiæ multæ.* Dictum pro debitis officijs,

officijs, non pro noſtræ propria exiſtimatione virtutis. Otioſorum ciuium leuitas ſuperuacanea, interdum ſtultiſſima, merito ab illo legislatore iudicatione ignominiæ ciuitate mota. *Athenienſes autem omnes, & aduenæ hoſpites ad nihil aliud vacabant, niſi autdicere, aut audire aliquid noui.* Popularis enim leuitas facilis. *Concitauerunt autem plebem Principes ciuitatis audientes hæc, & accepta ſatisfactione a Iaſone, & a cæteris dimiſerunt eos.* Eſt ne populus, qui colore aliquo totã ſeruitutẽ ferre poſſit? ironice ſapiens illos, qui ſimili ſcelere populos attentarent, vituperauit. *Quoniam multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor.* Non enim patientiæ erat, ſed ſtoliditatis, factionum, pertinaciæ. *Libenter enim ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes, ſuſtinetis enim, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit.* Hæc vitia boni ciues execrantur, malos fugiunt propter Remp. non oderunt propter charitatem.

Act. 17.

Act. 17.

2. Ad Corint. 11.

Iure naturæ vectigalia neruos eſſe Reipublicæ Quantum hac in re Chriſti exemplum. Tributum onus eſſe, proinde non niſi neceſſarium Regno imponendum, pro eleemoſinæ ſufficere Principi, ſi ſe nouis tributis abſtineat, quomodo æqualia, et iuſta. Aere publico Principem aldum eſſe.

CAP. III.

LEX ciuibus opes imperij componuntur. *Quæ ſunt Cæſaris Cæſari.* Principum ergo tributa, quia vnicuiq; ſuum eſt, quod ſui iuris eſt. Sed ſine illis maieſtatis ius ſtare non poteſt. Cum ergo hoc potiſſimum principis, non poſſunt non tributa eius eſſe, cuius eſt publicæ rei rationem reddere, tum armis, tum iuſtitia, moleſtijs, laboribuſq; humanis occurere, pro tributis naturæ lex. *Alter alterius onera portate.* Vniuerſum onus omnes alleuabunt, quia & alter alterum iuuat, & fert pro altero onus alter, qui enim natura coeunt, non poſſunt non mutuis adiumentis naturæ conſiſtere. *Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea, quæ aliorum.*

Marc. 12.

Ad Galat. 6.

Ad Phil. 2.

Digitized by Google

Ad Philipp. 2. *aliorum*. Illa exigua ſunt, hæc magna, pro vberrimo igitur maximarum rerum compendio publico, priuata in Rempub. expenſa tenuiſſima, nonne cernis quantum pro boni publici amore Chriſti exemplum? Ipſe Rex fas eſſe duxit, Imperatori publica exequenti munera imperij, eſſe ſubſidio, cum enim in Prouincia Populi Romani ætatem degeret, quod ipſe, ſi regnare voluiſſet, ab alijs exegiſſet, minime voluit ab officio Vicario ſubtrahere, ideo in Iuuenco.

Euangel. Hiſt. lib. 3. *Sed ne quem lædam, præceptum ſuſcipe noſtrum.*

Noluit enim cum de re, vtilitateq; ageretur, de immunitate Petri, & ſuo Regno diſceptare; ſed vigilanti Imperatori oportere, ne minimam quidem ad eleuandum nimium onus earum rerum partem deeſſe, pro quibus cogitationes ipſe, ſolicitudineſq; imperij ſuſciperet. Ille in Tacito. Nam neq; quies gentium, ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt. Non igitur ſummus Rex Imperatori, ſed publicæ rei cedebat, quod ſuam retinens dignitatem optimi Regis fecit exemplo. *Cui tributum tributum, cui veſtigal veſtigal.* Iuſtitiæ hoc eſt, non ſeruitutis. *Ideo, & tributa præſtatis.* Acerbitas imperij longe a charitate iuſtitiæ, cuius non eſt improbe exhaurire Rempub., ſed bene, & ſuauiter ſuſtentare. Caſſiodorus. Diſciplina videlicet imperãdi, eſt amare, quod multis expedit, quoniã Reſpub. nimium ſoliditatis accipit, ſi tributariorum facultas illęſa conſtiterit. hoc eſt, pauperum, vt Liuius. Salis quoq; vẽdendi arbitriũ, quia impenſo pretio venibat, in publicum omni ſumptu ademptum priuatis, portorijs, quoq; & tributo plebe liberata, vt diuites conferrent, qui oneri ferendo eſſent, pauperes ſatis ſtipendij pendere, ſi liberos educarent. Itaque hæc indulgentia patrum, aſperis poſtmodum rebus in obſidione, ac fame, adeo concordem ciuitatem tenuit, vt regium nomen non ſummi magis, quam infimi horrerent, nec quiſquam vnus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam tum bene imperando vniuerſus Senatus fuit. Sed moderatio prouincialis omittenda non eſt. Plinius maior. Sed prẽter alia equidem miror, Populum Romanum victis gentibus in tributo ſemper argentum imperitaſſe, non aurum. *Viſum eſt enim ſpiritui ſancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria.* Tributum onus eſt, quia ſanguis populi eſt, ſanguinem nemo emittendum dicet, niſi ſalu i neceſſarium, Curatio hoc facit, non libido. *Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem.* Quia publici ſubſidio res priuata firmatur.

Tacit. lib. 4. Hiſtor.

Ad Rom. 13.

Li. 5. ep. 9

Lib. 2.

Lib. 33. c. 3.

Act. 15.

Prou. 30.

tur. Si enim præter neceſſarium ſanguis reſiduus extrahitur, ad tenuiſſimum ſpiritum vita reducitur, quotidianiſq; vulneribus conciſum corpus, & exangue iaceat neceſſe eſt. Seneca. Neceſſarijs rebus exilia ſufficiunt, ſuperuacuis nec regna. Principem, imo carnificem Ciuium ſanguine redundantem, teterrimeq; nerues patriæ cędentem, Spiritus Sanctus non feret, qui eos, qui in ſummam bonitatem commiſerunt, & potiſſimum eos, qui in ipſum multo grauiſſime, nefarieq; hoſtili gentis humani odio flagrarunt, vindicabit, quare Spiritus Sanctus, & illi optimi viri, cum de onere tractaretur, minime, decreto interpoſito, neceſſitatis fines tranſire voluerunt. De Capſa. Salluſtius. (Eſt enim omnis Ciuitatis) Leui Imperio, & ob ea fidelisſimi habebantur. De conſolat. ad Heluid. In bello Iugur.

Qui vult amari, languida regnet manu,
Inuiſa nunquam imperia retinentur diu.

Senec. in Thebaid.

Onus enim ſalutare, ſi neceſſarium, quia ſine illo viui non poteſt, nam & ad vires, & ad ſalutem, non ſemper dulcis, amara quandoq; medicina neceſſaria eſt, ſed quia fieri non poteſt, vt non onus graue ſit, quod habet ſalutis poſtulato naturę, rationiſq; neceſſarium, mortis habet, ſi ſuperfluat. Cicero de Quinto fratre. Quantum vero illud eſt, beneficium tuum, quod iniquo, & graui vectigali ędilitiorum, magnis noſtris ſimultatibus Aſiam liberaſti? Igitur cum pro incolumitate imponendum, ſi haud dubie nimium, neceſſario oppoſitum, intolerandum, igitur Spiritui Sancto contrarium, minime igitur vectigal te, ſed carnificina delectat. *Principes eius in medio eius, quaſi Leones rugientes, Iudices eius lupi veſpere non relinquebant in mane.* Quare Deus in illos iuſtisſimus vindex. *Quoniam exquirens ſanguinem eorum recordatus eſt, non eſt oblitus clamorem pauperum.* Contra imitatores Spiritus Sancti ęquisſimi Principes, qui ſe ab anima Ciuium abſtinuerunt. *In multitudine populi dignitas Regis, in paucitate plebis ignominia Principis.* Sidonius Apollinaris ad Maioranum Imper. Epiſt. 1. lib. 1. Sopho. 3. Pſal. 9. Prouerb. 14.

Has ſupplex famulus preces dicauit,
Reſponſum operiens pium, ac ſalubre,
Vt reddas patriam, ſimulq; vitam,
Lugdunum exonerans ſuis ruinis,
Hoc te Sidonius tuus precatur,
Sic te Sidonio recocta fuco
Multos purpura veſtiat per annos,
Sic luſtro imperij peremnis acto

In Paneg. 10.

Quin-

Quinquennalia fascibus dicentur.

Quamuis.n. non alia eleemosyna,quam huius innocentię prędicabili commemoratione lauderis,maximus es,quisquis eris Reipublicæ parens, largus in pauperes, qui neminem acerbo edicto exactionis pecuniæ, aut alia sumptus iniuria,patrio solo sine crimine in perpetuum,aqua interdictum,& igni excedere coegisti, cui simillimum diuinæ patriæ Regnum,animorum vi, ciuium copia,virtutum, & artium splendore, non solitudine locorum squallidum, auaritię emissarijs, excursoribusq; crudelitatis infame, miserorum clamantium querelis flebile, fataleq; miserijs. *Leo rugiens, & vrsus esuriens. Princeps impius super populum pauperem.* Inter causas interitus regnorum,hæc atrocissima. *Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & concidernnt sicut in lebete, quasi carnem in medio ollæ, tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis.* Saluianus in libris de prouidentia. Iam vero illud cuiusmodi,aut quam graue,genere quidem dispar, sed iniquitate non dispar, nisi forte in hoc dispar, quia maius. Proscriptiones dico Orphanorum, Viduarum afflictiones,pauperum cruces:qui ingemiscentes quotidie ad Deum; finem malorum imprecantes, & (quod grauissimum est) interdum vi nimiæ amaritudinis,etiam aduentum hostium postulantes: aliquando a Deo impetrauerunt, vt euersionem tandem a Barbaris in commune tolerarent, quam soli ante a Romanis toleraverant. Nonne amandati populi acerbæ responsionis dolore,feritate Regis experta, exinanniti tributis. Vehementissime contra Roboam? *Non est nobis pars in Dauid neq. hæreditas in filio Isai, reuertere in Tabernacula tua Israel.* Diuus Hyeronimus. Talis fuit Rex iuuenis Roboam filius Salomonis, qui secutus est iuuenum consilia: Non quod ętate esset iuuenis,sed sapientia: alioqui quadraginta,& amplius annorū regnū accepisse narratur, & e contrario Salomon duodecim annorum erat, quando suscepit imperium: & quia habebat sapientiam, propterea non est appellatus iuuenis. D. Thomas. *Alij* scilicet Reges *Diuidunt propria.* Subiectis. *Et ditiores fiunt.* Contra Tyranni. *Rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Quare si nō audeant homines, Deus hostis inuadit. *Propter miseriam inopum, & gemitum pau-*

Prou. 28. Micheę, 3.

Lib.7.

2. Reg. 20. Com.lib. 2.cap.4.

De Reg. Prin. lib. 1.c. 10. Prou. 11. Psal.11.

pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. Imperator triumphans. *Eripiens inopem, de manu fortiorum eius, egenum, & pauperem a diripientibus eum*. Boæthius Hiſtoricus in Scotorum Hiſtoria. Mogallus Rex, vti eſt memoratum imperij initio inter clariſſimos reges, iure connumerandus, in fine, nec imperio, nec vita dignus omnium iudicio; qualem diximus exitum eſt conſecutus. Sed nec Conaro filio eius, qui poſt eum regnauit, multo melior fuit vita, nec lætior fortuna. Si quidem parricidio regno potitus (ſubornauerat enim clam in patris cædem percuſſores) Flagitia, quibus deditiſſimus erat, principio imperij diſſimulauit. Inde ſtabilito ſibi regno, vectigalia publica, & priuata regios ad ſumptus deſtinata, infami luxu turpiſſime profudit: viliſſimos etiam quoſdam, & omni infamia aſperſos, qui (vt fieri ſolet) corruptos eius mores laudibus extollebant, virtutemq; ſi quam ſimulabat, detellabantur, amplis prædijs donauit, & opibus. Horum ductu, poſt habita maiorum, prudentiorumq; regni ſententia, rei ſummam adminiſtrabat: deliciarum vſum contra patrium ritum inducere conatus, neglecta patrum diutiſſime vſitata parſimonia. Cumq; regias facultates non vno infamiæ genere corroſiſſet, facto primorum regni conſeſſu, vbi longa, & omnibus tædioſa oratione, multa de Regiæ familiæ ſplẽdore, & multitudine, conuiuiorũ elegãtia, frequentiaq; epularũ, & vario menſarũ apparatu, perinde, atq; his magna infuiſſet virtus, cũ haud parua eſſent ſeruitutis pars, gloriando prædicaſſet, quod regij prouentus, reditusq; minime ad ea ſuffeciſſent, petijt cenſum agi: vt viritim, vndiq: per regnum facultatum habita ratione, ad ſuos penderetur ſumptus. Reſponſum a maioribus ſeſe haud poſſe, aut debere, in tanta re, populo in eum vſq; diem incognita, acceleratam ferre ſentẽtiam, quippe ad quam maturo opus eſſet conſilio: poſtridie ſeſe eodem affuturos loco, & quid ſentirent reſponſuros; ſecuta nocte, ſecreta inter maiores aguntur cõſilia, regis capiendi, conijciendi in vincula, regnoq; & omni honore abdicandi apparitoribus ad hoc deſtinatis, id flagitioſam eius vitam, omniq; infamia refertam expoſcere. Poſtero die dato pro moribus denuo conſeſſu, eorum quidam, cęteris annuentibus ad regis poſtulata, in hunc reſpondit modum. Maiores, & qui optimi eſſent ſcotorum gẽtis haud ſatis demiratos regias facultates, Conaro, quieto otio rei ſummam adminiſtranti, haud ſuppetere ad ſumptus, quibus permulti Reges, bello, & pace clariſſimi, frequentibus agitati belli, antea contenti, magna omnium cum beneuo-

Pſal. 34. Lib. 5.

uolentia, ſummam exercuiſſent poteſtatem. Caldum regem patriæ aſſertorem: cui ad militum vſum in bello vrgentibus hoſtibus, magno, atq; perpetuo opus fuit commeatu, nunquam vel vrgentibus extremis, cenſum egiſſe, haud ignarum, quam populo cenſus foret odioſus. Verum non eandem Conaro regi, quæ olim Caldo fuit, publici regiminis formam eſſe. Caldum enim optimorum conſilio, vt publicæ adminiſtrationi accuratius incumberet, omne voluptatum genus a ſe, ſuiſq; militibus ablegaſſe: multis vigilijs, laboribuſq; impendiſſe operam patriæ tutandæ & hoſtes inde propellendi: lixas, calones, lenones, meretrices, caupones & quicquid ad effæminandos animos faceret, a ſuo prohibuiſſe exercitu. Illum contra, voluptatibus immerſum, cauponum, meretricularum, lenonumq; ſentina, cum illaudatis alijs numero longe amplisſimo, toleratu difficillima, veluti delitijs ſummis, delitescere. Horum auſpicijs, quæ a primis ardua eſſent regni negocia tranſigere: eoſq; opibus, & prædijs donatos, ſumma ope anniti, nobiles, plebeioſq; fortunis exuere: & poſt multa grauamina excogitaſſe cenſum, rem Scotorum genti inſolitam, & inuiſam, regemq; illius inſtituiſſe exactorem: vt penes eos tandem, omnium forent opes. Sed fallendos illos tandē, & opinione, multos vti iam annos, pleriſq; contumelioſe illuſerint, illudendos: ducendoſq; in eum ſtatum, in quo deinceps cenſu non indigeant: in altisſimas videlicet cruces ob tanta, tamq; deteſtanda ſcelera, publicatis bonis erigendos. Regem autem Conarum communi decreto, firma cuſtodia detinendum: ſummamq; poteſtatem fore penes eos, quos patres ad id deſtinauerint: donec aliud de publica regiminis forma ſtatuiſſent; futurum id mortalibus exemplum, quam ſit temerariū, ſordidi generis, aut obſcuræ originis viros, regia abuti authoritate, & quā impium Regi, ſibi, ſuiſq; eſſe iniurium. Tu, qui ſanguinem innocentium deguſtaſti, & vehementer ſtomachatus, tyrannidis virus euomis, nec deſperatisſimi populi contumelias, nec tui ſimilium principum ſupplicia, nec Spiritum Sanctum ſubiraſcentem effugies. *Ecce ego ipſe ſuper Paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltra non paſcant gregem, nec paſcant amplius Paſtores ſemetipſos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in eſcam.* Sine Regno, ſine liberis extincto nomine, ſolum futuræ memoriæ indignitati reſeruatus. *In Laqueo ſuo humiliauit eum, inclinabit ſe, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.* Spectris tyrannidis, non deſertisſimo regno excitatus.

Ezechiel. 34.

Pſal. 9.

tatus. *Habitabit in Ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.* Quia verisimũ est. *Non tu radicem portas, sed radix te.* Si Christianus es, facito, vt possis imitari: Eusebius de Constantino. Nam cum annua ei tributa agrorum nomine penderentur, quartam his detractam partem agrorum possessoribus donauit, vt annuam detractionem ad calculum reuocanti, facile appareret, frugum Dominos, quarto quouis anno a pendendo tributa fore liberatos, id quod etiam lege firmatum, & in omne reliquum tempus stabilitum, non viuentibus solum, sed etiam eorum liberis, & successoribus indelebilem, & perennem beneficentiam præstitit. Diuus Ambrosius de Theodosio magno. Nihil, inquam, speciosius ei in mortẽ seruatum est, quam quod immane quantis promissa annonarum exigendarum relaxatio, dum moratur, facta est successio eius indulgentiarum hæreditas, vt ille, qui voluit impedire, sibi odium fecerit, Theodosio tamen tantæ cumulus gratiæ non sit ademptus. Ausonius de Gratiano. Vel illud vnum cuiusmodi est, de condonatis residuis tributorum? quod tu quam cumulata bonitate fecisti. Quis vnquã Imperatorum hoc Prouincijs suis, aut vberiore te indulgentia dedit, aut certiore securitate prospexit, aut prudentia consultiore muniuit? Fecerat, & Traianus olim, sed partibus retentis, non habebat tantam oblectationem concesſi debiti portio, quanta suberat amaritudo seruati, & Antoninus indulserat, sed imperij, non beneficij successor, inuidit: qui ex documentis, tabulisq. populi, condonata repetiuit. Tu argumenta omnia flagitandi, publicitus ardere iussisti, videre in suis quæque foris omnes ciuitates conflagrationem salubris incendij. Ardebant stirpes fraudum veterum: ardebant seminaria futurarum. Diuus Ambrosius de Valentiniano iuniori. Quid de amore prouincialium loquar, vel quo eos ipse complectebatur, vel qui ab ijs consulto ri suo rependebatur, quibus nihil vnquam indici passus est? Præterita, inquit, non queunt soluere, noua poterunt sustinere? Ex hoc laudant Prouinciæ Iulianum. & ille quidem in robusta ætate, ille in processu adolescentiæ. ille plurima reperit, & exhausit omnia: iste nihil inuenit, & omnibus abundauit. Insignia hæc sunt Christianæ religionis, vt pietate erga Deum, sic munificentia erga populares excelluisse, neque ijs crede, qui se nomine religionis iactant, re nihil elaborant, quasi sub furto Christiani nominis latere potuissent, qui minime populo cauent, qui otij concordiæ se, populiq. commodorum minime patronos profitentur.

Iob. 15.

Ad Rom. 11.

Lib. 4. c. 2.

In Conc. de obitu Theodos.

In Gratiar. Actio.

In Conc. de obitu Valent. Imper.

Lib. 1. de conſ. Philo. Proſ. 4.

Boæthius. Prouincialiũ fortunas, tum priuatis rapinis, cũ publicis vectigalibus peſſundari, nõ aliter, quã, qui patiebantur indolui. Cyrus Maior Patriæ parens appellatus, quod nullum tributũ a Perſis exegit. Si forſitan te aliqua sũma ratio ad aliquã nouitatẽ

Herod. lib. 3

impulit, diligẽs tabulas circumfer, attentus circumſpice, quid vnuſquiſq; sẽtiat, quid probet, quid ad Principẽ deferat, vt neceſſitas ipſius voce ſalutis, & prouidentiæ moderatione ſtatuiſſe videatur, ſit ante oculos ſentẽtia Senecæ. Sub optimo Rege omnia Rex Imperio poſſidet, ſinguli Dominio. *Non enim, vt alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate.* Onus enim non iã neceſſarium, cum vnus ſuſcipit, quod alij recipere debuiſſẽt, modo itaq; peccatur iniurioſiſſime, vnicuiq; vectigal propter ærarij neruos neceſſarium, tantum enim, quantum dẽdit, fortunæ, ſecuritatis, & quietis obtinuit, ſi pro multis ipſe ſolus premitur, non ipſi iam neceſſarium, ſed noxium, quia gemit, peritq; cum ipſe cenſum extenuet, alij augeant. Saluianus in libris de

Lib. 5.

prouidentia. Ecce enim remedia pridem nonnullis vrbibus data, quid aliud egerunt, quàm vt cunctos diuites immunes redderent, miſerorum tributa cumularent: vt illis demerentur vectigalia vetera, iſtis, vt adderentur noua: illos, vt etiam acceſſio minimarum functionum locupletaret, iſtos, vt acceſſio maximarũ affligeret? Illi, vt eorũ, quæ leuiter ferebant imminutione diteſcerent: iſti, vt eorum, quæ etiam ferre non poterant, multiplicatione morerentur: ac ſi remedium illud alios iniuſtiſſime erigeret, alios iniuſtiſſime necaret: alijs eſſet ſceleratiſſimum præmium, alijs ſceleratiſſimum venenum. Quod igitur neceſſarium Reipublicæ, omnibus quoq; ſit iuſte diſpertitum. Plinius ad Tra

In Pan.

ianum. Fruſtra Princeps plebe neglecta, vt defectum corpore caput, nutaturumq; inſtabili pondere tuetur. Non his nimium, leue alijs, propter æqualitatem enim appellata iuſtitia, cuius arbitrio, priuilegia ſanguini alieno impoſita, ne irroganto, priuata condonanto, publica continento, moderatio hæc ſumma virtus eſt principis.

victura feretur
Gloria Traiani, non tam quod Trigide victo
Noſtra triumphati fuerat prouincia Parthi,
Alta quod inuectus ſtratis capitolia Dacis,
Quam patriæ, quod mitis erat.

Claud. Paneg. in 4. Conſ. Honorij.

Contra Tyranni. *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere.*

Matt. 23.

Naturæ

Naturæ enim ordine pars ad totum eſt, quod natura, quadam ne ceſsitate, lex iubendo, vetandoq; efficit; oportebat enim inferiorem partem, ſuæ conſeruationis cauſa, ſuperiori ſeruire, & ad ipſam innata appetitione moueri; nam per ſe expetitur, quod præſtantius eſt; ergo, ſi cum ſupremo coniungeretur, præſtantiq; finis, vtilitatiſq; debitæ particeps fieret, ſi enim in vniuerſi gubernatione, ordinem ſapientiæ contemplemur, erit more ſtabilitum, iure ſancitum, quicquid ciui boni communis cauſa præſcribitur, & pro rerum præſentium vtilitate iubetur; quare vectigalia nerui appellata Reipublicæ; exanguis enim eſſet, enerniſq; niſi Princeps iuſte, & ſapienter partes ad vltimum finem, boni communis ergò direxiſſet, obtemperet ergo Principi Ciuis ob vtilitatem, quæ tanquam a capite per membra deriuata diffunditur; ob naturam, optimo enim obedire per ſe expetendum, ob conſcientiam, nam, quæ ſumma ratione prouidentiæ diffiniuntur, obnoxios grauiſsimis æterni reatus pœnis obligarunt: grauiter enim detrimento boni exempli, publici incommodo boni peccatur. Illa etiam Principis temperantiæ conceſſa. *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis paſcit gregem, & de lacte eius non manducat?* Chriſtiane regieq;. Optimum autem, & in priuatis familijs, & in Rep. vectigal duco eſſe parſimoniam. Lampridius de Alexandro Seuero. Imitati ſunt eum magni viri, & vxorem eius, matronę pernobiles. Aulicum miniſterium in id contraxit, vt eſſent tot homines in ſingulis officijs, quot neceſsitas poſtularet: ita vt annonas, non dignitatem acciperent fullones, & veſtitores, & pictores, & pincernæ, omnes caſtrenſes miniſtri, quemadmodum peſtis illa inſtituerat: ſed annonas ſingulas, vix binas, & cum argentum in miniſterio plus ducentis libris non haberet, nec plures miniſtros, argentum, & miniſtros ante quando poſcebat, accipiebat ab amicis: quod hodieq; fit, ſi præſtatur a præfectis abſente Imperatore. *Ei autem qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitũ.* Iuſtitiæ eſt debere, gratię donare, ſed ei qui tibi in re neceſſaria ſeruit, iuſtiſsime debes, vt ſis priuatim beatus, opus illo tibi eſt, qui te publice, beneq; gubernet. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus?* Alendus igitur, qui graui Reipublicæ opera, vtiliq; perfungitur, æſtimatione autem laboris, & precio commodi publici reddit, quod accipit.

1 ad Cor. 9.

Ad Rom. 4.

1. ad Cor. 9.

De:

De prudentia ciuis. Poteſtatem a Deo eſſe. Igitur Principi obediendum propter Deum. Pro Republica precationes faciendæ. A Ciue euangelico, quamuis vix fieri poſsit, vt eueniat, malum Principem tolerandum.

CAP. IV.

SED iam ciues ad aream virtutis ciuilis accurrant, benigneq; audiant Apoſtolum. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas, niſi a Deo, quæ autem ſunt a Deo, ordinata ſunt, itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt, nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali: vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt, tibi in bonum. ſi autem malum feceris, time, non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram, ei qui malum agit; ideoq; neceſsitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes, Reddite ego omnibus debita: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* In quibus formam, tanquam faciem Ciuilis prudentiæ vides: non poteſt non itaque Ciuis eſſe ſubiectus, ergo ad hoc, eſt aliqua ratio neceſſaria, ergo hæc a Deo eſt: Non enim, niſi poteſtate, ratio parendi, & imperandi potuit expediri, ſed hæc ratio a Deo neceſſaria eſt, ergo poteſtas a Deo eſt. Hæc vero etiam pertinet ad ordinem, quia ordo ſapientiæ eſt, & a Deo ſapientia, ergo poteſtas ordinis eſt, & ſapientiæ. *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper.* Cum propter metum populi Pilatus non poſſet ſuo arbitratu agere, niſi poteſtatis ius a Deo eſſet, quod mortuum in Pilato reſtiterat, minime ſibi, vt in omnes prouinciales, in Chriſtum ſic tenere imperium videretur, quod ſui erat, ſcilicet perfungi præſidis munere, propter abiectiſsimi animi formidinem non habebat, quod Dei eſt, nec timore amiſerat, Chriſtus docendo, exprobrandoq; Pilatum erudiuit: igitur cum non poſſit, niſi Dei imperijs, poteſtas non exiſtere, eum ipſe Deus, qui

Ad Rom. 13.

Ioan. 19.

eſt,

est, ipsa sapientia sit, non potest non ordine potestatem constituere. Seneca. Quam non intra homines humani Imperij cõditio sit. Stobæus ex Pytag. Philippus Rex aiebat oportere meminisse regem, quod homo existens potestatem adeptus sit diuinam, Quæ cum sit ars prouidentiæ, constat delinquere, qui Dei ordine confirmatum recusat imperiũ, quare Hercules glorioſe dese. Lib 6. de benef. Serm. 147.

parui certe Ioue
Vbique dignus. Senec. In Here. Oethæ.

Nec non aliæ faciliores rationes, & necessariæ redduntur; cum enim ordine sapientiæ Dei clarissima potestas demonstretur, ne cesse est Principi obedire; quia illa ipsa ratione prouidentiæ, sapientiaq. ordinis, non potest non bonus esse Princeps, aliter prępostere agatur necesse est: non ergo sapienter, non ergo illa, quæ sapiens non est, potestas a Deo est, etenim non potest supremæ mentis lex necessaria non ordine perpetuo procedere, bonus ergo Princeps a Deo. Tyrãnus omnia peruerse conturbat, igitur, si bonus Princeps amicissimus bonorum, hostis malorum capitalis, necesse est, bono Principi, ob iussa prouidentiæ, gratissima meritis insitę bonitatis Regum obtemperare.

Blando vis latet Imperio.

D. Chrysostomus. Ne igitur doleamus dilecti propter principũ metum, verum & Deo gratias agamus, quod torporem nostrum corripuit, & nos gnauiores effecit. *Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne bonum paratos esse.* In libro, quod vtilis Principũ timor. Ad Tit. 3.

Ad bonos amplissima pręmia Ciues expectant, amor, qui in bonum fertur suapte natura, & laus, quę peruagata testimonio fama virtutis est, contra, malus pęnę malum extimescit, probro, metuq. laborat, quare quis, nisi nequam, non Dei ministrum sanctissimum, & diligentissimum colat? Non solum enim ordo prouidentię cogit, sed bonus Princeps malis iure succenset, penaq. repetendas graniter ducit. Ergo, si seruit Deo, quod est summi negocij, & ministrat pro Deo, quod est optimę fidei, minime pro bono communi tributa, pro dignitate honos, pro reuerentia, parenti omnium, timor quidam ingenuus a filijs ciuibus est denegandus. Hic Donũ Dei est propter singularẽ Principis virtutem. *In die illo magnificauit Dominus Iosue corã omni Israel, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen.* Ioſue. 4. Ambrosius de Theodosio Magno. Quod tanta Imperatorem ageret verecundia, vt mallet sibi homines religione, quam timore adstringere. Illa diuina causa amoris, humana hæc. In Conc. de Obit. Theod. Mag.

nil

Claud. Pa neg. in 6. consul. Honorij.

nil optimus ille
Diuorum toto meruit felicius æuo,
Quam quod Romuleis victor sub mænibus egit
Te consorte dies, quum se melioribus addens
Exemplis, ciuem gereret terrore remoto,

Ad bene agẽdum Ciues exhortamur, quia bono Principi parere debent, ergo, qui sibi traditas habenas habet, vtatur ciuibus, non abutatur, optimo enim iure ad Timotheum Paulus. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate.* Primum pro priuatis, egent maiori charitate, quia, si pauperes remedij sunt inopes, si diuites consilij, cum omnibus ẽbue vis publicæ cladis impẽdeat. *Effunde irã tuã in gentes, quę te nõ nouerunt, & in Regna, quæ nomen tuũ non inuocauerunt.* Pro totius itaq. membris obsecrandus precibus Deus. Multa oratione mentis integræ, sanctæq. commiserationis, quibus diuina, humanaq. Deo intima charitate proponuntur, vt populum pæniteat peccatorum, nec, vt miserrime contingit, culpas principum luat. *Propter peccata terræ multi Principes eius.* Obsecrationem orationis postulatio sequuta est, Horatius.

1. Ad Timot. 2.

Psal. 78.

Prou. 28.

In vlti. Epodon.

Dij probos mores docili iuuentæ
Dij senectuti placidæ quietem
Romuleæ genti date, remque, prolemque
& decus omne.

Nisi præmissa supplicatione nihil ab irato peccatis humanis quæsas impetrare. *Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.* Ob se ipsum enim Deus, & ob ea, quæ placatus elargitur nobis, rogandus est, a quo cum non possis non maxima accepisse beneficia, omnino gratiarum actio necessaria, si pro priuatis hęc omnia facimus quãto magis pro Rege, qui caput est, a quo virtus, motus, & salus? *Quoniã præuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso.* Pro alijs etiam Deo supplicemus, quia similes Regi propter gradum maiorem honoris, quorum finis cum sit bonum Reipublicæ. Principi Deus priuatam vitã, quietã sine peccatis, publicã remotam ab externis malis, dilectisq. concedet. *Deus iudicium tuum*

Psal. 78.

Psal. 20.

Psal. 71.

tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis, iudicare populum tuum Pſal. 71.
in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio, ſuſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam, iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem, & permanebit cum ſole, ante lunam in generatione, & generationē. Quæ multo excelſius, & dignius obtinebūt, ſi diligentia ipſorum, & opera omnia caſte cum homi nibus, cū Deo pie perficientur. *Exaudi orationes ſeruorum tuorum* Eccl. 36.
ſecundum benedictionem Aaron, de populo tuo, & dirige nos in viam iuſtitiæ, & ſciant omnes, qui habitant terram, quia tu es Deus conſpector ſæculorum. Tertullianus antiquam conſuetudinem pietatis In Apologetico
Chriſtianæ commemorat. Nos vero pro ſalute Imperatorum c. 30.
Deum inuocamus æternum, Deum verum, Deum viuum, quem, & ipſi Imperatores propitium ſibi præter cæteros malunt. Amplificat. Illuc ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis, capite nudo, quia nō erubeſcimus, denig; ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domū tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, Populum probum, orbem quietum. Inuehitur. Hoc agite boni præſides, extorquete animam Deo ſupplicantem pro Imperatore, hoc erit crimen vbi veritas, & Dei deuotio eſt. *Ipſe* Princeps Moyſes, moribundus ſingulis tribubus bene precatus eſt. *Beatus es tu Iſrael, quis ſimilis* Deut. 33.
tui populo, qui ſaluaris in Domino? Scutū auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. Naturæ igitur bonitate Athenienſes, & Romani inter ſacras precationes Rēp. & imperij æternitatē nuncupabāt. ſalus igitur Reip. in ipſa, gloria ipſius in Deo. *Non nobis Domine non nobis ſed nomini tuo da gloriā?* Pſal. 113.
Petrus vero, eadē qua ſapientia Paulus ſcribit. *Subiecti igitur eſtote* Epiſt. 1. c.
omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue 2.
ducibus, tamquam ab eo miſſis ad vindictā malefactorum, laudem vero bonorū, quia ſic eſt volūtas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis, imprudentium hominum ignorantiam, quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei, omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate. Definiendo probat, ſi enim propter Deum Principi parendum eſt, Princeps præclare agat, neceſſe eſt; aliter Deo placere non poteſt. Si diſplicet ad tolerantiam tyrannidis, nulla niſi ſcandali ratio conſtringit. *Qui te angariauerit per mille paſſus, vade cum illo, & alia* Matt. 5.
duo, & qui abſtulerit tibi tunicam, da ei, & pallium. Quamuis, vt
Diuus Ambroſius. Reſpondi, ſi a me peteret quod meum eſſet, Epiſt. 14.

ideſt fundum meum, argentum meum, quiduis huiuſmodi meũ, me non refragaturum, quanquam omnia, quæ mea ſunt, eſſent pauperum. Aurea illa ſententia eſt. *Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum*. Impetus enim mali virtute ſuperandus, Nemo enim victor, qui non fortiter depugnauit. Ineſt igitur in ipſa victoria gloria victoris, & dignitas, pudor victi, & infamia. Tacitus de Agricola. Sciant quibus moris illicita mirari, poſſe etiam ſub malis Principibus magnos viros eſſe: Obſequiumq; ac modeſtiam, ſi induſtria, ac vigor adſint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, ſed in nullum rei poſt vſum ambitioſa morte inclaruerunt. Grauior hic. Inter quæ L. Piſo ambitum fori, corrupta iudicia, ſæuitiam Oratorum, accuſationes minitantium increpans, abire ſe, & cedere vrbe, victurum in aliquo abdito, & longinquo rure teſtabatur. Simul curiam relinquebat, commotus eſt Tiberius, & quanquam mitibus verbis Piſonem permulſiſſet, propinquos quoque eius impulit, vt abeuntem autoritate, vel precibus tenerent. Conſtantiæ hoc eſt. *Quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?* Periculum occaſio eſt bene gerendæ rei, non damnum ſpirituale, quia arma religionis Chriſtianæ ſunt vigilantiſſima. Sapienter Seneca. Non eſt autem libertas nihil pati, fallimur, libertas eſt animum opponere iniurijs. Marcellus in Tacito. Se meminiſſe temporum, quibus natus ſit, quam ciuitatis formam patres, auiq; inſtituerint: vlteriora mirari, præſentia ſequi: bonos imperatores voto expetere, qualeſcumq; tolerare. Quid honeſtius mutua certatione bonorum, & malorum, cum enim boni ſit vincere, quis ei nocere poteſt, qui ſtudet paratiſſimus inuictiſſimę Chriſtianæ virtuti? Sæpe prouidentia, quę videtur permittere, præcipit. *Gens autem, & regnum, quod non ſeruierit Nabuchdonoſor Regi Babylonis, & quicunq; non curuauerit collum ſub iugo Regis Babylonis, in gladio, & in fame, & in peſte viſitabo ſuper gentem illam: ait Dominus, donec conſumam eos in manu eius.* Certiſſima ratio Ciuis euangelici eſt Princeps euangelicus. Caſſiodorus. Facilius eſt quippe, ſi dicere fas eſt, errare Naturã, quam diſſimilem ſui Princeps poſſit formare Rempub. Hinc eſt, quod cupimus, vt perpetuis honoribus fulgeatis, quia quicquid de vobis fama loquitur, noſtris inſtitutionibus applicatur.

Nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita Regentis

Virtutes enim, vitiaq; Princeps, totius sũmo bono, & malo Reip. in Ciuitatem infundit, peccatoq; magis nocet, quam exemplo malo,

Ad Ro. 12.

Lib. 2. Ann.

1. Pet. 3.

In lib. de Conſta. Sap. non cadere iniur.

Lib. 4. Hiſt.

Ierem. 27.

Lib. 3. Epiſt. 12.

Claud. de Hon. cõſ. 4.

malo, nisi hoc sit cum peccato coniunctum peccato Deum offen dit, exemplo malo Rempub., cuius est gratissimus Deus custos, euersor iratissimus Tanti esse populũ, quanti Principem constat: *Postquã autem mortuus esset Iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora, quam fecerunt patres eorum, sequentes Deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos.* Iud. 2. Etiam a Deo desciscunt. *Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt cum Baalim, percusseruntq; cum Baal fœdus, vt esset eis in Deum.* Iudi. 8. In omni fortuna Reip. diuina auspicia, virtutes Principis existunt. *Facta est itaq; manus Domini super Philisteos cunctis diebus Samuelis.* 1. Reg. 7. Igitur acceptus Deo pro Repub. Princeps. *Phinees filius eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini, & stare in Reuerentia gentis, in bonitate, & alacritate animæ suæ placuit Deo pro Israel.* In Eccl. 45. Ob eam causam Principis est bonos ciues facere. Sallustius. At Contra id eniti decet cum ipse bonus, atq; strenuus sis, vti quam optimis imperites, nam pessimus quisq; aperrime rectorem patitur. Xenophon in Cyro. Animaduertere enim sibi videbatur, etiam propter scriptas leges, homines fieri meliores, at bonũ Principem ratus est, videntem legem esse hominibus, quoniam cõponere, & ordinare, & eum qui incomposite, ac ordinate, se gerat videre atq; adeo punire potest. Si autẽ quod minime hominibus ominari velim, aut Regno Princeps repugnans, aut parũ prudens obtrigerit, compositissimus Ciuis illam sententiam asserat. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Luc. 21. Absurde Tacitus. Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant, quia miseria tolerantur, felicitate, corrumpimur. Non enim semper miseriæ tolerantur, nec necessario corrumpimur felicitate, sine patientia miseri, miseria, sine moderatione felices, felicitate corrumpũtur. Sapientia gignit patientiã, quæ animi partẽ ira audacem & præcipitem domat. Ille in Tacito. Quo modo sterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum, vel auaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines: sed neque hæc continua, & meliorum interuentu pensantur. *Non vos ipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ.* Ad Rom. 12. Non finit multa agitando mente patiẽtia clarissimum animi lumen extingui, quare illum, qui vitio contaminatus, impatientia perditus, maiestatem humani generis, principemq; violauit, seuere puniunto. Ex Concilio Toletano pro Eringij Regno. Vnde non erit iam deinceps, aut ab Anathematis sententia alienus, aut a diuinæ animaduersionis vltione securus, quisquis contra salutem eius, deinceps, Ex Conc. Tolet. 12, c. 1.

aut erexerit vocem, aut commouerit cædem, aut quãcumq; exquisierit lædendi vltionem. Exemplo Pauli Reges magni habendi sunt. *De omnibus, quibus accusor a Iudæis, Rex Agrippa, æstimo me beatum apud te, cum sim defensurus me hodie.* Quamuis iure Paulus excandesceret. *Percutiat te Deus, Paries de albate, & qui astabant dixerunt, Summum Sacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus, nesciebam fratres, quia Princeps est Sacerdotum; scriptum est enim Principem populi tui non maledices.* Si Ciuitas propter Regem non parui facienda est, nonne ipsum Regem veneremur? *Non iurare omnino neque per Ierosolimam quia Ciuitas est magni Regis.* Est enim præceps ista flagitiosorum audacia. *Qui post carnem in concupiscentiam immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes.* Impie ignorabant, illos inter homines Deos videri, quorũ Deus propter prouidentiam opera vtitur. *Deus stetit in Synagoga Deorũ, in medio autẽ Deos dijudicat.* Christus interpres. *Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi Dij, estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est.* Maiestas quid diuinum est. *Similiter, & hi carnem quidem maculant, Dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphæmant.* Ne cogitandum quidem. *In cogitatione tua Regi ne detrahas.* Ac si multo grauius diceret. *Dijs non detrahes.* Ideo Rege Christi Dei appellati vt eos Sacrosanctos esse intelligeremus. *Quis extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?* Imperio legis sacrata persona custodita. *Nolite tangere Christos meos.* Nihil hac humana potevate, iure venerationis excelsius. *Ecce præsto sum loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius.* Quare Impp. clementer, & iuste. Si quis modestię nescius, & pudoris ignarus improbo, petulantiq; maledicto, nomina nostra crediderit lacessenda, ac tumultũtia turbulentus, obtrectator temporum fuerit. Eum pœnę nolumus subiugari, neque durum aliquid, nec asperum sustinere, quoniam id si ex leuitate processerit contemnendum est, si ex insania miseratione dignissimum, si ab iniuria remittendum, vnde integris omnibus ad nostram licentiam referatur, vt ex personis hominum dicta pensemus, & vtrum prętermitti, an exquirive debeat censeamus.

Act. 26.
Act. 23.
Exo. 22.
Matt. 5.
2. Pet. 2.
Psal. 81.
Ioan. 10.
Iudas in Cathol.
In Eccles. 10.
Exo. 22.
1. Reg. 26.
1. Parali. 16.
1. Reg. 12.
Codic. Theodos. lib 9. Tit. 4.

Gene-

Generatim nihil propter Deum, quod non Deo dignum. Non solum Regi, sed Magistratibus etiam gaudenti animo obtemperandum. Qualis optimi status ciuis.

CAP. V.

HOmines vno spiritu cum Deo administrantur, si spiritus Principis contradicit, gratiæ, & perfectæ virtutis ergo, perpeti iniusta continget, sed nihil obligamur, neque enim propter Deum aliquid, quod non diuinæ prouidentiæ decretis assentitur, si obstinatus ille in Deum, si minime particeps diuinæ voluntatis, minime propter Deum regnat, ergo minime illi obtemperandum, nam diuinum cum humano confunditur. *Timuerunt autem obstetrices Deum, et non fecerunt iuxta præceptū Regis Aegypti, sed conseruabant mares.* Exo. 1. Ergo, vt propter Deum pareamus, necessario bonum Principem intelligimus. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Act. 5. Sed Rex præcellit dignitate, virtus autem illi est in primis necessaria, ergo anteit virtute Rex, neq; enim primas fortuna, sed virtute tulit, qua cum facile præstitisset, non poterat optimus, non vniuersa tenere, obtemperandum ergo illi, & ducibus, ab integro, & sancto Imperatore pro officio electis, & necessitate Reipublicæ; omnes enim ad eadem studia confluxerunt. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Ad Heb. 13. Si enim ipsorum prouidentia salus mortalium est, non possunt summo iure officij non animo pro Republica excubare, & quomodo non æquo animo vigiles, qui nihil fieri patientur, nisi ad percipiendos, demetiendosq; fructus vitę communis? Cicero. Legum ministri, magistratus: legum interpretes, iudices: legum denique idcirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus. Obediendum illis igitur fine recusatione, ne frustra consulant patriæ. Seneca. Idemque huic vrbi dominandi finis erit, qui parendi fuerit. Ideo Principes, Regesq; & quocumq; alio nomine sunt tutores status publici, nō est mirum amari ultra priuatas etiā necessitudines, nam si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt: sequitur, ut is Pro Cluē. Lib. 1. de Clem.

quoque

quoque carior ſit, in quem ſe Reſpublica conuertit. Olim enim ita ſe induit Reipub. Cæſar, ut deduci alterum non poſſit, ſine utriuſq; pernicie, nã, ut illi uiribus opus eſt, ita & huic capite. Si enim Magiſtratibus pareatur, neceſſe eſt, rationem reddant earũ rerũ, quæ ipſorum cõſilijs, & meditatione reguntur. Iulius Capitolinus de Antonino Pio. Omnium, quæ geſſit, & in Senatu, & per edicta rationem reddidit. Inuenta enim ſunt munera, propter finem. *Quid autem vocatis me Domine Domine, & non facitis, quæ dico?* Non enim tantum facturus eſt obtemperaturus, quantum rationem redditurus, quid amabilius, quid utilius publico conſilio? *Nunc quare mœrore contraheris? Nunquid Rex non eſt tibi, aut Conſiliarius tuus perijt?* Igitur tanto magis obtempera, quanto minus cum dignitate Princeps cogitationem cohærentem rationis reddendæ diſtraxit, quare ſapienter Moyſes. *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.* Non ſolum Reip., ſed innocentiæ cauſa, magiſtratibus obtemperandum eſt. *Cum autem inducent vos in ſinagogas, & ad magiſtratus, et poteſtates.* Si ituros ait ad Iudices, ut illis igitur obediant, præcipit. *Cauete a fermento Herodis.* Non ait, ne obtemperetis, ſed cauete ab illo, ſinguli enim obedire debent. *Vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis.* Si magiſtratibus non obeditur, neceſſe eſt, pœna affici eos, qui imperium recuſarunt. Bonus Princeps punit inuitus, in delicta potius, quam in homines uehemẽs. Hominum mitiſſimus ille miſeretur, quem plectere, aut quem deferere omnino uidetur, boni publici communi charitate diligit, omnibus lætitijs inceſſit, ſi iuſſa libenter ciues exequi uidet. Eximiæ indolis argumentum, tantum deferre principibus, quantum honos virtutis poſtulat, & quantum Reip. ſapimus intereſſe. Tacitus. Reportari nouã legionem iuſſerat, nec proconſul eius anni P. Dolabella retinere auſus erat, iuſſa Principis magis, quam incerta belli metuens. Aemilius Probus de Ageſilao. Hic cum animo meditaretur proficiſci in Perſas, & ipſum Regem adoriri: nuncius ei domo venit, Ephorũ iuſſu, bellum Athenienſes, & Bœotios indixiſſe Lacedemonijs, quare venire non dubitaret: In hoc non minus eius pietas ſuſpicienda eſt, quam virtus bellica, qui cum victori præeſſet exercitui, maximamq; haberet fiduciam, regni Perſarum potũdi: tãta modeſtia dicto audiens fuit iuſſis abſentium Magiſtratuum, vt ſi priuatus

Luc. 6.

Michæas. 4.

Deut. 17.

Luc. 12.

Mar. 8.

Ad Heb. 13.

Taci. An. 4.

Digitized by Google

priuatus in comitio esset Spartæ. Gaudens enim animus ratione mouetur placide, atq; constanter, lætus, elatione nimia effuse. inaniter, ergo, qui gaudio agit, naturæ viribus, & magno animo parturit virtutes. Cicero. Ego P. C. Q. Scæuolam augurem, memoria teneo, bello Marsico, cum esset summa senectute, & perdita valetudine, quotidie, simul atque luceret, facere omnibus conueniendi sui potestatem: neque eum quisquam illo bello vidit in lecto: senexque & debilis, primus veniebat in curiam. Gemere, grauiter dolere est, qui dolenter dicto audiens est, inuitissimus paret, Non igitur turpissime gemat honesta, sed ad ea prompte facienda virtute se ipsum subleuet, & gaudijs fingat, vt quod in ipso positum est, omni animi applicatione perficiat. Philipp. 8.

Valerius Maximus. Antea Senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie quoq; cœnaculum appellatur, nec expectabat, vt edicto contraheretur, sed inde citatus, protinus in curiam veniebat; ambiguæ laudis ciuem existimans, qui debitis Reipublicæ officijs, non sua sponte, sed iussus fungeretur, quia quicquid Imperio agitur, exigenti magis, quam præstanti acceptum refertur. *Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter nos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos.* Alijs enim præesse labor, & molestia, non voluptas, non delectatio est, nam summi potestas iuris comes est, sapientia integritatis, qui alijs molestus est seueritate, placet sibi benefaciendo, non sensu iucundo humanitatis, qui imperat, vitam sine otio, & quiete, in laboris, virtutumq; omnium contentione traducit, noscere vereri est, qui in labore cognoscitur, non potest præstans non esse, nihil homini illo præstabilius, non in fascibus, non in lictoribus Principem, sed in labore cognosci, diuinum est, in conscientiæ theatro Reipublicæ seruit, qui minime nitore splendoris humani, sed labore penitus totum se in cursum solicitudines, regniq; transfundit. Lib. 2. c. 2. 1. Ad Thessal. 5.

Ibis littoreas Macer Salonas,
Ibit rara fides, amorq; recti,
Et secum comitem trahet pudorem
Semper pauperior redit potestas.
Felix aurifera colone terræ,
Rectorem vacuo sinu remittes,
Optabisq; moras, & exeuntem
Vdo Dalmata gaudio sequeris.

Mart. lib. 10. Epig. ad Macrum.

Qui præest in Domino, monet, quia sapiens est. Sapientis igitur est

1. Ad Thes. 5. est labore proficere, rationeq; monere. *Vt habeatis illos abundantius in charitate*. Si enim propter rei magnitudinem labor, propter eos, qui se ad bonam frugem receperunt, castigatio Principis sapientis est, eum nonne amare incredibiliter debemus, a quo tanta bona, scilicet propter laborem, vtilitatem, propter animaduersionem sapientiam accepimus? *Propter opus illorum pacem habete cum eis*. Illorum opera sunt, præfecturæ, laboris, & correctionis effectus, labor assiduitate, præfectura sapientia, cor-

Eccles. 12. rectio imperio ad efficientiam valent. *Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui inaltum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a Pastore vno*. A Rege per magistratus summo bono Reip. consilia sapientiæ patefacienda sunt, quæ cum expetenda per se tum eũ, qui his pollet, nonne propter illa suauissima, vtilissimaq; Reipublicæ, studijs omnibus prosequi debemus? Isocrates in oratione Areopagitica. Maiores enim nostri modestiæ tantam rationem habuerunt, vt Senatum Areopagiticum censuræ morum præfecerint: in quem ordinem admitti nefas erat, nisi honesto loco natos, & virtute, ac vitæ modestia spectatissimos. Amoris enim proprium est arcte coniungi, qui cum alio sententijs, desiderijsq; consentit cum illo concors est, pax amoris ius est, quæ in voluntatum, & studiorum concordia consistit; Igitur qui charitatis intimo ardore Principem, cui propter clara monumenta virtutum obtemperat, diligit, de optimo statu ciuis eruditus est.

Serm. 145. Stobæus ex Epicteto. Legis scopus est, bene mereri de vita hominum: non potest autem ciuis beneficus esse, cum ei beneficium accipere libuerit, solis enim obedientibus suam virtutem declarat. Si enim laborem ad vigilias, si potestatem ad emẽdationem, si ad facta egregia virtutes edidicit, si bene agenda, non solum obediendo approbauit, sed etiam, amore prosequutus est, dignus imperio in omni actione, & in Reipublicæ administratione plurimum exercitatus euadet. Optimus enim status ciuis est, qui maxime ad scientiam ciuilem consentaneus, igitur in hoc perfecte aget, in quo, vt maiora aggredi possit, facile excellit.

Libertas

Libertas definitur, custos libertatis euangelica doctrina Politicæ. Differentia inter ciuem, & seruum. Qualis propria virtus ciuis. Coronandum Principem, eique acclamandum. De ordine publicanorum.

CAP. VI.

SED ne obstaret specie libertatis licentia, libertas definitur, sed quorum ne? seruorum Dei; horum ergo est obedire; bonus ergo ciuis, Dei seruus, libertas autē, non libidine licentia pestifera, sed ad bene agendum recta ratio. *Vos enim in libertatem vocati estis fratres tantum, ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem seruite inuicem.* Ad Gal. 5. Ob eam causam data sapientię libertas, vt peccati seruitus tolleretur: illa charitate exercenda, hæc imperio rationis extinguenda est, mori malimus, quam seruire, ille igitur eijciatur, vituperetur.

Libertas, inquit, populi, quem regna coercent,
Libertate perit, cuius seruaueris vmbram,
Si quicquid iubeare, velis. Tot rebus iniquis
Paruimus victi, venia est hæc sola pudoris
De generisq; metus. nil iam potuisse negari.

Luca. lib. 3.

Igitur, si prętextu libertatis. Tyrānis in imperio, libertas in famulatu est, in integrum sine suspitione malitiæ, boniq; obtentus restituēda est, vt nomine, essentiaq; vera sit ab omni malo segregata libertas. Carnis enim licentia insolens est, de qua Plato. Hanc libertatem ea licentia sequitur, quæ facit ne magistratibus subesse velimus. Ex hac originem habet, & illa, per quā patris, matrisq; seniorum seruitutem, & præcepta contemnimus. Cumque propter transgressionis huius extremū simus, legibus quoq; parere recusamus. In ipso autē extremo, iusiurandum, fidem, & omnino Deos negligimus. Sapiens itaq; libertas spiritus nonne si hęc, quę proprie mentis est, temere ad sensum transfertur, spiritus amandatione sensus insanit? *Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis, luxuriæ, eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis.* 2. Epist. Pet. c. 2. Libertas enim data ad salutem, conseruanda igitur est, ne a peccato lædatur, quæ tota rectæ rationis particeps est absq; pec-

Lib. 3. de legibus.

Cap. 10. cati labecula. Sub Sebastiano ex concilio Moguntino. Ita vt obedientia ipsorum secundum animi promptitudinem, & in recte factis lætitiam, vera libertas, secundum præcepti adimpletionem plena, & pia seruitus existimetur. Seruiendum itaq; charitati, quę mentis libertatem Dei amore perseuerantem fine periculo peccati constituit. *Vbi autem Spiritus Domini ibi libertas.* Quare peccati internecione sensu paccato, ipsa forma charitatis circumscribenda libertas. *Non enim accepistis spiritum seruitutis, iterum in timore.* Spiritus seruitutis in amore, spiritus libertatis est, quia amor coniunctio quædam est voluntatis libera seruitute constricta, in amore igitur multis, magnisq; magnopere libertas commendatur; fugienda igitur peccata, cum sit libertas amoris, & amor omni bonorum generi seruiat. Itaq; libertas gratiæ, ad virtutē prona, conditionē liberę naturę constituit. ex cognitione veritatis recta appetitio procedit. *Cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos.* In quo libertas tota naturę versatur. *Quare vere liberi eritis.* Ergo hæc ara libertatis, cuius præses, custosq; euangelica doctrina politicæ. Boethius. Cuius agi frenis, atq; obtemperare iustitiæ, summa libertas est. *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.* Beatis ciuibus, liberisq;, Respublica libera, & beata est; Bono vero Principi libere pro ratione, obtemperatur. propria enim est Ciuis libertas, & proprie boni principis liberis imperare, quia non nisi honeste agendum est, non ergo nisi honeste licet imperare; bonum ergo Principem constat, liberis ciuibus præsidere. Diuus Ambrosius. Nihil enim vobis Imperatoribus tam populare, & tam amabile est, quam libertatem etiam in ijs diligere, qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Siquidem hoc interest inter bonos, & malos Principes, quod boni libertatem amant, seruitutem improbi. Tacitus de Tiberio. Memoriæ proditur, Tiberium, quoties curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui solitum. O homines ad seruitutem paratos; scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam proiectæ seruientium patientiæ tædebat. Tyrannis enim infame magisterium vilissimæ seruitutis est; taderet potius odiosissimæ suæ malitiæ, quam assimulati necessitate sermonis, & patientissimæ miseriæ aliorum, mirum igitur pro commiseratione ciuium, & conscientia sui, in humano contemptu, & fastidio durissimo Tiberium intumuisse: Non bene itaq, Tacitus seruos ignominiæ sententiæ, non Tyrannū flagitij

1. ad Cor. 3.

Ad Rom. 8.

Ioan. 8.

Lib. 1. prof. 5.

Iac. 1.

Epist 17. Theod.

Anna. lib. 3.

gitij portento notauit. D. Hilarius ad Constantium Aug. Idcirco laboratis, & salutaribus consilijs Rempub. regitis, excubatis etiam, & vigilatis: vt omnes, quibus imperatis, dulcissima libertate potiantur. Non alia ratione quæ turbata sunt componi, quæ diuulsa sunt coerceri possunt: nisi vnusquisq; nulla seruitutis necessitate astrictus, integrum habeat viuendi arbitrium. In Iulio Capitolino Gordianus tertius ad Misitheum patrem, & præfectum. Nisi Dij Omnipotentes Romanum tuerentur imperium, etiam nunc per emptos Spadones, velut in hasta positi venderemur. Denique nunc demum intelligo, neque Felicem prætorianis cohortibus præponi debuisse, neq; Serapammoni quartam legionem credendam fuisse: & ne omnia dinumerem, multa non esse facienda, quæ feci: sed dijs gratias, quod te insinuante, qui nihil vendis, didici ea, quæ inclusus scire non poteram. Quid enim facerem, quod nos Maurus venderet, & consilio cum Gaudiano, & Reuerendo, & Montano habito, vel laudaret aliquos, vel vituperaret, & illorum consensu quasi testium, quod dixerat approbarem? Mi Pater, verum audias velim: miser est imperator, apud quem vera reticentur: qui cum ipse publice ambulare non possit, necesse est, vt audiat, & vel audita, vel a plurimis roborata confirmet. Seneca. Non vides quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas, & fides in obsequium seruile submissa, dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetq; sed adulandi certamen est, & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quis blandissime fallat? ignorauere vires suas, & dum se tam magnos, quam audiunt, credunt, attraxere superuacua, & in discrimen rerum omnium peruentura bella, vtilem, & necessariam rupere concordiam. Contra Scipio, Causa tibi libertatis fui, ero & argumentum. Plinius ad Traianum. Eodem foro vtuntur Principatus, & libertas. Igitur Respublica est, quæ optima res est, quia, vt alio in loco. Eadem quippe sub Principe virtutibus præmia, quæ in libertate. D. Ambrosius de Apibus. Ipsæ sibi regem ordinant, ipsæ sibi populos creant, & licet positæ sub rege, sunt tamen liberæ. Nam & prærogatiuam iudicij tenent, & fidę deuotionis affectum: quia, & tanquam a se substitutum diligunt, & tanto honorãt examine. Imitari Apes, prouidentiam scilicet debemus. *Vade ad apem, & vide, quomodo operaria est.* Sed quia homo in ordine superiori prouidentiæ, non solum eius est imitari, verum etiam superare. *Confer te ad formicam o piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.* Quare iustissime

Lib. 6. de benef.

Epist. 86.

In Paneg.

Lib. 5. Hexam. c. 21.

Prou. 6.

Prou. 6.

Iere. 8.

Ierem. 8. Deus in Ieremia. *Turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini.*

1. Pet. 2. Quare seruum Petrus a Ciue distinxit. *Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis.* Ciuis est, bono Principi obedire, serui etiam improbo Domino, nō illi nisi bene pro virtute Principis faciūt; hi mala etiā pro Domini superbia patiūtur; illi ne deuij, ne aberrent, timent, hi non solum stimulis conscientiæ, sed etiam flagitiosi domini vecordia, contremiscunt, omnia ergo pauescunt serui, solum turpia liberi, libertas ergo vera ciuium, seruitus vera seruorum, sed quæ ne differentiæ ratio? Res priuata Domini seruus est, bello captū mancipium iure gentium, ciuis publica res Principis, Regni pars: membrum enim potissima ratione, nisi pro honore capitis, & pro cæterorum bono moueri non potest; ergo illi recta factorum ratio præscripta est; seruus familiæ pars detrimento domini, minime noxius Ciuitati, vitæ infima conditione viuit, ergo penes Principem summa imperandi auctoritas, penes Ciuem bonis Principibus parendi voluntas, penes seruum remotum a bono communi seruitus dura. Illi enim Christo Regi obtemperarunt. Luc. 19. *Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos; Quid soluitis pullum? at illi dixerunt, quia Dominus eum necessarium habet, & dimiserunt eis.* Alia, vt ait Aristoteles, virtus eius, qui regitur ab alio, non est prudentia, sed vera opinio, atq; sententia. Lib. 3. Pol. c. 3. Vt quæ iubentur, ipso, & eodem fine imperantis faciat. Quare rectam opinionem Plato principium ciuilium actionum dixit. In Menn. Ipse Christus. Ioan. 14. *Qui diligit me, sermonem meum seruabit.* Amor enim est quædam similitudo voluntatis, non ergo diligit Principem, qui minime Principi paret, nam cum sponte obtemperatur, simillima voluntas Principis voluntati sit, necesse est, propter consensionem voluntatum res easdem appetentium, cum non sponte, sine amore, per accidens obeditur, vnusquisq; enim Ciuis commotus bona Principis opinione sapientis obtemperat, gignitq. opinio illa, quam animo imbiberat similitudinem voluntatum, qua qui non est promptus obedire, minime Principem diligit. Trebellius Pollio de Claudio Imper. Longum est tam multa, quam meruit vir ille, perscribere: vnum tamen tacere non debeo, quod illum, & Senatus, & Populus, ante imperium, & in imperio, & post imperium sic dilexit, vt satis constet, neque Traianum, neq; Antoninos, neq; quemquā aliū Principem sic amatū. Amor proptervirtutē est, sed quid magis inusitatum, & nouum?

qui

qui enim gratia Principis ad ſummos dignitatis gradus aſcendit, profitetur adamare Principem, re vera vilipendit, quicquid libet, licere arbitratur; niſi enim, amore fretus, munere abuteretur, minime ſe Principis gratia pollere opinaretur. Princeps ergo euangelicus mente concipiat, diligo eum, qui publica præcepta ſeruauit, mei amantiorem, obedientisſimum, hunc ipſum dignisſimum Principis lectisſima gratia exiſtimaui. Plinius ad Traianum. Neque eſt vllus affectus tam erectus, & liber, & dominationis impatiens, nec qui magis vices exigat, poteſt fortaſſe Princeps mique, poteſt tamen odio eſſe nonnullis, etiam ſi ipſe non oderit, amari niſi ipſe amet, non poteſt. In Paneg.

Enim vero propter teſtimonium Reip. & charitatem Populi, ciues Principem inſignibus imperij ornare voluerunt: quæ in Euangelijs declarata, & aduerſus Chriſtum peſſime per ludibrium actitata, contraria nos ratione docent, vt illa iuſtisſime fieri debuiſſe, & nos pro Maieſtatis Regiæ ſpecie bene inſtruxiſſe videamus. *Chlamydē coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius.* Matt. 27.

Tria Regum Ornamenta pro dignitate cognoſcimus, Purpura, Corona, Sceptrum, quæ, vt Auguſtiora eſſent principi Chriſtiano, quaſi diuinitus conceſſa, Theodoſius in ſomnijs ſe, vt ait Sigebertus in Cronographia a Mileto Antiocheno Epiſcopo indui Chlamyde imperiali, & diademate coronari vidit, quem morem, cum accepta a Sacroſancta perſona pro Dei reſpectu, ſumma humana dignitate, Imperatores obſeruaſſent. In omnium Occidentis, extremiq; imperij Maximo Carolo Magno, vt ſordes Imperatorum Orientis elueret, & hærentem in nomine imperij Chriſtiani infamiam obliteraret, ſolemni cæremonia Pontifex Leo renouauit, vt ait Ignatius. Leo Pontifex Scito Romani Populi, cleriq; rogatu, Carolum Francorum Regem, ob egregia in Chriſtianum nomen, & Romanam ſedem merita Romanorum Imperatorem, Primus appellat, inunctumq; cum Pipino filio Auguſtum conſecrat. Quare Deus, vt vehementius Principes Chriſtianos ad Reipub. adminiſtrationem accenderet; non ſolum illos pro merito virtutis inungi Spiritu Sancto, certisſima regiæ ara virtutis, & altisſimo portu malorum voluit, ſed quandoq; vt Galliarum Reges pignore diuino, ac poſt memoriâ hominũ beneficio sũmo donauit. Lib. 8.

Iamq; dies aderat cunctis optata Nouembris,
Quod caput eſt menſis, quæ cunctis ſanctificata
Iamdudum ſanctis, nunc longe ſanctior extat,

Guiller. Britoni. Armorico, Philip. 1.

In

In qua Sceptrifero fulſit redimitus honore
Magnanimus ſacro Rex delibutus oliuo,
Quo Deus angelicis manibus virtute parato
Diuina, noſtris conceſſit Regibus vti,
Vt ſacrentur eo ſoli ſpecialiter illi,
Qui ſucceſſiue Francorum ſceptra capeſſunt.
Quo maior noſtri patet excellentia regni,
Dignior, vt vere Rex noſter Rege ſit omni,
Quem ſacrare ſuis Remorum metropolites
Cum compræſulibus habet illo Criſmate ſacro
Hoc ad opus ſolum, quod Calica fudit oliua.
Hoc, & non alio perfudit membra liquore
Carolidæ noſtri, Guillelmus præſul in vrbe
Remenſi, patrum ſeruato more ſuorum:
Impoſuitq; ſacrum capiti diadema verendo,
Conniuente ſimul cleri, populiq; fauore.
Tam ſpeciale decus Chriſti dignatio præſtat
Nobis Francorum, qui congaudemus honori.
Sic Regem noſtrum ſibi Rex Cæleſtis amicat,
Sic ſuper exaltat terræ præ regibus illum,
Quem facit, vt ſolum ſacra conſecret vnctio Cæli
Vnguine, cum reliqui ſacrentur materiali.

Igitur Principi purpura cincto, corona redimito, ſceptro, armato, clamore ciuis, verſu populus acclamabit. Chriſtum plauſus infiniti proſequuti ſunt. *Turba autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur clamabant, dicentes. Hoſanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini: Hoſanna in altiſsimis.* Si Summi, medij, infimi, non ſolum Principi tribuunt ſtudium, ſed iudicio conſentientē voluntatem, in viſcer buſq; hærentem principis charitatem vere ſignificant, grauiſsimus propter virtutem principis, felicisſimus propter ſtatum Reipub. acclamationis ille plauſus eſt. Lāpridius de Alexandro Seuero Leuabatur manibus omnium Alexander, vixq; illi per horas quattuor ambulare permiſſum eſt, vndiq; omnibus clamātibus, Salua Roma, quia Saluus eſt Alexander. Sed cum vocem vniuerſæ Reip. ſeu dignitati principis deditam, ſeu virtuti addictam exaudiet, Deo gratias modeſtisſime referat, nec ſibi laudes arroget, quæ ad regnandum, niſi vna cum Dei gratia, vera virtute, conſtare non poſſunt. Princeps ſuperbus cū ſuperior hominibus ſibi videatur, cū Deo, indignatus altiorē principē, de autoritate, & iure contendit. *Statuto autem die Herodes*

Matt. 21.

Act. 12.

des veſtitus veſte regia, ſedit pro Tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod nō dediſſet honorem Deo, & conſumptus a vermibus expirauit. Nec geſtiat lætitia, aut leuiter multitudinis fauore moueatur, ſed in ipſo ardore famę, gaudijq; communis, virtutes regias conſtantiſſime, ſanctiſsimeque concipiat, nam Chriſtus, apud populum tantis meritis, & clamore gratioſisſimus, continuo non dubitauit, plebem a turpi quæſtu reuocare, ſeueriſsimeq; oculis, geſtu, voce, manuq; punire. *Intrauit Ieſus in templum Dei, & eijciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas, euertit, & dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Ad publicanos. *Nihil amplius, quam, quod conſtitutum eſt vobis, faciatis.* Ne ſi in exigendis vectigalibus acerbi, & iniuſti, ordo neceſſarius Reipub. intolerabilis ſit, ſi lenes, & iuſti ornamento Reip. ſunt, non maledicto, & contumeliæ populari. *Publicanorum, & peccatorum amicus.* Et dirę illę. *Sicut ethnicus, & publicanus.* De Zacheo, cuius Chriſtus hoſpitio vſus. *Quod ad hominem peccatorem diuertiſſet.* Iulius Capitolinus in Antonino Pio. Procuratores ſuos modeſte ſuſcipere tributa iuſsit: excedentes modum rationem factorum ſuorum reddere præcepit. Sext. Aurel. Vict. in Iuliano Apoſtata de Auguſta Plotina, & de eius marito Traiano ait. Cuius procuratores cum prouincias calumnijs agitarent, adeo, vt vnus ex ijs diceretur, locupletium quemque ita conuenire; Quæ habes (ad menſam?) alter, vnde habes? tertius. Pone quæ habes? illa coniugem corripuit: atq; increpans quod laudis (ſuæ) eſſet in curioſus talem reddidit, vt poſtea exactiones improbans, & deteſtans, Fiſcum lienem vocaret, quod eo creſcente, artus reliqui tabeſcant. De Conſtantio Chloro, regia omni virtute præſtantiſsimo, Eutropius. Vir egregius, & præſtantiſsimæ Ciuilitatis diuitijs prouincialium, ac priuatorum ſtudens, Fiſci commoda non ad modum affectans, dicenſq; melius publicas opes a priuatis haberi, quam intra vnum clauſtrum reſeruari.

Matt. 21.

Luc. 3.

Luc. 7.

Matt. 18.

Hiſt. lib. 10.

De

De vrbe Christiana, Quibus fundata virtutibus, Reliquas ciuitates mortales, hanc incremento sapientiæ solam æternam esse.

CAP. VI.

QVÆ cum de Ciuibus, nunc de Ciuitate. Ciuitas multitudo est Ciuium numero, virtute, fortunis ad bene, beateq; viuendum instituta. quare Isocrates in Nicocle, Hoc tibi argumento sit, te Regno bene præesse, si populum, & locupletiorem, & modestiorem sub imperio tuo videas esse factum Christiana ciuitas tanto adiumento Dei paucis ad beatam vitam contenta est. Quę res plurimis egent, minimum præstantiæ habent, & duræ miseriæ sunt, nec possunt esse diuturnæ. Simplex enim est causa æternitatis. Dei initijs, & artificio Ciuitas constituta diuinitus, non potest non esse affluentissima ijs præcipue, sine quibus minime honeste, reliquis, quibus ad publicam dignitatem satis est, quid enim fausum sine virtute, aut quid nō cū vitio detestabile?

Ouid. lib. 10. Metamor.

Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis,
Quæ tantum genuere nefas, sit Dives Amomo,
Cinnamaq; Costumq; suam, sudataq; ligno
Thura ferat, floreq; alios Panchaica tellus
Dum ferat, & Myrrham.

Vitia igitur propter Dei prouidentiam, & ruinas peccatorum præcipites, Regnorum exitia sunt.

Silius Italicus de bello Pū. sec. lib. 15.

idem aspice late
Florentes quondam luxus, quas verterit vrbes
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.

Psal. 132. Copiæ igitur non nisi virtute salutares. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Deus enim parens virtutum præceptis condit, artifexq; diuina gratia sustentat, illa enim Ciuitas diuinis, humanisq; fundata virtutibus ex Deo nata, insito salutis incremento, & splendoris perpetuitate stat arte sempiterna. Diuus Aug. Vtitur ergo etiam cælestis ciuitas in

De Ciu. Dei lib. 14. c. 17.

hac

hac ſua peregrinatione pace terrena, & de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus, humanarum voluntatum cõpoſitionem, quantum ſalua pietate, ac religione conceditur, tuetur, atq; appetit, eamq; terrenam pacem refert ad cœleſtem pacem: quæ vere ita pax eſt, vt rationalis duntaxat creaturæ ſola pax habenda, atq; dicenda ſit, ordinatiſſima ſcilicet, & concordiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. Cũ enim Ciuitas chriſtiana potentia Dei cõditoris, & multiplici ſapientię ingenio extitiſſet, agit radices, vt dicitur trabali clauo fixas. Nequeunt itaq; diuelli commoda publica, & omnis ratio virtutis elucet. Sed quæ de principatu Petri, ſimiliter nos de ciuitate, nomen. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã.* Matt. 16. Securitas magnitudinis. *Portæ Inferi, non præualebunt aduerſus eam.* Poteſtas publica. *Tibi Dabo claues Regni cælorum.* Acta regia. *Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis.* Breuiter enim Ciuitatem deſcribit Paulus. *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus.* Ad Heb. 11. Cęteræ enim vrbes quotidie caducæ vitijs, & rebus fluxæ cecidere, fuerunt enim ſine Deo exigua temporis mercede diuturnæ, ſola hæc nixa diuini artificij altiſſimis fundamentis, Deum meruit ſtatorem. *Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En Populus ſapiens, & intelligens, gens magna, nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt, cunctis obſecrationibus noſtris.* Deut. 4. Copioſiſſime diuina prouidentia omnia bona dictauit, noua, mirabiliaq; terrenarum rerum ſenſu, & cęleſtium fide condidit. Virtutes ſunt nobis diuinæ, humanæq. adminiſtræ perfectæ, ciues moribus, rerumq. intelligentia præſtantes, mortalia contemptionis moderatione terminata, celeſtia ſumma vbertate ſalutaria, Princeps Ciuitatis Chriſtianæ ſapientia, & fortitudine vigil aſſertor animaduerſus eſt, quæ non ſoluta opinione, ſed incluſa legibus, non ſolum autoritate publica teſtata, ſed in animis ciuiũ inuſta, hoc vinculũ dignitatis eſt, hoc fundamentũ libertatis, hic fons æquitatis, vt ille noſter, Mens, & animus, & conſilium, & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus, vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus, vt neruis, ac ſanguine, & membris vti non poteſt. Eſt enim lex Euangelica Chriſtianæ huius forma Reipub. Ergo iacta ſunt Dei fundamenta, quibus ad Cœlũ elata Chriſtiana Ciuitas creſcit. Inuenit Chriſtus, quod Cicero optauit. Debet enim conſtituta ſic eſſe ciuitas, vt æterna ſit. Cic. pro Cluent. Lib. 3. de Rep.

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER SEPTIMVS.

Principis Prudentia ſummum bonum Reip. architectatur. In agendo, & intelligendo verſatur. Alia eſt politica, & militaris alia.

CAP. I.

SEd cum illę Principis virtutes, de quibus in tertio, & quarto libro, momẽti maximi ſint, nunc ſupereſt de prudentia, ad quã intermiſis quibuſdam huius materiæ neceſſarijs, & illecti regiarum connexa ſerie virtutum, tanquam altiorem gradum facturi deuenimus. Prudentia enim imprimis neceſſaria, & laudatiſſima: nã cum recunditas rerum humanarum cauſas indagaſſet, ſingula quæq; munera ſuo ordine, fineq; diſtinxiſſet: ſummum humani generis bonum architectata eſt. Conſtituta præſcriptis legibus, regendi forma, iacta fundamenta publicæ vtilitatis, factus glorię ſingularis progreſſus, quare proſpera moderatione definiuit, aduerſa virtutibus depulit, ad ſuperanda difficillima copijs ſe ſe locupletauit. Macrobius in Sõnio Scipionis. Et eſt politicæ prudentiæ ad rationis normam, quæ cogitat, quæque agit vniuerſa dirigere

Lib. 1. c. 8.

dirigere,ac nihil præter rectum velle, vel facere, humaniſq. actibus, tanquam diuinis arbitris,prouidere. Cum enim præterita meminiſſet, præſentia conſideraſſet, & quaſi, pro vaticinio generi humano ſeruiret, vt fieri humanitus poteſt, vicisſitudini rerum, fortunæq. mutabili ſeſe fortiter, atq; ſapienter oppoſuit.

Ianum Quirini clauſit, & ordinem
Rectum, & vaganti frena licentiæ
Iniecit, amouitq. culpas,
Et veteres reuocauit artes:
Per quas latinum nomen, & Italæ
Creuere vires: famaq. & imperi,
Porrecta Maieſtas ad ortum
Solis, ab Heſperio cubili.

Horat. Flacc. Carmi. lib. 4.

Ergo cum efficiat, conſideretq; nõ ſolum in conſiderando, ſed etiam in agendo verſatur: eius ergo erit finis, qui conſiderari, & ob quem homo præclare agere poſſit, & cum in boni humani commentatione, nihil maius bono publico, & vitæ humanæ fine communi: hic erit ſcopus, hæc meta: pro adipiſcendo igitur hoc fine vltimo, cum appeteret conſentanea, & contraria remoueret, in politicam, & militarem diuiſa eſt. Deus cum vniuerſum omnis generis varietate compleſſet, & rerum formis perfeciſſet, animantia inſtinctu neceſſaria conſtitutione naturæ, homines diuina imagine, intelligentia, & appetitione libera procreauit: itaq. conueniens humanæ naturæ gubernatio parendi, & imperandi effectricem diſciplinam inuenit: vt mens capax perſequendi bona, fugiendiq. contraria, omnium conſenſione voluntatum libere moueretur.

In genere politico finis eſt Prudentiæ. Propria hæc Principis virtus. Perficere ſemper prudentis. Omnia prudens propter finem agit. Nihil non Reip. conſentaneum prudentia contemplatur.

CAP. II.

VT in alijs, etiam in genere politico, finis prudentię eſt, quia ille Principis cuius, vt ait Ariſtoteles, prudentia ſola eſt, Magiſtra ciuilis vitę, vt ait Plato. Dauid ad Salomonem. *Detque tibi Dominus prudentiam, & ſenſum, vt regere poſſis Iſrael.*

Lib. 3. Pol. cap. 3. In Alci. 2. Para. 22.

Princeps ad hominum famam latius prudentia dimanauit.
Luc. 14. *Quis enim ex vobis volens Turrim ædificare, non prius ſedens, computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum, ne poſt eaquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes; Quia hic homo cæpit ædificare, & non potuit conſumare?* Prudentia enim eſt ratio earum rerum, quibus ipſa collimat; media enim ſingularibus naturæ terminata, pro vltimi finis modo, & ob eam ipſam cauſam pro adeptione conſiderat. Cum enim finis integra lege, ſuæq; momento rationis exiſtat, prudentia bona ad finem egregio iudicio conformat, acturaq; & imperatura præſtanter, ſimiliter pro extremo media, ſiue vniuerſim, ſiue particulatim intelligit: ideo qui cœpit, non eſt progreſſus, quia minime prudens, aut enim nõ cępiſſet, aut perfeciſſet, incipere, & culpa non conficere temeritatis eſt, cępiſſe, & abſoluiſſe prudentiæ merito igitur prudentia architectatur; quia niſi Duce illa ab infimis ad media, a me-
Serm. 28. diijs ad ſumma peruenirj non poteſt. Stobæus ex Iamblico. Prudentia virtutum princeps eſt, reliquiſq; omnibus vtitur, atq; ipſarum ordinem, modum, & occaſionem in præſentia, tanquam oculus quidam mentis vndequaq; lucidiſſimus, oſtendit. Si enim ſarcienda reſpublica, nonne munita etiam præſidijs, & copijs locuples futura eſt? vt non ſolum domi tela ſubire, vim hoſtium excipere, ſed etiam foris multitudinem poſſit, & ad-
Act. 20. uerſos caſus ſuſtinere? nam omnia, quæ ſunt propter finem, perfecte prudentia comprehendit. *Quomodo nihil ſubtraxerim vtilium, quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publice, & per domos.* Ergo, abſq; prudentia omnis magnitudo ruit, & ſi forte ne quicquam iacta fundamenta, primo Dominum imprudentẽ vulgus irriſit, deinde in eum omnia maledicta congeſſit. Iuſtitię autem prudentiæ, Religionis, cæterarumq; virtutum, cum neceſſitate, tum etiam vtilitate caruit; Regni enim ſumme intereſt, his quaſi ſepimento aliquo vallari, ne vitia obſtent, quominus creſcat, & ad ſplendidiſſimam dignitatem cumulus maieſtatis accedat. Habita vero ratione fortunarum omnium præclara inſtrumenta virtutum, bona externa expenſa prudenter, Imperij arcem ad cælum extulerunt, quare Deus poſtulanti ſolum ſapientiam Salomoni ſapientiam principis dedit, vt veriſſime in Regno Vicaria opera ſapientiæ regnantis, non contem-
3. Reg. 3. platione ſolum intelligentis vteretur. *Sed & hæc, quæ mox poſtulaſti, dedi tibi, diuitias ſcilicet, & gloriam.* Quare, vt Stobæus ex
Serm. 149 D. Chryſoſtomo. Ars eſt Imperare, non ſolum dignitas, & quidẽ

ars,

ars omnium maxime neceſſaria, & excellentiſſima. Cum enim prudentia omnis generis arte adminiſtra, & comite ſcientia, Rempublicam condidiſſet, non languet ad agendum, non ad cognoſcendum hebes eſt, ſuis auſpicijs effectura beatam Rempublicam, in ſe omnium oculos, oraq; conuertit: ergo prudentia iure optimo celebrata: in illa enim Princeps, modos rerum, & vltimos fines, ordinem vniuerſæ Reipublicæ, virtuteſq; perfectiſſima officij norma contemplatur. Cicero. *Vt enim Gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori Victoria, ſic huic moderatori Reipub. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit, huius enim operis maximi inter homines, atq; optimi illum eſſe effectorem volo.* Lib. 5. de Rep.

Regia prudentis Principis dignitas minime abſq; omni virtute. Populum Deo applaudere propter bonum Principem. Filij lucis prudentiam a filij ſæculi huius prudentia ſcite diſtingui, ergo illa vita Reipublicæ, hæc mors. Pauca bono Principi licere. Machiauelli errores notantur.

CAP. III.

QVibus Princeps ne fertur laudibus prudentiæ, magiſtratur tantæ virtutis honoribus? *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Lux ſplendor eſt Regię dignitatis, quæ hominibus lucet: illa enim in oculis ciuium, multo magis virtute ſplendeat, quam fulget purpura: ſic ergo ille gloriæ decor eluceat, vt homines ex caligine ſtultitiæ, vitiorumq; nebulis, conſilij, & amplitudinis claritatem aſpiciant. *In omni poſſeſſione tua acquire prudentiam, arripe illam, & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.* Micat, itaq. illa per ſe ſemper in tenebris, in tempeſtate quieta, neque ſuis, neque alienis vmquam ſordibus obſoleſcit: ergo vera lux digna imperio. Vt ille in Panegirico. Trabeæ veſtræ triumphales, & faces conſulares, & ſellæ curules, & Matt. 5. Prou. 4. Claudi. Mamert. in Pan. Maxim. Augu.

Ierem. 8. Deus in Ieremia. *Turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini.*

1. Pet. 2. Quare ſeruum Petrus a Ciue diſtinxit. *Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis.* Ciuis eſt, bono Principi obedire, ſerui etiam improbo Domino, nõ illi niſi bene pro virtute Principis faciũt; hi mala etiã pro Domini ſuperbia patiũtur; illi ne deuij, ne aberrent, timent, hi non ſolum ſtimulis conſcientiæ, ſed etiam flagitioſi domini vecordia, contremiſcunt, omnia ergo paueſcunt ſerui, ſolum turpia liberi, libertas ergo vera ciuium, ſeruitus vera ſeruorum, ſed quæ ne differentiæ ratio? Res priuata Domini ſeruus eſt, bello captũ mancipium iure gentium, ciuis publica res Principis, Regni pars: membrum enim potiſſima ratione, niſi pro honore capitis, & pro cæterorum bono moueri non poteſt; ergo illi recta factorum ratio præſcripta eſt; ſeruus familiæ pars detrimento domini, minime noxius Ciuitati, vitæ infima conditione viuit, ergo penes Principem ſumma imperandi auctoritas, penes Ciuem bonis Principibus parendi voluntas, penes ſeruum remotum a bono communi ſeruitus dura. Illi enim Chriſto Regi obtemperarunt. *Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos; Quid ſoluitis pullum? at illi dixerunt, quia Dominus eum neceſſarium habet, & dimiſerunt eis.* Alia, vt ait Ariſtoteles, virtus eius, qui regitur ab alio, non eſt prudentia, ſed vera opinio, atq; ſententia. Vt quæ iubentur, ipſo, & eodem fine imperantis faciat. Quare rectam opinionem Plato principium ciuilium actionum dixit. Ipſe Chriſtus. *Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Amor enim eſt quædam ſimilitudo voluntatis, non ergo diligit Principem, qui minime Principi paret, nam cum ſponte obtemperatur, ſimillima voluntas Principis voluntati ſit, neceſſe eſt, propter conſenſionem voluntatum res eaſdem appetentium, cum non ſponte, ſine amore, per accidens obeditur, vnuſquiſq; enim Ciuis commotus bona Principis opinione ſapientis obtemperat, gignitq. opinio illa, quam animo imbiberat ſimilitudinem voluntatum, qua qui non eſt promptus obedire, minime Principem diligit. Trebellius Pollio de Claudio Imper. Longum eſt tam multa, quam meruit vir ille, perſcribere: vnum tamen tacere non debeo, quod illum, & Senatus, & Populus, ante imperium, & in imperio, & poſt imperium ſic dilexit, vt ſatis conſtet, neque Traianum, neq; Antoninos, neq; quemquã aliũ Principem ſic amatũ. Amor propter virtutẽ eſt, ſed quid magis inuſitatum, & nouum? qui

Lib. 3. Pol. c. 3.

In Menn.

Ioan. 14.

Luc. 19.

qui enim gratia Principis ad ſummos dignitatis gradus aſcendit, profitetur adamare Principem, re vera vilipendit, quicquid libet, licere arbitratur; niſi enim, amore fretus, munere abuteretur, minime ſe Principis gratia pollere opinaretur. Princeps ergo euangelicus mente concipiat, diligo eum, qui publica præcepta ſeruauit, mei amantiorem, obedientisſimum, hunc ipſum dignisſimum Principis lectisſima gratia exiſtimaui. Plinius ad Traianum. Neque eſt vllus affectus tam erectus, & liber, & dominationis impatiens, nec qui magis vices exigat, poteſt fortaſſe Princeps mique, poteſt tamen odio eſſe nonnullis, etiam ſi ipſe non oderit, amari niſi ipſe amet, non poteſt. Enim vero propter teſtimonium Reip. & charitatem Populi, ciues Principem inſignibus imperij ornare voluerunt: quæ in Euangelijs declarata, & aduerſus Chriſtum peſſime per ludibrium actitata, contraria nos ratione docent, vt illa iuſtisſime fieri debuiſſe, & nos pro Maieſtatis Regiæ ſpecie bene inſtruxiſſe videamus. *Chlamydē coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius.* Tria Regum Ornamenta pro dignitate cognoſcimus, Purpura, Corona, Sceptrum, quæ, vt Auguſtiora eſſent principi Chriſtiano, quaſi diuinitus conceſſa, Theodoſius in ſomnijs ſe, vt ait Sigebertus in Cronographia a Mileto Antiocheno Epiſcopo indui Chlamyde imperiali, & diademate coronari vidit, quem morem, cum accepta a Sacroſancta perſona pro Dei reſpectu, ſumma humana dignitate, Imperatores obſeruaſſent. In omnium Occidentis, extremiq; imperij Maximo Carolo Magno, vt ſordes Imperatorum Orientis elueret, & hærentem in nomine imperij Chriſtiani infamiam obliteraret, ſolemni cæremonia Pontifex Leo renouauit, vt ait Ignatius. Leo Pontifex Scito Romani Populi, cleriq; rogatu, Carolum Francorum Regem, ob egregia in Chriſtianum nomen, & Romanam ſedem merita Romanorum Imperatorem, Primus appellat, inunctumq; cum Pipino filio Auguſtum conſecrat. Quare Deus, vt vehementius Principes Chriſtianos ad Reipub. adminiſtrationem accenderet; non ſolum illos pro merito virtutis inungi Spiritu Sancto, certisſima regiæ ara virtutis, & altisſimo portu malorum voluit, ſed quandoq; vt Galliarum Reges pignore diuino, ac poſt memoriâ hominū beneficio sūmo donauit.

In Paneg.

Matt. 27.

Lib. 3.

Iamq; dies aderat cunctis optata Nouembris,
Quod caput eſt menſis, quæ cunctis ſanctificata
Iamdudum ſanctis, nunc longe ſanctior extat,

Guiller. Britoni. Armoric. Philip. 1.

In

In qua Sceptrifero fulſit redimitus honore
Magnanimus ſacro Rex delibutus oliuo,
Quo Deus angelicis manibus virtute parata
Diuina, noſtris conceſſit Regibus vti,
Vt ſacrentur eo ſoli ſpecialiter illi,
Qui ſucceſſiue Francorum ſceptra capeſſunt.
Quo maior noſtri patet excellentia regni,
Dignior, vt vere Rex noſter Rege ſit omni,
Quem ſacrare ſuis Remorum metropolites
Cum compræſulibus habet illo Criſmate ſacro
Hoc ad opus ſolum, quod Cælica fudit oliua.
Hoc, & non alio perfudit membra liquore
Carolidæ noſtri, Guillelmus præſul in vrbe
Remenſi, patrum ſeruato more ſuorum:
Impoſuitq; ſacrum capiti diadema verendo,
Conniuente ſimul cleri, populiq; fauore.
Tam ſpeciale decus Chriſti dignatio præſtat
Nobis Francorum, qui congaudemus honori.
Sic Regem noſtrum ſibi Rex Cæleſtis amicat,
Sic ſuper exaltat terræ præ regibus illum,
Quem facit, vt ſolum ſacra conſecret vnctio Cæli
Vnguine, cum reliqui ſacrentur materiali.

Igitur Principi purpura cincto, corona redimito, ſceptro, armato, clamore ciuis, verſu populus acclamabit. Chriſtum plauſus infiniti proſequuti ſunt. *Turba autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur clamabant, dicentes. Hoſanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini: Hoſanna in altiſsimis.* Si Summi, medij, infimi, non ſolum Principi tribuunt ſtudium, ſed iudicio conſentientē voluntatem, in viſcer busq; hærentem principis charitatem vere ſignificant, grauiſsimus propter virtutem principis, felicisſimus propter ſtatum Reipub. acclamationis ille plauſus eſt. Lāpridius de Alexandro Seuero Leuabatur manibus omnium Alexander, vixq; illi per horas quattuor ambulare permiſſum eſt, vndiq; omnibus clamāt bus, Salua Roma, quia Saluus eſt Alexander. Sed cum vocem vniuerſæ Reip. ſeu dignitati principis deditam, ſeu virtuti addictam exaudiet, Deo gratias modeſtisſime referat, nec ſibi laudes arroget, quæ ad regnandum, niſi vna cum Dei gratia, vera virtute, conſtare non poſſunt. Princeps ſuperbus cū ſuperior hominibus ſibi videatur, cū Deo, indignatus altiorē principē, de autoritate, & iure contendit. *Statuto autem die Herodes*

Matt. 21.

Act. 12.

des veſtitus veſte regia, ſedit pro Tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod nõ dediſſet honorem Deo, & conſumptus a vermibus expirauit. Nec geſtiat lætitia, aut leuiter multitudinis fauore moueatur, ſed in ipſo ardore famę, gaudijq; communis, virtutes regias conſtantiſſime, ſanctiſsimeque concipiat, nam Chriſtus, apud populum tantis meritis, & clamore gratioſisſimus, continuo non dubitauit, plebem a turpi quæſtu reuocare, ſeueriſsimeq; oculis, geſtu, voce, manuq; punire. *Intrauit Ieſus in templum Dei, & eijciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas, euertit, & dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Ad publicanos. *Nihil amplius, quam, quod conſtitutum eſt vobis, faciatis.* Ne ſi in exigendis vectigalibus acerbi, & iniuſti, ordo neceſſarius Reipub. intolerabilis ſit, ſi lenes, & iuſti ornamento Reip. ſunt, non maledicto, & contumeliæ populari. *Publicanorum, & peccatorum amicus.* Et diræ illæ. *Sicut ethnicus, & publicanus.* De Zacheo, cuius Chriſtus hoſpitio vſus. *Quod ad hominem peccatorem diuertiſſet.* Iulius Capitolinus in Antonino Pio. Procuratores ſuos modeſte ſuſcipere tributa iuſsit: excedentes modum rationem factorum ſuorum reddere præcepit. Sext. Aurel. Vict. in Iuliano Apoſtata de Auguſta Plotina, & de eius marito Traiano ait. Cuius procuratores cum prouincias calumnijs agitarent, adeo, vt vnus ex ijs diceretur, locupletium quemque ita conuenire; Quæ habes (ad menſam?) alter, vnde habes? tertius. Pone quæ habes? illa coniugem corripuit: atq; increpans quod laudis (ſuæ) eſſet in curioſus talem reddidit, vt poſtea exactiones improbans, & deteſtans, Fiſcum lienem vocaret, quod eo creſcente, artus reliqui tabeſcant. De Conſtantio Chloro, regia omni virtute præſtantisſimo, Eutropius. Vir egregius, & præſtantisſimæ Ciuilitatis diuitijs prouincialium, ac priuatorum ſtudens, Fiſci commoda non ad modum affectans, dicenſq; melius publicas opes a priuatis haberi, quam intra vnum clauſtrum reſeruari.

Matt. 21. Luc. 3. Luc. 7. Matt. 18. Hiſt. lib. 10.

De

De vrbe Christiana, Quibus fundata virtutibus, Reliquas ciuitates mortales, hanc incremento sapientiæ solam æternam esse.

CAP. VI.

QVÆ cum de Ciuibus, nunc de Ciuitate. Ciuitas multitudo est Ciuium numero, virtute, fortunis ad bene, beateq; viuendum instituta. quare Isocrates in Nicocle, Hoc tibi argumento sit, te Regno bene præesse, si populum, & locupletiorem, & modestiorem sub imperio tuo videas esse factum Christiana ciuitas tanto adiumento Dei paucis ad beatam vitam contenta est. Quę res plurimis egent, minimum præstantiæ habent, & duræ miseriæ sunt, nec possunt esse diuturnæ. Simplex enim est causa æternitatis. Dei initijs, & artificio Ciuitas constituta diuinitus, non potest non esse affluentissima ijs præcipue, sine quibus minime honeste, reliquis, quibus ad publicam dignitatem satis est, quid enim faustum sine virtute, aut quid nō cū vitio detestabile?

Ouid. lib. 10. Metamor.

Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis,
Quæ tantum genuere nefas, sit Diues Amomo,
Cinnamaq; Costumq; suam, sudataq; ligno
Thura ferat, floreq; alios Panchaica tellus
Dum ferat, & Myrrham.

Vitia igitur propter Dei prouidentiam, & ruinas peccatorum præcipites, Regnorum exitia sunt.

Silius Italicus de bello Pū. sec. lib. 15.

idem aspice late
Florentes quondam luxus, quas verterit vrbes
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.

Psal. 132. Copiæ igitur non nisi virtute salutares. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Deus enim parens virtutum præceptis condit, artifexq; diuina gratia sustentat, illa enim Ciuitas diuinis, humanisq; fundata virtutibus ex Deo nata, insito salutis incremento, & splendoris perpetuitate stat arte sempiterna. Diuus Aug. Vtitur ergo etiam cælestis ciuitas in

De Ciu. Dei lib. 14. c. 17.

hac

hac ſua peregrinatione pace terrena, & de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus, humanarum voluntatum cõpoſitionem, quantum ſalua pietate, ac religione conceditur, tuetur, atq; appetit, eamq; terrenam pacem refert ad cœleſtem pacem: quæ vere ita pax eſt, vt rationalis duntaxat creaturæ ſola pax habenda, atq; dicenda ſit, ordinatiſſima ſcilicet, & concordiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. Cũ enim Ciuitas chriſtiana potentia Dei cõditoris, & multiplici ſapientię ingenio extitiſſet, agit radices, vt dicitur trabali clauo fixas. Nequeunt itaq; diuelli commoda publica, & omnis ratio virtutis elucet. Sed quæ de principatu Petri, ſimiliter nos de ciuitate, nomen. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã.* Matt. 16. Securitas magnitudinis. *Portæ Inferi, non præualebunt aduerſus eam.* Poteſtas publica. *Tibi Dabo claues Regni cælorum.* Acta regia. *Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis.* Breuiter enim Ciuitatem deſcribit Paulus. *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus.* Ad Heb. 11. Cęteræ enim vrbes quotidie caducæ vitijs, & rebus fluxæ cecidere, fuerunt enim ſine Deo exigua temporis mercede diuturnæ, ſola hæc nixa diuini artificij altiſſimis fundamentis, Deum meruit ſtatorem. *Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En Populus ſapiens, & intelligens, gens magna, nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt, cunctis obſecrationibus noſtris.* Deut. 4. Copioſiſſime diuina prouidentia omnia bona dictauit, noua, mirabiliaq; terrenarum rerum ſenſu, & cęleſtium fide condidit. Virtutes ſunt nobis diuinæ, humanæq. adminiſtræ perfectæ, ciues moribus, rerumq. intelligentia præſtantes, mortalia contemptionis moderatione terminata, celeſtia ſumma vbertate ſalutaria, Princeps Ciuitatis Chriſtianæ ſapientia, & fortitudine vigil aſſertor animaduerſus eſt, quæ non ſoluta opinione, ſed incluſa legibus, non ſolum autoritate publica teſtata, ſed in animis ciuiũ inuſta, hoc vinculũ dignitatis eſt, hoc fundamentũ libertatis, hic fons æquitatis, vt ille noſter, Mens, & animus, & conſilium, & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus, vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus, vt neruis, ac ſanguine, & membris vti non poteſt. Eſt enim lex Euangelica Chriſtianæ huius forma Reipub. Ergo iacta ſunt Dei fundamenta, quibus ad Cœlũ elata Chriſtiana Ciuitas creſcit. Inuenit Chriſtus, quod Cicero optauit. Debet enim conſtituta ſic eſſe ciuitas, vt æterna ſit. Cic. pro Cluent. Lib. 3. de Rep.

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER SEPTIMVS.

Principis Prudentia ſummum bonum Reip. architectatur. In agendo, & intelligendo verſatur. Alia eſt politica, & militaris alia.

CAP. I.

SEd cum illę Principis virtutes, de quibus in tertio, & quarto libro, momēti maximi ſint, nunc ſupereſt de prudentia, ad quā intermiſis quibuſdam huius materiæ neceſſarijs, & illecti regiarum connexa ſerie virtutum, tanquam altiorem gradum facturi deuenimus. Prudentia enim imprimis neceſſaria, & laudatiſſima: nā cum recunditas rerum humanarum cauſas indagaſſet, ſingula quæq; munera ſuo ordine, fineq; diſtinxiſſet: ſummum humani generis bonum architectata eſt. Conſtituta præſcriptis legibus, regendi forma, iacta fundamenta publicæ vtilitatis, factus glorię ſingularis progreſſus, quare proſpera moderatione definiuit, aduerſa virtutibus depulit, ad ſuperanda difficillima copijs ſe ſe locupletauit. Macrobius in Sōnio Scipionis. Et eſt politicæ prudentiæ ad rationis normam, quæ cogitat, quæque agit vniuerſa dirigere

Lib. 1. c. 8.

dirigere, ac nihil præter rectum velle, vel facere, humanisq. actibus, tanquam diuinis arbitris, prouidere. Cum enim præterita meminisset, præsentia considerasset, & quasi, pro vaticinio generi humano seruiret, vt fieri humanitus potest, vicissitudini rerum, fortunæq. mutabili se se fortiter, atq; sapienter opposuit.

Ianum Quirini clausit, & ordinem
Rectum, & vaganti frena licentiæ
Iniecit, amouitq. culpas,
Et veteres reuocauit artes:
Per quas latinum nomen, & Italæ
Creuere vires: famaq. & imperi,
Porrecta Maiestas ad ortum
Solis, ab Hesperio cubili.

Horat. Flacc. Carmi. lib. 4.

Ergo cum efficiat, considereturq; nõ solum in considerando, sed etiam in agendo versatur: eius ergo erit finis, qui considerari, & ob quem homo præclare agere possit, & cum in boni humani commentatione, nihil maius bono publico, & vitæ humanæ fine communi: hic erit scopus, hæc meta: pro adipiscendo igitur hoc fine vltimo, cum appeteret consentanea, & contraria remoueret, in politicam, & militarem diuisa est. Deus cum vniuersum omnis generis varietate complexisset, & rerum formis perfecisset, animantia instinctu necessaria constitutione naturæ, homines diuina imagine, intelligentia, & appetitione libera procreauit: itaq. conueniens humanæ naturæ gubernatio parendi, & imperandi effectricem disciplinam inuenit: vt mens capax persequendi bona, fugiendiq. contraria, omnium consensione voluntatum libere moueretur.

In genere politico finis est Prudentiæ. Propria hæc Principis virtus. Perficere semper prudentis. Omnia prudens propter finem agit. Nihil non Reip. consentaneum prudentia contemplatur.

CAP. II.

VT in alijs, etiam in genere politico, finis prudentiæ est, quia ille Principis cuius, vt ait Aristoteles, prudentia sola est, Magistra ciuilis vitæ, vt ait Plato. Dauid ad Salomonem. *Detque tibi Dominus prudentiam, & sensum, vt regere possis Israel.*

Lib. 3. Pol. cap. 3. In Alci. 2. Para. 22.

ars omnium maxime neceſſaria, & excellentiſſima. Cum enim prudentia omnis generis arte adminiſtra, & comite ſcientia, Rempublicam condidiſſet, non languet ad agendum, non ad cognoſcendum hebes eſt, ſuis auſpicijs effectura beatam Rempublicam, in ſe omnium oculos, oraq; conuertit: ergo prudentia iure optimo celebrata: in illa enim Princeps, modos rerum, & vltimos fines, ordinem vniuerſæ Reipublicæ, virtuteſq; perfectiſſima officij norma contemplatur. Cicero. *Vt enim Gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori Victoria, ſic huic moderatori Reipub. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit, huius enim operis maximi inter homines, atq; optimi illum eſſe effectorem volo.* Lib. 5. de Rep.

Regia prudentis Principis dignitas minime abſq; omni virtute. Populum Deo applaudere propter bonum Principem. Filij lucis prudentiam a filij ſæculi huius prudentia ſcite diſtingui, ergo illa vita Reipublicæ, hæc mors. Pauca bono Principi licere. Machiauelli errores notantur.

CAP. III.

QVibus Princeps ne fertur laudibus prudentiæ, ma-ctatur tantæ virtutis honoribus? *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Lux ſplendor eſt Regię dignitatis, quæ hominibus lucet: illa enim in oculis ciuium, multo magis virtute ſplendeat, quam fulget purpura: ſic ergo ille gloriæ decor eluceat, vt homines ex caligine ſtultitiæ, vitiorumq; nebulis, conſilij, & amplitudinis claritatem aſpiciant. *In omni poſſeſſione tua acquire prudentiam, arripe illam, & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.* Micat, itaq. illa per ſe ſemper in tenebris, in tempeſtate quieta, neque ſuis, neque alienis vmquam ſordibus obſoleſcit: ergo vera lux digna imperio. Vt ille in Panegirico. Trabeæ veſtræ triumphales, & faces conſulares, & ſellæ curules, & Matt. 5. Prou. 4. Claudi. Mamert. in Pan. Maxim. Augu.

& hæc obſequiorum ſtipatio, & fulgor, & illa lux diuinum verticem claro orbe complectens, veſtrum ſunt ornamenta meritorum pulcherrima, & auguſtiſsima. Natura decorem dignitatis, & oculis obiectam maieſtatem pro magiſterio intimæ virtutis adamauit.

Virg. Georg. lib. 4.

Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens:
(Nam duo ſunt genera) hic melior, inſignis & ore,
Et rutilis clarus ſquamis:

Virtutis enim fulgore ſalutari, homines ex tenebricoſa rerum humanarum fragilitate extracti, bene ſperare de re dubia, & fallaci fortuna cęperunt: Minime ergo, ſine virtute honos, ipſe enim comes, virtute duce, clareſcit. Reges enim, vt ſapientia docet, in Terris Regni Dei miniſtri ſunt, ergo cum a Deo deſignati, ſi virtutem cum maieſtate coniunxerint, Deus præconio hominum prædicatur; Si malus Rex, nonne ſicut Regis præſentia honeſtiſsima Dei mortales recondantur, ſic, attoniti Regis vi-

2. ad Cor. 6.

tijs, Dei obliuiſcuntur? *Nemini dantes vllam offenſionem, vt non acciperetur miniſterium noſtrum.* Quid Regnum ablque miniſterio?

Senec. in Troad.

Ego eſſe quicquam ſceptra, niſi vano putem
Fulgore tectum nomen, & falſo comam
Vinclo decentem? caſus hoc rapiet breuis,
Nec mille forſan ratibus, aut annis decem.
Non omnibus fortuna tam lenta imminet.

Ergo in te ipſo, o Rex, facultas quædam, & cauſa diuinæ laudis.

Iſa. 33.

Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum, iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius, panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt, Regem in decore ſuo videbunt oculi eius, cernent terram de longe. Nam ſi te in luce orbis terrę ſapienter agentem populus aſpectarit, applaudit Deo, & tibi, ſi malus es, Theatra tota reclamant, quantis uero querelis hominum grauiſsimis laceraris? Nec mirum: Deum enim iuſtiſsima gloria, illos communi luce bonorum fraudauiſti. Seneca.

Epiſt. 80.

Vides illum Scythię, Sarmatięue Regem, inſigni capitis decorum? ſi uis illum ęſtimare, totumq. ſcire qualis ſit, faſciam ſolue. multum mali ſub illa latet. Ergo lux mundi. latere non potes, neq. enim te Deus regem fecit, ut tui arbitrij eſſet, te ipſum obſcurare, ſed ut in proeuranda Rep. noctu, deniq. fama immortalis gentium, & amore Ciuium ſplendeſceres. Quid maius in terris, quid ſimilius Deo?

Tu regere imperio populos Romane memento. Virg. Aeneid. li. 6.

Finis ſmperij, uſus prudentię eſt. *Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nonne vt ſuper candelabrum ponatur?* Mar. 4. Cuius ne momẽti eſt, minime lux eſſentia, ſed nomine, diſpendio, non vtilitati futura? *Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum Regibus, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines, aut cum Principibus, qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento.* Iob. 3. Vt adſit, ut prẹſens ſit non ut lateat abſens, nec ut inanis otio ſit, regnat. Stobęus. Quocirca Rex unicum, & excellẽs quoddam opus eſt, imo imago ſuperni illius regis, creatori ſuo ſemper familiaris, a ſubditis uero in Regno, tanquam lumine conſpicua. *Laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, quia filij huius ſæculi, prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Luc. 16. Sęculum pater eſt mortalium, lux ſęculo contraria, immortalium alma procreatrix eſt; ſæculi ergo ſenſus eſt, lucis ſpiritus, cum in ſęculo inſit mortalitas, veritatis ſit æternitas propria, ſed omnis genitor ſibi ſimilem generat, ergo filiorum ſęculi procreatio ſenſus eſt, lucis filiorum ſpiritus, ſed ſenſui ſpiritus contrarius eſt, igitur prudens filius lucis, in generatione ſenſus prudens eſſe non poteſt, generatio enim ui naturę ſpeciẽ aliquo uno determinat: quæ igitur ſenſui cum ſpiritu poteſt uirtutis eſſe Communitas? ergo in prole ſenſibili ſęculi filius, filio lucis prudentior eſt. *Nã prudentia carnis mors eſt, Prudentia autẽ ſpiritus vita, & pax.* Ad Rom. 8. Senſus eſt mũdi prudẽtia, ſed hæc ſpiritus eſt, non humani ſenſus, igitur hic ironice prudẽtia eſt, qui minime talis eſt. Sis callidus architectus huius falſæ prudentiæ, ſemen ſeculi mors ipſa conſequitur, progeniem uitę lux ipſa nãciſcitur, filius ſeculi, filius mortis eſt, quibus uidetur prudentior, miſerrime moritur.

iam non ad culmina rerum Claud. in Ruf. li. 1.
Iniuſtos creuiſſe queror, tolluntur in altum
Vt lapſu grauiore ruant.

Filius lucis, quibus mori imprudens uidetur, diuinitus uiuit. Ioan. 6. *Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quidquam.* Senſus breuiſsimam lucem, mortis ſempiterna nox operit, lux ſpiritus, æternitate uitæ alitur: extrema ergo hæc non mediocris aliqua res, ſed mors, & ſenſus: ſpiritus, uitaq; diſtingunt. *Vt filij lucis ambulate (fructus enim lucis, eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate) probantes, quid ſit beneplacitum Deo.* Ad Eph. 5. Filius igitur lucis, filius Dei. *Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.* Prudentiam

tiam itaq; filij sæculi a prudentia filij lucis distincte separato, ille enim prudentior est, quia improbior, quia nequam, præ libidine mentis veneficijs, venenis, exquisitissimis fraudibus debacchatur. Prou. 4. *Non enim dormiunt nisi malefecerint, & rapiunt somnus ab eis, nisi supplantauerint, comedunt panem impietatis. & vinum iniquitatis bibunt.* Denique flabello vanitatis, & temeritate erroris Matt. 21. præcipites aguntur. *Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quā Dei.* Quid non ille audet, dum pessima quęq; assequatur? prudentissimus ne? quia illi nihil in diuinis, humanisq; perpetuum, Iob. 34. & constans? Deus enim est. *Qui dicit Regi Apostata, & vocat Duces impios, qui non accipit personam Principum, nec cognouit Tyrannum, cum disceptaret contra pauperem.* Si opus sacrilegio, fas irridendum: si opus iniuria, exterminanda iustitia? & contra si opus religione, nihil illa diuinius, si opus iustitia, nihil illa salutarius. 2. ad Tim. 3. *Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* Illa enim vtuntur, vt cum propter opinionem virtutis liberior locus fraudi sit, insidijs, & attentione quadam mali decipiant; vox prouidentiæ in præstigias, & fraudes audacissimorum hominum. Luc. 19. *Quia, si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Nonne Luc. 12. ad vsus humanos ex arcanis sapientiæ vaticinia hæc? *Nihil enim est opertum quod non reueletur, neque absconditum, quod non sciatur.* Habacuc. 2. Iam vero extrema in impios oracula torqueantur. *Quia lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est respondebit. Væ, qui ædificat Ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.* Illos bonos viros, miseros, & infatuatos dicunt, qui non se addicunt cupiditatibus, qui pro libertate modestiæ, temeritatem iniuriæ, pro prudentia, malum peccati auspicium detestantur. Luc. 16. *Quia, quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* Lib. 2. off. c. 12. Vt Diuus Ambrosius. Admirandus mihi, & suscipiendus consiliarius, quem propitius Dominus patribus dedit, offensus abstulit. Huius imitator debet esse, qui potest consilium dare, & alienam a vitijs custodire prudentiam, quia nihil inquinatum in illam incurrit. Quæ virtute non potes acquirere, peccando præcipitas? & nonne propter nostram fidem, odiumq; peccati summa bonitas infinitis artibus prouideret?

Horat. Carm. lib. 3. ad Roma.

Dijs te minorem quod geris, imperas,
Hinc omne principium, huc refer exitum

Sed omnis in vitio culpa est. 1. ad Co. 2. *Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, ergo spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem*

ad-

aduersus carnẽ, hæc enim sibi innicẽ aduersantur, vt non quæcumq; vultis illa faciatis. Secũ ipsa natura vitijs, obiectis uirtutibus pugnat.

Sed trahit inuitam noua uis, aliudq; cupido
Mens aliud suadet, video meliora, proboq;
Deteriora sequor. Ouid. Metam. lib. 7.

Quæ voluntate spiritus, non quæ carnis libidine volumus faciendа sunt, illa enim prudentia est, hæc insciti a. *Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos.* Esto ergo humanis, quæ complectitur recta ratio, & iusta potentia contentus, virtutis pariter aduersus hostes, & ciues exempla sequutus. 1. ad Thes. 5.

Hoc genus emptori ciues cum mœnibus offert;
Hic vendit patriam, plerique in tempus abusi,
Mox odere tamen, tenuit sic Graia Philippus
Oppida; Palleo libertas concidit auro.
Romani scelerum semper spreuere ministros. Claud. de Bello Gildon.

Circumsonent aures Principis illa sententia. *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam, angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam.* Via salutis, uia uirtutis est. Matt. 7.

Ardua saxoso perducit Semita clivo
Aspera principio (nec enim mihi fallere mos est)
Prosequitur, labor ad nitendum intrare volenti:
Nec bona conscendunt, quæ fors infida dedisset.
Atque eadem rapuisse valet: mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genus, omnia contra
Experienda manent, quam spondet blanda voluptas. Silius Italic. de bello pun. a. lib. 15.

Igitur rarissimus mente, & uoluntate bonus Princeps est, qui casto more uirtutis, & integra conscientia prudentiæ Regnat.

Quas non arces scelus alternum
Dedit in præceps? impia quas non
Arma fatigant? iura, pudorque:
Et coniugij sacrata fides,
Fugimt aulas: sequitur tristis
Sanguinolenta Bellona manu,
Quæque superbos vrit Erinnys,
Tumidas semper comitata domos:
Quas in planum quælibet hora
Tulit ex alto, licet arma vacent, Senec. in Agamemnon.

De vrbe Christiana, Quibus fundata virtutibus, Reliquas ciuitates mortales, hanc incremento sapientiæ solam æternam esse.

CAP. VI.

QVÆ cum de Ciuibus, nunc de Ciuitate. Ciuitas multitudo est Ciuium numero, virtute, fortunis ad bene, beateq; viuendum instituta. quare Isocrates in Nicocle, Hoc tibi argumento sit, te Regno bene præesse, si populum, & locupletiorem, & modestiorem sub imperio tuo videas esse factum Christiana ciuitas tanto adiumento Dei paucis ad beatam vitam contenta est. Quę res plurimis egent, minimum præstantiæ habent, & duræ miseriæ sunt, nec possunt esse diuturnæ. Simplex enim est causa æternitatis. Dei initijs, & artificio Ciuitas constituta diuinitus, non potest non esse affluentissima ijs præcipue, sine quibus minime honeste, reliquis, quibus ad publicam dignitatem satis est, quid enim faustum sine virtute, aut quid nō cū vitio detestabile?

Ouid. lib. 10. Metamor.

Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis,
Quæ tantum genuere nefas, sit Dives Amomo,
Cinnamaq; Costumq; suam, sudataq; ligno
Thura ferat, floreq; alios Panchaica tellus
Dum ferat, & Myrrham.

Vitia igitur propter Dei prouidentiam, & ruinas peccatorum præcipites, Regnorum exitia sunt.

Silius Italicus de bello Pū. sec. lib. 15.

idem aspice late
Florentes quondam luxus, quas verterit vrbes
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.

Psal. 132. Copiæ igitur non nisi virtute salutares. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Deus enim parens virtutum præceptis condit, artifexq; diuina gratia sustentat, illa enim Ciuitas diuinis, humanisq; fundata virtutibus ex Deo nata, insito salutis incremento, & splendoris perpetuitate stat arte sempiterna. Diuus Aug. Vtitur ergo etiam cælestis ciuitas in

De Ciu. Dei lib. 14. c. 17.

hac

hac ſua peregrinatione pace terrena, & de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus, humanarum voluntatum cõpoſitionem, quantum ſalua pietate, ac religione conceditur, tuetur, atq; appetit, eamq; terrenam pacem refert ad cœleſtem pacem: quæ vere ita pax eſt, vt rationalis duntaxat creaturæ ſola pax habenda, atq; dicenda ſit, ordinatiſſima ſcilicet, & concordiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. Cũ enim Ciuitas chriſtiana potentia Dei cõditoris, & multiplici ſapientię ingenio extitiſſet, agit radices, vt dicitur trabali clauo fixas. Nequeunt itaq; diuelli commoda publica, & omnis ratio virtutis elucet. Sed quæ de principatu Petri, ſimiliter nos de ciuitate, nomen. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã.* Matt. 16. Securitas magnitudinis. *Portæ Inferi, non prævalebunt aduerſus eam.* Poteſtas publica. *Tibi Dabo claues Regni cælorum.* Acta regia. *Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis.* Breuiter enim Ciuitatem deſcribit Paulus. *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus.* Ad Heb. 11. Cęteræ enim vrbes quotidie caducæ vitijs, & rebus fluxæ cecidere, fuerunt enim ſine Deo exigua temporis mercede diuturnæ, ſola hæc nixa diuini artificij altiſſimis fundamentis, Deum meruit ſtatorem. *Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En Populus ſapiens, & intelligens, gens magna, nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt, cunctis obſecrationibus noſtris.* Deut. 4. Copioſiſſime diuina prouidentia omnia bona dictauit, noua, mirabilia q; terrenarum rerum ſenſu, & cęleſtium fide condidit. Virtutes ſunt nobis diuinæ, humanæq. adminiſtræ perfectæ, ciues moribus, rerumq. intelligentia præſtantes, mortalia contemptionis moderatione terminata, celeſtia ſumma vbertate ſalutaria, Princeps Ciuitatis Chriſtianæ ſapientia, & fortitudine vigil aſſertor animaduerſus eſt, quæ non ſoluta opinione, ſed incluſa legibus, non ſolum autoritate publica teſtata, ſed in animis ciuiũ inuſta, hoc vinculũ dignitatis eſt, hoc fundamentũ libertatis, hic fons æquitatis, vt ille noſter, Mens, & animus, & conſilium, & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus, vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus, vt neruis, ac ſanguine, & membris vti non poteſt. Cic. pro Cluent. Eſt enim lex Euangelica Chriſtianæ huius forma Reipub. Ergo iacta ſunt Dei fundamenta, quibus ad Cœlũ elata Chriſtiana Ciuitas creſcit. Inuenit Chriſtus, quod Cicero optauit. Debet enim conſtituta ſic eſſe ciuitas, vt æterna ſit. Lib. 3. de Rep.

PRINCIPIS EVANGELICI

LIBER SEPTIMVS.

Principis Prudentia ſummum bonum Reip. architectatur. In agendo, & intelligendo verſatur. Alia eſt politica, & militaris alia.

CAP. I.

SEd cum illę Principis virtutes, de quibus in tertio, & quarto libro, momẽti maximi ſint, nunc ſupereſt de prudentia, ad quã intermiſis quibuſdam huius materiæ neceſſarijs, & illecti regiarum connexa ſerie virtutum, tanquam altiorem gradum facturi deuenimus. Prudentia enim imprimis neceſſaria, & laudatiſſima: nã cum recunditas rerum humanarum cauſas indagaſſet, ſingula quæq; munera ſuo ordine, fineq; diſtinxiſſet: ſummum humani generis bonum architectata eſt. Conſtituta præſcriptis legibus, regendi forma, iacta fundamenta publicæ vtilitatis, factus glorię ſingularis progreſſus, quare proſpera moderatione definiuit, aduerſa virtutibus depulit, ad ſuperanda difficillima copijs ſe ſe locupletauit. Macrobius in Sõnio Scipionis. Et eſt politicæ prudentiæ ad rationis normam, quæ cogitat, quæque agit vniuerſa dirigere

Lib. 1. c. 8.

dirigere, ac nihil præter rectum velle, vel facere, humanisq. actibus, tanquam diuinis arbitris, prouidere. Cum enim præterita meminisset, præsentia considerasset, & quasi, pro vaticinio generi humano seruiret, vt fieri humanitus potest, vicissitudini rerum, fortunæq. mutabili se se fortiter, atq; sapienter opposuit.

Ianum Quirini clausit, & ordinem
Rectum, & vaganti frena licentiæ
Iniecit, amouitq. culpas,
Et veteres reuocauit artes:
Per quas latinum nomen, & Italæ
Creuere vires: famaq. & imperi,
Porrecta Maiestas ad ortum
Solis, ab Hesperio cubili.

Horat. Flacc. Carmi. lib. 4.

Ergo cum efficiat, considereturq; nõ solum in considerando, sed etiam in agendo versatur: eius ergo erit finis, qui considerari, & ob quem homo præclare agere possit, & cum in boni humani commentatione, nihil maius bono publico, & vitæ humanæ fine communi: hic erit scopus, hæc meta: pro adipiscendo igitur hoc fine vltimo, cum appeteret consentanea, & contraria remoueret, in politicam, & militarem diuisa est. Deus cum vniuersum omnis generis varietate complexus esset, & rerum formis perfecisset, animantia instinctu necessaria constitutione naturæ, homines diuina imagine, intelligentia, & appetitione libera procreauit: itaq. conueniens humanæ naturæ gubernatio parendi, & imperandi effectricem disciplinam inuenit: vt mens capax persequendi bona, fugiendiq. contraria, omnium consensione voluntatum libere moueretur.

In genere politico finis est Prudentiæ. Propria hæc Principis virtus. Perficere semper prudentis. Omnia prudens propter finem agit. Nihil non Reip. consentaneum prudentia contemplatur.

CAP. II.

VT in alijs, etiam in genere politico, finis prudentiæ est, quia ille Principis cuius, vt ait Aristoteles, prudentia sola est, Magistra ciuilis vitæ, vt ait Plato. Dauid ad Salomonem. *Detque tibi Dominus prudentiam, & sensum, vt regere possis Israel.* Lib. 3. Pol. cap. 3. In Alci. 2. Para. 22.

ars omnium maxime neceſſaria, & excellentiſſima. Cum enim prudentia omnis generis arte adminiſtra, & comite ſcientia, Rempublicam condidiſſet, non languet ad agendum, non ad cognoſcendum hebes eſt, ſuis auſpicijs effectura beatam Rempublicam, in ſe omnium oculos, oraq; conuertit: ergo prudentia iure optimo celebrata: in illa enim Princeps, modos rerum, & vltimos fines, ordinem vniuerſæ Reipublicæ, virtuteſq; perfectiſſima officij norma contemplatur. Cicero. *Vt enim Gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori Victoria, ſic huic moderatori Reipub. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit, huius enim operis maximi inter homines, atq; optimi illum eſſe effectorem volo.* Lib. 5. de Rep.

Regia prudentis Principis dignitas minime abſq; omni virtute. Populum Deo applaudere propter bonum Principem. Filij lucis prudentiam a filij ſæculi huius prudentia ſcite diſtingui, ergo illa vita Reipublicæ, hæc mors. Pauca bono Principi licere. Machiauelli errores notantur.

CAP. III.

QVibus Princeps ne fertur laudibus prudentiæ, mactatur tantæ virtutis honoribus? *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Lux ſplendor eſt Regiæ dignitatis, quæ hominibus lucet: illa enim in oculis ciuium, multo magis virtute ſplendeat, quam fulget purpura: ſic ergo ille gloriæ decor eluceat, vt homines ex caligine ſtultitiæ, vitiorumq; nebulis, conſilij, & amplitudinis claritatem aſpiciant. *In omni poſſeſſione tua acquire prudentiam, arripe illam, & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.* Micat, itaq. illa per ſe ſemper in tenebris, in tempeſtate quieta, neque ſuis, neque alienis vmquam ſordibus obſoleſcit: ergo vera lux digna imperio. *Vt ille in Panegirico. Trabeæ veſtræ triumphales, & faces conſulares, & ſellæ curules,* Matt. 5. Prou. 4. Claudi. Mamert. in Pan. Maxim. Augu.

&

& hæc obſequiorum ſtipatio, & fulgor, & illa lux diuinum verticem claro orbe complectens, veſtrum ſunt ornamenta meritorum pulcherrima, & auguſtiſſima. Natura decorem dignitatis, & oculis obiectam maieſtatem pro magiſterio intimæ virtutis adamauit.

Virg. Georg. lib. 4.

Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens:
(Nam duo ſunt genera) hic melior, inſignis & ore,
Et rutilis clarus ſquamis:

Virtutis enim fulgore ſalutari, homines ex tenebricoſa rerum humanarum fragilitate extracti, bene ſperare de re dubia, & fallaci fortuna cęperunt: Minime ergo, ſine virtute honos, ipſe enim comes, virtute duce, clareſcit. Reges enim, vt ſapientia docet, in Terris Regni Dei miniſtri ſunt, ergo cum a Deo deſignati, ſi virtutem cum maieſtate coniunxerint, Deus præconio hominum prædicatur; Si malus Rex, nonne ſicut Regis præſentia honeſtiſſima Dei mortales recondantur, ſic, attoniti Regis vi-

2. ad Cor. 6.

tijs, Dei obliuiſcuntur? *Nemini dantes vllam offenſionem, vt non acciperetur miniſterium noſtrum.* Quid Regnum abſque miniſterio?

Senec. in Troad.

Ego eſſe quicquam ſceptra, niſi vano putem
Fulgore tectum nomen, & falſo comam
Vinclo decentem? caſus hoc rapiet breuis,
Nec mille forſan ratibus, aut annis decem.
Non omnibus fortuna tam lenta imminet.

Ergo in te ipſo, o Rex, facultas quædam, & cauſa diuinæ laudis.

Iſa. 33.

Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum, iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius, panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt, Regem in decore ſuo videbunt oculi eius, cernent terram de longe. Nam ſi te in luce orbis terrę ſapienter agentem populus aſpectarit, applaudit Deo, & tibi, ſi malus es, Theatra tota reclamant, quantis uero querelis hominum grauiſſimis laceraris? Nec mirum: Deum enim iuſtiſſima gloria, illos communi luce bonorum fraudauiſti. Seneca.

Epiſt. 20.

Vides illum Scythię, Sarmatię ue Regem, inſigni capitis decorum? ſi uis illum eſtimare, totumq. ſcire qualis ſit, faſciam ſolue. multum mali ſub illa latet. Ergo lux mundi. latere non potes, neq. enim te Deus regem fecit, ut tui arbitrij eſſet, te ipſum obſcurare, ſed ut in proeuranda Rep. noctu, deniq. fama immortalis gentium, & amore Ciuium ſplendeſceres. Quid maius in terris, quid ſimilius Deo?

Tu regere imperio populos Romane memento. Virg. Aeneid. li. 6.

Finis ſmperij, uſus prudentię eſt. *Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nonne vt ſuper candelabrum ponatur?* Mar. 4. Cuius ne momēti eſt, minime lux eſſentia, ſed nomine, diſpendio, non vtilitati futura? *Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum Regibus, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines, aut cum Principibus, qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento.* Iob. 3. Vt adſit, ut pręſens ſit non ut lateat abſens, nec ut inanis otio ſit, regnat. Stobęus. Quocirca Rex unicum, & excellēs quoddam opus eſt, imo imago ſuperni illius regis, creatori ſuo ſemper familiaris, a ſubditis uero in Regno, tanquam lumine conſpicua. Serm. 147. *Laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, quia filij huius ſæculi, prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Luc. 16. Sęculum pater eſt mortalium, lux ſęculo contraria, immortalium alma procreatrix eſt; ſæculi ergo ſenſus eſt, lucis ſpiritus, cum in ſęculo inſit mortalitas, veritatis ſit æternitas propria, ſed omnis genitor ſibi ſimilem generat, ergo filiorum ſęculi procreatio ſenſus eſt, lucis filiorum ſpiritus, ſed ſenſui ſpiritus contrarius eſt, igitur prudens filius lucis, in generatione ſenſus prudens eſſe non poteſt, generatio enim ui naturę ſpeciē aliquo uno determinat: quæ igitur ſenſui cum ſpiritu poteſt uirtutis eſſe Communitas? ergo in prole ſenſibili ſęculi filius, filio lucis prudentior eſt. *Nā prudentia carnis mors eſt, Prudentia autē ſpiritus vita, & pax.* Ad Rom. 8. Senſus eſt mūdi prudētia, ſed hæc ſpiritus eſt, non humani ſenſus, igitur hic ironice prudētia eſt, qui minime talis eſt. Sis callidus architectus huius falſæ prudentiæ, ſemen ſeculi mors ipſa conſequitur, progeniem uitę lux ipſa nāciſcitur, filius ſeculi, filius mortis eſt, quibus uidetur prudentior, miſerrime moritur.

iam non ad culmina rerum
Iniuſtos creuiſſe queror, tolluntur in altum
Vt lapſu grauiore ruant. Claud. in Ruf. li. 1.

Filius lucis, quibus mori imprudens uidetur, diuinitus uiuit. Ioan. 6. *Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quidquam.* Senſus breuiſſimam lucem, mortis ſempiterna nox operit, lux ſpiritus, æternitate uitæ alitur: extrema ergo hæc non mediocris aliqua res, ſed mors, & ſenſus: ſpiritus, uitaq; diſtingunt. *Vt filij lucis ambulate (fructus enim lucis, eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate) probantes, quid ſit beneplacitum Deo.* Ad Eph. 5. Filius igitur lucis, filius Dei. *Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.* Prudentiam

aduerſus carnẽ, hæc enim ſibi innicẽ aduerſantur, vt non quæcunq; vultis illa faciatis. Secũ ipſa natura vitijs, obiectis uirtutibus pugnat.

Sed trahit inuitam noua uis, aliudq; cupido
Mens aliud ſuadet, video meliora, proboq;
Deteriora ſequor. Ouid. Metam. lib. 7.

Quæ voluntate ſpiritus, non quæ carnis libidine volumus facienda ſunt, illa enim prudentia eſt, hæc inſcitia. *Omnia autem probate, quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete vos.* Eſto ergo humanis, quæ complectitur recta ratio, & iuſta potentia contentus, virtutis pariter aduerſus hoſtes, & ciues exempla ſequutus. 1. ad Theſ. 5.

Hoc genus emptori ciues cum mœnibus offert;
Hic vendit patriam, plerique in tempus abuſi,
Mox odere tamen, tenuit ſic Graia Philippus
Oppida; Pallco libertas concidit auro.
Romani ſcelerum ſemper ſprenere miniſtros. Claud. de Bello Gildon.

Circumſonent aures Principis illa ſententia. *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam, angusta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam.* Via ſalutis, uia uirtutis eſt. Matt. 7.

Ardua ſaxoſo perducit Semita clivo
Aſpera principio (nec enim mihi fallere mos eſt)
Proſequitur, labor ad nitendum intrare volenti:
Nec bona conſcendunt, quæ ſors infida dediſſet.
Atque eadem rapuiſſe valet: mox celſus ab alto
Infra te cernes hominum genus, omnia contra
Experienda manent, quam ſpondet blanda voluptas. Silius Itali. de bello pun. 2. lib 15.

Igitur rariſsimus mente, & uoluntate bonus Princeps eſt, qui caſto more uirtutis, & integra conſcientia prudentiæ Regnat.

Quas non arces ſcelus alternum
Dedit in præceps? impia quas non
Arma fatigant? iura, pudorque:
Et coniugij ſacrata fides,
Fugiunt aulas: ſequitur triſtis
Sanguinolenta Bellona manu,
Quæque ſuperbos vrit Erinnys,
Tumidas ſemper comitata domos:
Quas in planum qualibet hora
Tulit ex alto, licet arma vacent, Senec. in Agamemnon.

Ceßentque doli, ſidunt ipſo
Pondere magna, reditque oneri
Fortuna ſuo.

1. ad Cor. 6. Carnis finis malus eſt, aſtutiæ media iniuſta excogitare, vt in villi co uidere eſt, qui fraude fecit, quod ſibi non licebat. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Nec enim omne iuſtum expedit, ſeu propter grauitatem perſonæ, ſeu propter inclinationem tẽporis, licent itaque, quæ honeſta, & cõſentanea ſunt, quæ cũ sint pauca, cũ multa dedeceant, ea ſolum licent, quæ decora, & utilia. Val. Max. lib. 6. c. 5. Ariſtides. Themiſtoclem, vt vtile cõſiliũ, ita minime iuſtũ animo uoluere. E veſtigio vniuerſa concio, quod æquum non uideretur, nec expedire quidem proclamauit, ac protinus Themiſtoclem incæpto iuſſit deſiſtere. Antigonus non fide, ſed natura ad Rempublicam eruditus. Nobis ea honeſta, quæ honeſta ſunt, & iuſta, quæ iuſta. Cum autem res humanas diuina, & humana prouidentia cuſtodiat, inferioriſq; ordinis ſit humanæ gubernationis ratio, ſuperior illam cancellis diuinæ prouidentiæ circundedit, nõ ſolum propter diuina, ſed etiam propter humana, ſeu quæ Deus apertiſsime præcepit, ſeu quę minime iudicij humani ſerua, ſuę penitiſsimæ voluntatis eſſe ſuſpicamur. Prou. 12. *Cor Regis in manu Dei, quocunq; uoluerit, inclinabit illud.* Hęc, quæ nos humanæ opis terminis, niſi peccando in prouidentiam Dei abolere non poſſumus, non licere libertati humanæ argumentum eſt, quia cum omnis ratio prouidentiæ humanæ ab illa ſuperiori ſit, contrarijs diuinæ prouidentiæ uti non poteſt, igitur, quæ minime cum inferioris moderationis lege congruunt, in diuina prouidentia penitus reſident, non ſolum quia ſuperioris imperij ſunt, ſed quia, ſi Deus illa uult, nobis non eſt obnitendum, ut fruſtra, & contra fas diuinæ potentiæ obſtare poſsimus, ut Deus multa humano arbitrio permiſit, ſic nos Deo, & ea, quæ a nobis recte fieri non poſſunt, & omnia perficiẽda, quicquid noſtræ uirtutis, & induſtriæ eſt, mortalia tuentes, relinquere ipſi debemus. ex quibus malitioſa, deterrimaq. commenta Machiauelli conſulto potius, quam ignorantia errantis conſtant, qui, & diuina omittit, & illis abutitur, ut præpoſtere, ſeu vitio omnia, ſeu uirtute propter unum Tyrannũ ſcilicet confundantur me malo ſibi propoſito, maloq; medio sũpto peccauit, cũ ea, quæ Deo infenſa utilia, & diuturna eſſe non poſsint. prouidentiã ne inficiatur? ſciſcitor ab illo, quo modo factum ſit, ut malefactum fructuoſum uideatur, cum potius experiendo diſcamus, ſemper Remp. cruentatã ſcelere Principis

De Principe cap. 5. & 18.

con-

concidiſſe, ſiue igitur diuina ratio legibus, ſiue humana experimentis falſiſſimam illam, mortiferamq; patrandorum facinorũ temeritatem confutauit. *Nunquid conſilium Dei audiſtiſ? & inferior te erit eius ſapientia? Quid noſti, quod ignoremus? Quid intelligis, quod neſciamus?* Quid dicam de effectis, aut quo pacto ille ad eos ſcopulos rationes Regias appulit, ad quos, aut afflictã nauẽ Regni, aut naufragiũ Imperij videmus? *Stultifacti ſunt Principes Tanco, emarcuerunt Principes Mempheos.* Sapientis ſententia eſt. Iob. 15. Iſai. 19.

Quod prudentis opus? cum poſſit nolle nocere.

Conſtantinus in lege illa. Ac ſi quis ſuperiora tempora hucuſque continuata animo percurrat, & priores res geſtas acie ingenij contempletur, reperiet, omnes, qui fundamentum rerum gerendarum in iuſtitia, & bonitate poſuerint, conatus ſuos ad felicem exitum perduxiſſe, & tanquam ex ſuaui quadam radice dulciſſimum fructum percepiſſe. At qui iniqua facinora edere, agreſti ſunt, & nullam piam, ſanctamque cogitationem erga humanum genus aliquando ſuſceperint, ſed homines exilio mulctare, illis contumelias facere, bona publicare, cędes, & multa eius generis mala inferre effrenate moliti ſunt, & neq; illos aliquando pœnituerit, neque mentem ad meliora conuerterint, ſupplicia appoſite ipſorum ſceleribus reſpondentia ſubijſſe. Boethius. Quorũ magna ſpes, & excelſa facinorum machina, repẽtino, atq; inſperato ſæpe fine deſtituitur. *Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & Iudices in ſtuporem, Baltheum Regum diſſoluit, & præcinxit funerenes eorum.* Quare, vt ſincera veritate difficillimæ malitiæ reſiſteremus, ſapiẽs ait. *Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei.* Se enim ipſũ imprudentẽ facit, qui cum honeſti prudens, & ſciens ſit, bene non viuit, nam qui prudens peccat, ſapiens malitia eſt, vita igitur inſipiens, alioqui ſapiens. Sed quia merita actionum ſunt. *Scienti igitur bonum facere & non facienti, peccatum eſt illi.* Qui enim habitu peccati obduruit, non poteſt non imprudens quadam neceſſitate fieri, qui primum libertate prudens eſſe potuiſſet. Cogitat enim ſeculi filius ſibi bene agere licere, ſed fieri non poſſe, vt contraria male agendi libertate priuetur, omnibus inſtructum ſe quibus opus habet ad rem, ſeu bene, ſeu male faciendã exiſtimat, ſeculo Prudentiſſimus, qui omnibus medijs ornatus eſt, qui mini me aſtrictus lege, ſed prolixe licentia liber, Poętã non intelligit. Euſ. lib. 2. c. 25. Lib. 4. de conſ. proſ 4. Iob. 12. Ad Eph. 4. Iac. 4. Tere. in Heauton Act. 3. Scen. 1.

Nam Deteriores omnes ſumus licentia.

Filius lucis ab errore omnino ab alienatus, non omnia, ſed ho-

neſta, non omnibus, ſed mediis honeſtis adipiſci ſe poſſe arbitratur non ſolum enim ratione, ſed ſummæ virtutis forma mouetur. *Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formā daremus vobis ad imitandum.* Vere liber, cui appetitio eſt ad ſalutem, ad libertatem fuga, qui prudentia diſtinguit, non ſtultitia confundit, qui honeſtus, & iuſtus eſt vna ratione veritatis, dum ſeculi filius præpoſtera temeritate præceps.

2. ad Theſſal. 3.

Claud. Pane. in 4. Conſ. Honorij.

Extruite immanes ſcopulos, attollite turres,
Cingite vos fluuijs, vaſtas opponite ſyluas,
Gargauum Alpinis, Appeninumq; nivalem,
Permixtis ſociate iugis, & rupibus Hæmum
Addite Caucaſeis, inuoluite Pelion Oſſæ,
Non dabitis murum ſceleri; qui vindicat, ibit
Omnia ſubſident meliori peruia cauſæ.

Pet. Epiſt. 2. c. 2. Qui aliter ac ſentit agendum eſſe cognoſcit, ſtultiſſimus quomodo prudentiam iactat? cui Petrus. *Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contingit enim eis illud veri prouerbij. Canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti.* Contra quam aſtutiæ nequiſſimæ nebulam. *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Iſocrates in oratione de pace. Atq; adeo mirum mihi videtur eſſe, qui putent eos, qui in propoſito, & conſtantia colendæ pietatis, & iuſtitiæ labores ſuſcipiant, & pericula adeant, deteriore conditione fore, quam improbos, nec in maiore quàm alios, tam Deorum, quam hominum gracia futuros, ego vero perſuaſum habeo, ſolos hos his rebus antecellere, quæ veras vtilitates pariant, reliquos falſa quadam, & inani boni ſpecie gloriari. Vt prodigium vitato illum, o Princeps, qui non te ſummo regnandi iure conſtringit.

2. ad Cor. 2.

Claud. Pane in 4. Conſ. Hon.

Nec tibi quid liceat? ſed quid feciſſe decebit
Occurrat.

Prudentia ſpiritus, prudentiam ſenſus abigito, nam propagatio lucis es, minime effeto vitijs animo, ſoboles virtutis, inſiſte conſcientiæ, ne prolabare, Regni via arcta eſt, lata tyrannidis. *Facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet, vnde adueniat illi.* Optimos enim Principes, imperium communicaſſe, poſuiſſeq; non ob libidinem regnandi ambiſſe, & retinuiſſe conſtat.

In Eccle. 27.

Pruden-

Prudentiam ſolum ſibi honeſta proponere. In primis de ordine cohoneſtato virtute tractare, propterea effectricem eſſe ſecuritatis. Cauſa ſecunda Princeps, qui rerum cognitor, & non ſuæ, ſed vniuerſæ vtilitatis autor.

CAP. IV.

SVmmis itaq; de cauſis, *Prudentiam iuſtorum*, Lucas prædicauit, iuſti eſt agere laudabiliter, & recte, ſed quid prudentia laudabilius? ergo iuſti eſt; hæc enim virtus honeſta proponit, eaq; honeſte agendo conſequitur; non poteſt ergo prudens non eſſe iuſtus: præterea agere perfecte, ſcilicet expletis omnibus virtutis adiunctis, prudentiæ eſt: ergo eam optima ſequi, & aſſequi neceſſe eſt; iudicat enim ad finem media, ſed quicquid eſt prudentiæ, non poteſt non eſſe honeſtum, quia ipſa iuſti eſt, mediũ ergo honeſtum neceſſario: ſed hoc ſuis circumſtantijs conſtat, ergo cum ad finem adipiſcendum vnuſquiſque bene agit, non poteſt non præclare de ſingulis iudicare. quid dicam de ordine, quẽ intelligibilis ſimul, & moralis virtus comprehendit? vbi enim multa ſunt, ratio ordinis forma eſt, quia bonum commune omnium, ordo eſt, hæ in primis, illæ in ſecundis, tertijſq; conſiſtunt, ad vltimum tandem rerum ipſarum ordo, & ratio peruenit: minime ergo, aut deſidioſe ceſſandum, aut præpoſtere agendum, ſi recta perturbas, non ſolum longe a fine es, ſed etiam ab ordine, quem potiſſima ratio finis ſtatuit. Parabolam vide. *Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes*. Fatuæ virgines ſponſi excipiendi gratia lampades acceperunt, ſtultę ſponſum expectarunt, ecce repente intempeſta nocte ſponſus venit, quæ præuidenda erant, ab emulis mutuanda duxerunt: quid abſurdius? prudentes oleum emerunt, in vaſis conſeruarunt, lampades ornauerunt, ſponſo obuiam lætiſſime proceſſerunt, vltimi finis gaudio beate triũpharunt, nonne prudentiſſime? *Ne forte nõ ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis*. Habes milites, ſed tyrones, mẽdicos, inſolẽtes, barbaros, imperito, & pigro Imperat. ductos? quid inſanius? vt Iſocrates in oratione de pace.

Luc. 1.

Matt. 25.

Matt. 25.

Imperare

Imperare quidem ſtudemus omnibus, ſed dimicare nolumus, ac nemo fere eſt mortalium omnium, quem bello non lacesſamus: ſed rei militaris exercitationē prorſus ipſi negligimus. In prouincijs Magiſtratus venales animis, intolerabiles vitijs? vtinam nec illæ lampades, nec tu Prouincias comparaſſes, denique dormis? quantæ inſidiæ fiant bonis, ignoras? vbi prudentia vigil, cuſtos fortitudo, lucubratum diebus, & noctibus Regnum? hoſtis inopinantem oppreſit? nec labore, nec conſilio cum poteras pro tuis excubaſti, nunc feſſus ad multā noctē vigilas? Sex. Aur. Vict. de Traiano. Cūq; duo ſint, quæ ab egregijs Principibus exſpectētur, ſanctitas domi, in armis fortitudo, vtrobiq; prudentia: tātus in eo erat maximarum rerum modus, vt quaſi temperamento quodam virtutes miſcuiſſe videretur. Diuus Auguſtinus. Auarus uero, luxurioſuſq; ſecundis rebus affectus eſt, quas Naſica ille prouidentiſſime cauendas eſſe cenſebat, quando ciuitatem hoſtium maximam, fortiſſimam, opulentiſſimamq; nolebat auferri, ut timore libido premeretur: libido preſſa non luxuriaretur, luxuriaq; cohibita, nec auaritia graſſaretur. Ergo prudentia Regni potitur, illa firmamento uirtutum placida quiete, & uſura uitæ ſemper fruiturus eſt. Seuerus Imperator in Ælio Spartiano. Turbatam Remp. ubiq; accepi, pacatam etiam Britannis relinquo, ſenex, & pedibus æger, firmum imperium Antoninis meis relinquēs, ſi boni erunt: imbecillum, ſi mali. In utramuis aurem dormi, qui res neceſſarias, uirtuteſq; ad uitæ curſum, & communē Ciuium, præparaſti.

De Ciuit. Dei lib. 1. c. 31.

Horat. Carmi. lib. 3.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus,
Ridetq; ſi mortalis vltra
Fas trepidat.

1. ad Cor. 3.

Prudentia igitur humana ſuis contenta non eſt, nam a Deo ſuperiora deſiderat. *Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit, ita, neq; qui plantat eſt aliquid, neque, qui rigat, ſed, qui incrementum dat Deus.* Princeps formam Reip. fundat, Magiſtratus lege conſeruant, Deus perficit, augetq; uirtutibus, neq; Princeps neq; Magiſtratus aliqui ſine Deo. *Ipſe mutat tempora, & aetates, transfert Regna, atque conſtituit.* Illi ſunt Dei cauſæ ſecundæ, omne igitur bonum a Deo, qui ordine rerum, & libertate uirtutum fundamentis humanis, & diuinis incrementis adminiſtrat. Diuus Auguſt. Ad hoc enim uelle debet, nec dolore moleſtari, nec deſiderio perturbari, nec morte diſſolui, ut aliquid utile cognoſcat,

Dan. 2.

De Ciuit. Dei lib. 19. c. 14.

ſcat, & ſecundum eam cognitionem, uitam, moreſq. componat. Sed ne ipſe ſtudio cognitionis propter humanæ mentis infirmitatem, in peſtem alicuius erroris incurrat, opus habet magiſterio diuino, cui certus obtemperet, & adiutorio, ut liber obtemperet. *Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.* A Deo enim initia, ſalus, bonaque proueniunt. *Omnis Plantatio, quam non plantauit Pater meus cæleſtis eradicabitur.* Factum ut Chriſtus prædicauit. *Quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Per omnes uirtutes humanum Regnum, Dei quoque Regnum eſt, non ſolum propter materiam, quæ humanum genus, ſed etiam propter finem, qui Deus, & legem, quę prouidentia. *Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, & ſeptem tempora mutentur ſuper eum. In ſententia vigilum decretum eſt, & ſermo ſanctorum, & petitio, donec cognoſcant viuentes, quoniam dominatur excelſus in Regno hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper eum.* Seneca. Regna ex infimo coorta ſupra imperantes iacuerunt. Vetera imperia in ipſo flore cecidere. Iniri nō poteſt numerus, quam multa ab aliis fracta ſint nunc cum maxime Deus alia exaltat, alia ſubmittit, nec molliter ponit, ſed ex faſtigio ſuo nullas habitura reliquias iactat. Igitur Deus, vt conſeruaret, dedit. *Alios autem paſtores.* Animo uigiles, mente ſapientes, manuq. promptiſſimos. gratia enim uniuerſalis eſt, cum tantæ minime, niſi, a diuina cauſa virtutes, humanæ, ſuis terminis exequis ſane continentur, Diuina quodammodo in nobis etiam infinita eſt, opus enim illa Principi, cuius finis Reip. bonum ſimilitudine quadam infiniti latiſſimum, cui niſi ſuperiori quadam diuinæ mentis ratione par eſſe non poteſt, quare magiſter populi Princeps eſt.

Progenies veneranda Dei, rex inclyte gentis
Tu populi, terræque ſalus, vitæque magiſter.

Ideo Chriſtus inſanabile uulnus cognouit. *Incraſſatum eſt enim cor populi huius.* Itaut excuſari non poſſit, potiusq; alio concedere debeat, quā Princeps cum populo ſceleſte conſentire, itaq; male Aron. *Tu enim noſti populum iſtum, quod pronus ſit ad malum.* Demoſthenes. Fuit tū aliquid, fuit, Athenienſes, in populi animis, quod nunc non eſt: quod Perſarū opulentiam vicit: quod Grecię libertatem aſſeruit: quod neq; naualibus, neq; terreſtribus in prælijs ſuccubuit. Sapiēti medico ægritudinis notæ minime difficilis medicina, vt Ioſeph à Pharaone adamatus, *Conſtituit eū Dominū do-*

2. Ad Corint. 9.
Matt. 15
Matt. 21.
Dan. 4.
Lib. 3. quæſt. Nat.
Ad Eph. 4
Iuuene. Hiſpan. Hiſt. Euan. lib. 2.
Matt. 13.
Exod. 32.
philipp. 3.
Pſal. 104.

Digitized by Google

domus ſuæ, et principē omnis poſſeſsionis ſuæ, vt erudiret princip̄es eius ſicut ſemetipſum, et ſenes eius prudentiā doceret. Stulti enim eſt non audire, inſipiētis minime iudicare. *Videntes autē conſerui eius, quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt, & narrauerunt Domino ſuo omnia, quæ facta fuerant*. Quid mirum tyrannice vexari prouincias, & infirme propter imperij acerbitatem viros animari, ſi oculis, & auribus incitaturam ferreo corde, homines miſeriæ, & calamitatis ſpeciem auerriſti? Seneca. Monſtrabo tibi cuius rei inopia laborent magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit. Scilicet ille, qui verum dicat, & hominem inter mentientes ſupentem, ipſaq; conſuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum, vindicet a conſenſu, concentuq; falſorum. Si exaudies, menteq; diſpicies, tandem, minime tanta infamia in maximam inuidiam, aliena auaritia, & propria culpa pernenies. Iulius Capitolinus de Marco Antonino Philoſopho. Erat enim famæ ſuæ curioſisſimus, & requirens ad verum quid quiſq; de ſe diceret, emendans, quæ bene reprehenſa viderentur. Nā a ſapientiſſimo imperandi Magiſtro Diocletiano difficultatē accepimus, cui qui nō vigilijs, & ſeuerisſima notione propriæ famæ reſiſtit, deterrimus Princeps eſt. Trebellius Pollio meminit Diocletianū dicere ſolitū, cū in priuata eſſet vita, nihil eſſe difficilius, quam bene imperare, nā quiſq; pro voto de Principe loquitur. Ad hæc Principem cubiculo cluſum vera minime noſcere, aures his præbere, & horum verbis accendi, ac ſedari, Magiſtratus creare: denique ſit optimus, omnino venditur ab aulicis, ac decipitur. Sidon. Apollina.

Matt. 18.

Lib. 6. de benef.

Pompen. lætus in Dioclet.

Ex illo multum perijt, quia principe clauſo,
Quicquid erat miſeri diuerſis partibus orbis
Vaſtari ſolemne fuit, quæ vita placeret,
Cum Rector moderandus erat?

In Carm. 5. Ad Maio. Au.

Bona voluntas diligentia, & recta ratione monſtratur. *Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id, quod habet accepta eſt*. Popularitas, & beneuolentia ciuium cum boni communis ſapientia coniuncta, finis Principis eſt. *Sicut, & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quòd mihi vtile eſt, ſed quod multis*. Vtile enim iucundum eſt, quia naturæ conſentaneum. Quomodo igitur poteſt non placere omnibus, qui naturalia bona proponit, aſpera enim, & ſenera vtilia ſæpe, ſed iucunda minime, at vniuerſis, ad quos publica vtilitas attinet, grata, & ſuauia ſunt, diſplicet nocenti ſupplicium, non ciui, qui tranquillam libertatem amat, ipſe reus

2. ad Cor. 8.

2. ad Cor. 12.

ſenſu

ſenſu crudelem pœnam, conſcientia charam quodammodo, ſibi debitam, forti animo ſuffert; quare qui placere honeſtiſſime omnibus, prudenterq; deſiderat, non ſua renunciaſſe contentus, non ſolum aliquorum commoda, ſed etiam omnium cupiat. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Quod licet, boni priuati eſt, quod expedit publici, ſed hoc æquioris iudicij, & dignioris animi eſt, ne tantum rei publicæ auferatur, quantum ad ſaginandũ hominem ſatis eſt, & humanitatis ratio non patitur, publica enim, & priuata, non intertrimentis, verum emolumentis certãt; nã ſi domeſticũ propter cõmune, quid perniciofius? quid indignius, quã ſtationẽ Reip. Magiſtratus hoc eſt, vigiles prodidiſſe? 1. ad Cor. 6.

Prudens memor, ipſe iuditio præſentium futura præcognoſcit, culpæ detrimenta Regnis excidia minitari. Regnum diuinum, & humanum obſeruari; vates ergo prudentes.

CAP. V.

PRudens propter finẽ ea, quæ ſunt aptacõmemorat. *Turbæ requirebant eum, et venerunt vſq; ad ipſum, & detinebant illũ, ne diſcederet ab eis, quibus ille ait, quia, & alijs Ciuitabus oportet me euangelizare Regnũ Dei, quia ideo miſſus ſum.* Eadem ſententia ſua prudenter perficientis eſt. *Sine modo, ſic enim decet nos, implere omnem iuſtitiam.* Ideo prudẽs ex iudicio præteritarũ rerũ, & conſideratione præſentiũ futura præſentit. *Facto veſpere dicitis ſerenum erit, rubicundum eſt enim cœlum, & mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum; faciem ergo cœli diudicare noſtis, ſigna autem temporum non poteſtis ſcire?* Quæ enim videntur, ſiue cæleſtia, ſiue humana ſimili ratione prudentiæ iudicantur, cum vtraq; ſignis certis, aut remiſſe, aut vehementer affecta, præſenti motu, pronuntia ſint rerum futurarum, pauciſſima extra ordinem repente, pleraq; more facili naturæ, tempore humano, & mutatione præuia commutantur, tu Aſtrologus ſapiens in æthere, non callidus, & prudens temporis vir, cum illa genere alieno conſtent, hæc tuo? Agricola ventos, tempeſtatesque prædicit lunæ experimenta recordatus. Luc. 4. Matt. 3. Matt. 16.

Virg. lib. 1. Georg.

Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu,
Maximus Agricolis, pelagoque parabitur imber.
At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento ſemper rubet aurea Phœbe
Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus auctor)
Pura, nec obtuſis per cœlum cornibus ibit:
Totus, & ille dies, & qui naſcentur ab illo,
Exactum ad menſem pluuia, ventiſque carebunt.

Orientem ſolem animaduertens.

Sol quoque & exoriens, & cum ſe condet in vndas
Signa dabit: Solem certiſſima ſigna ſequentur,
Et quæ mane refert, & quæ ſurgentibus aſtris.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioque refugerit orbe:
Suſpecti tibi ſint imbres, namque vrget ab alto,
Arboribuſque ſatisque Notus, pecorique ſiniſter.
Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpent radij: aut vbi pallida ſurget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.

Occidentem intuitus

Hoc etiam, emenſo cum iam decedat Olympo,
Profuerit meminiſſe magis. nam ſæpe videmus
Ipſius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni,
Omnia tunc pariter vento, nimbiſque videbis
Feruere non illa quiſquam me nocte per altum
Ire, neque a terra moneat connellere funem.
At ſi, cum refertque diem, condetque relatum,
Lucidus Orbis erit, fruſtra terrebere nimbis,
Et claro Syluas cernes Aquilone moueri.
Denique quid Veſper ſerus vehat, vnde ſerenas
Ventus agat nubes: quid cogitet humidus Auſter,
Sol tibi ſigna dabit. Solem quis dicere falſum
Audeat?

Tu Princeps certior de omnibus factus uim malorũ omniũ impẽ dentium nõ vides? Demoſthenes. Dum nauis eſt in columis, ſiue

ea

ea maior, siue minor sit: tum demum, & nautam, & gubernatorem, & omnem virum esse strenuum: vtque nec de industria, nec imprudēs, quisquam eam euertat, prouidere. Nam vbi mare superat, inane est studium. Non naturæ potius mala, & quadripartiti casus anni, sed communis voluntatis vitia, & atrocissimas malitiæ calamitates exhorre, nescis illa omnino culpa vacare, hæc nequitia redundare? illis imminutas opes, his Regna excisa? semper a parsimonia adiumenta esse penuriæ submini strata, facta esse humana, & tolerabilia tempora, nunquam a copiosissimis fructibus, cupiditatum lacunas expletas. D. Ambrosius. Daniel ex captiuis regalium consultorum arbiter factus, consilijs suis emendauit præsentia, annunciauit futura. Nam quid de Moyse loquar, cuius omnis Israel, quotidie consilia prestolabatur, quorum vita fidem faciebat prudentiæ, admirationemq; eius augebat? prudens enim vates propter humanam intelligentiam est Diomedes de Vlysse in Statio. Philipp. 3. Lib. 2. off. c. 11. Dan. 29.

tu tantum prouidus æstu Achilleid. lib. 3.
Tende animum vigilem, fœcundumque erige pectus.
Nam te quis vatum dubijs in casibus ausit
Fata videre prior?

Rutilo cælo, sereno, turbato ve, pecudum, arborum, & Commertij vates, non impia, insolenti, & desidiosa Republica Communis occasus, & prædæ futuræ hostibus patriæ, per summum dedecus presciis?

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est Terent. in Adelp. Act. 3. Scen. 3.
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt
Prospicere.

Temporum signa vitia sunt, quæ nisi illique factis voluptatibus, & perditissimę superbia mentis concretis tenebris mentes obscurarent malum Principes tangerēt, certissimaq; euidentia intelligerent; maturitatem vniuersæ cladis, neq; dum venire, sed tamen iam appropinquare, non inertissime dissimularent, aut publicum excidium improbissime præferrent, certius tanto grandine, aut nebulis, quanto magis culpæ detrimenta, pœnis diuinæ prouidentiæ deberi certissimum est. *Regnum agente in gentem transfertur, propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* Optimorum Regum exempla memoria repetito. *Præter Dauid & Ezechiam, & Iosiam omnes peccatum commiserunt, nam reliquerunt legem altissimi Reges Iuda, & contempserunt timorem Dei.* Prima signa sunt, legis diuinæ detrimentum, contem- Eccles. 10. Eccl. 49.

ptuſq; religionis. *Dederunt enim Regnum ſuum alijs, & gloriam ſuam alienigenæ genti.* Secunda regni deditio propter iniuriam Regni, proprijq; iudicij derelictionem, quam ſumma turpitudinem nominis amiſsio conſequitur, igitur a ſapientia iudicijs flagitioſiſſimis notati perierunt. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autūnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.* Si vacillat ars militaris, iuſtitia iacet, quis non perniciioſiſſima illa bella famem, peſtē, ſine inſtinctu diuino, afflatuq; funderet? te, qui propter tuā ignarī, & ſtulti animi confidentiam, bonos, & prudentes viros vaticinari, atq; inſanire dixiſti, tempore aduerſo, minima manu demotum, actumq; cum Regno præcipitem præuiderunt. *Non venit Regnum Dei cum obſeruatione, neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic.* Cui ſententiæ illa contraria videtur. *Videte ficulneam, & omnes arbores, cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, & cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis, quia iam prope eſt æſtas, ita vos cum videritis hæc omnia fieri, ſcitote, quia prope eſt in ianuis Regnum Dei.* De obſeruatione loquitur humanæ doctrinæ, qua Regnū Dei præcognoſci non poteſt, cum diuinis vaticinijs Regnum Dei obſeruatum ſit, vt Chriſtus Dominus ſigillatim, & diligentiſſime expoſuit, impij non modo obſeruabunt, ſed etiam irridebunt, atq; contemnent. *Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in Arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes, ita erit, & aduentus filij hominis.* Quare ne ſubita formidine oppreſſi moriamur, tanquam in ſpecula virtutis nos eſſe oportet. *Vos eſtote parati, quia qua neſcitis hora filius hominis venturus eſt.* Illorum temporum turpitudinē, non niſi acerrimę fidei virtus ſuperabit, impij itaq; & ſcelerati futuri ſunt, qui veniens regnum Dei præ vitijs non ante præuidebunt, quam patientur, quamobrē ſine vllo interuallo demerſi vitijs, miſerrime pœnis, iuſtiſſimeq; torquentur, quare, ſi diuinū Regnum vaticinijs renunciatum, humanum ſignis expreſſum, cogitet toto animo, & ingenio Princeps, ne ſicut peccatoribus ſine obſeruatione ſubita, atq. improuiſa formido, & præſentis mali grauiſſima lues futura eſt, ſic minime præcauta vis mali publica ruina propter pigritiam, & inteſtina vitia funditus Regnū euertat. *Hi ſunt fontes ſine aqua, et nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus*

Iuda in Cath.

Luc. 17.

Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21.

Matt. 24.

2. Pet. 2.

bus caligo tenebrarum reſeruatur. Etiam atque etiam inuehitur. *Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis, nimbus venit, & ita fit, & cū auſtrum flantē dicitis, quia æſtus erit, & fit. Hypocritæ faciem cæli, & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis?* Paſtorum ſolertia eſt, ſignis naturæ de tempore iudicare: prudētia vero ſapientium eſt vitijs in inſanis commutationem rerū neceſſariam præſentire. *Quid autem a vobis ipſis non iudicatis, quod iuſtum eſt?* Iuſtiſſimum eſt, vnumquemq; ſui ipſius depraua tiſſimo peccandi propoſito, non alia temporis ratione, intelligentiſſimum prouidentiæ videri. Luc. 12.

Iugum ſeruile propter voluptates, contra ſuaue imperium propter honeſtatem, & prudentiam Principis.

CAP. VI.

ILluſtri manſuetudine, probitateque princeps propter virtutes exiſtit. *Iugum enim meum ſuaue eſt, & Onus meum leue*. Iugum ſeruile ſuapte natura, & non ferendum. *Pater tuus durisſimum iugum impoſuit nobis, tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durisſimo, & iugo grauiſſimo, quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi*. Nihil crudelius huius vocabuli ſignificatione. *Ponet iugum ferreum ſuper ceruicem tuam, donec te conterat*. Iugum igitur, extremam conditionem, crudelisſimamque vitæ ſignificat. *Nolite iterum iugo ſeruitutis contineri*. Aperte Deus. *Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium iſtarum, vt ſeruiant Nabuchodonoſor Regi Babylonis*. Sed contra, hoc ingenuum, & expetendum, quia ſuaue; ſed iugum dixit, ne ſolum ſuauitatis vocabulo, voluptate blandiri ſenſibus videretur, hæc enim ſeruitus peccati eſt, quæ tantum ceruicibus oneris impoſuit, quantum tyrannidis, vel ferreo animo, vel gigantea corporis mole, nemo tuliſſet; atrocius enim multo ſenſim, ſerpens vim animi, & familiæ patrimonium occupauit, ideo tyranni plus voluptatibus, arte certisſima, quam armorum metu valuerunt. ille cum peracri querela, & incuſatione Romanorum. Inſtituta, cultumq; patrium reſumite, abruptis voluptatibus, quibus Romani plus aduerſus ſubiectos, quam armis valent. De Capua ille. Matt. 11. Lib. 3 Regum. cap 12. c. 28. Ad Gal. 5. Tacitus lib. 4. ſt.

Quiſnam mutato tantum nunc tempore credat?
Luxus, & inſanis nutrita ignauia luſtris,

Con-

Silius Italicus de bello punico sec. lib. 11.

Consumptusque pudor peccando, vnisque relictus
Diutijs probrosus honor, lacerabat hiantem
Desidia populum, ac resolutam legibus vrbem.
Insuper exitio truculenta superbia agebat.
Nec vitijs deerant vires, non largior vlli
Ausoniæ populos sic tum fortuna fouebat,
Aurique, argentique modus, madefacta veneno
Assyrio, manibus vestis, medioque dierum
Regales epulæ, atque ortu conuiuia solis
Deprensa, & nulla macula non illita vita.
Tum populo sæui patres, plebesque Senatus
Inuidia lacera, & collidens dissona corda
Seditio, sed enim interea temeraria pubes
Delicta augebat, pollutior ipsa Senectus.
Nec quos vile genus, despectaque lucis origo
Fadabat sperare sibi, & deposcere primi
Deerant imperio, ac patriæ pereuntis habenas.
Quin etiam exhilarare viris conuiuia cæde
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira
Certantum ferro sæpe, & super ipsa cadentum
Pocula respersis non parco sanguine mensis.

Lib. 23. Liuius de eadem. Prona semper Ciuitas in luxuriam non ingeniorum modo vitio, sed affluenti copia voluptatum & illecebris omnis amœnitatis maritimæ, terrestrisque: tum vero ita obsequio Principum, & licentia plebis lasciuire, vt nec libidini, nec

In Agricola. sumptibus modus esset. Tacitus de Britannis. Inde etiam habitus nostri honor, & frequēs toga. paulatimq; discessū ad delinimenta vitiorū, porticus, & balnea, & cōuiuiorum elegantiā. idq;

Sallustius in Orat. M. Catonis. apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars seruitutis esset. Sallustius de Rom. Rep. Nolite existimare, maiores nostros armis Rēp. ex parua magnā fecisse. si ita res esset, multo pulcherrimam eā nos haberemus; quippe sociorū, atq; ciuiū, præterea armorū, atq; equorum maior nobis copia, quā illis est. Sed alia fuere, quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla sunt. Domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neq; delicto, neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, atq; auaritiam, publice egestatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, sequimur inertiam. Inter bonos & malos nullum discrimē est, omnia virtutis præmia ambitio possidet, neque mirū: vbi vos separatim sibi quisque consilium capitis: vbi domi voluptatibus

hic

hic pecuniæ, aut gratiæ seruitis. Eo fit, vt impetus fiat in vacuam Rempub. Seneca. Altum quiddam est virtus, excelsum, regale, inuictum, infatigabile, voluptas, humile, seruile, imbecillum, caducum. Seneca de vita beata.

Si metuis, si prauа cupis, si duceris irа,
Seruitij patiere iugum; tolerabis iniquas
Interius leges: tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris Rex esse tui: proclinior vsus
In peiorа datur, suadetque licentia luxum. Claud. in 4. cons. Hon.

Honestissima causa Iudicij publici, censoriæque notionis luxuria est. Ouidius.

Vrbis opus domus vna fuit, spatiumque tenebat,
Qui breuius mutis oppida multa tenent.
Hæc æquata solo est, nullo sub crimine regni,
Sed quia luxuria visa nocere suа est:
Sustinuit tantas operum subuertere moles,
Totque suas hæres perdere Cæsar opes.
Sic agitur censurа, & sic exempla parantur
Cum Iudex alios quid monet, ipse facit. Fastor. lib. 6.

Prisca, & vera opinio est. Legimus enim mirati solitum C. Fabricium, quod cum apud Regem Pyrrum legatus esset, audisset a Thessalo Cynea, Athenis quemdam esse, qui se sapientem profiteretur, eumq; dicere, omnia, quę faceremus, ad voluptatem esse referenda: quod ex eo audientes Mar. Curium, & Titum Coruncanium optare solitos, vt id Samnitibus, ipsiq; Pyrro persuaderetur: quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Sed iugum conditum suauitate notatur, ne pro tyrannide, solito loquendi more, acciperetur: ac si suaue dixisset imperium. Legem enim Euangelico Principi sanxit, dulce huius iugum, & leue onus, cæterorum fastidiosum, & per grane: nostet suauissime imperat, bono exèmplo, quo nihil maius ad alliciendum, quia palam sunt bona eius opera, & Dei laude, qua nil glorioſius ad gubernandum, Principis enim perspecta virtute ab hominibus Deus glorificatur, ergo Dei causa erit salus Ciuium, & nonne suauiter Princeps dominatur, qui Ciues virtutis diuinæ auxilio tuetur? sapientiæ suauitas est. *Attingit a fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Sed prudentiæ sigillatim est, medijs vti ad consequendum finem, sed omne honestum prudentiæ, omne turpe astutiæ, contrariæ prudentiæ: ergo illa prouideat honestis necesse est; ergo suauiter, omne suaue prudentiæ, sanctum, Cic. in Catone Maiori. Sap. 8.

Matt. 11. Sanctum,& honestum est:ergo sunt illius diuinissima illa. *Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati estis,& ego reficiam vos*. Faces admouet, quæ bono indormientes possint excitare,scilicet pabulo dulcissimo prudentiæ recreare, quod nec pro virtute animus, nec pro honesta vtilitate corpus queat fastidire: igitur leue onus,nemo sine onere est, peccati, conscientiæ, & iustitiæ onus sustinemus: aliqua etiam onera nostrarum partium sunt, peccato astutiæ, prudentia conscientiæ remedijs medicinam adhibet.Iustitia vnicuiq; iusta,nec ab officio ciuili discedi, præscribit,Principis ergo est alleuare onera, & vt fieri potest,leuissima facere,nec minus iugo suaui,quam leui onere pro bonitate, ingenioque conseruare.

Quid sit donum.Omnia dona Principi tribui posse,sed solicitudo comes prudentiæ propter opportunitatem, et magnitudinem rerum donum potissimum Principis. Quare Pastor Princeps.

CAP. VII.

Ad Ro. 12. PArtes prudentiæ intelligentia doctrinæ diuinæ, doniſq; spiritus sancti perficiuntur. *Qui præest in solicitudine*. Cum dona sint habitus perfectæ rationis, tam in superiori, quam in animi parte inferiori collocati, quibus ducem spiritum sanctū obtinemus, ab ipsoq; omnibus instrumentis virtutum subornati excitamur, cur Paulus non de sapientia, scientia,intellectu,& consilio,timore,Pietate,fortitudine,sed de nouo dono,in quo Princeps omnes ætatis neruos,industriæq; contendit,vt doctus diuinitus,quo minus propter naturæ debilitatē humana virtute potest, subsidio sibi Deum compararet? *Si quis*
1.Petr.4. *ministrat, tanquam ex virtute,quam administrat Deus*. An illa communia omnibus maxime singulare hoc Principis? cum tanta magnitudo, & multitudo rerum exculta solicitudine, alijs ex alijs nexis, non lapsa serie malis, sed firmata bonorum finibus editur. Propria enim sunt maxime illa Regum, nam sapientiæ ordo rerum est,& pura religio,scientiæ virtutum opera,morumq., intellectus veræ conceptiones,consilij decreta imperij, pietatis chari-

charitas patriæ, fortitudinis externa pericula, timoris causæ diuinæ respectus, emendatrix vitiorum, commendatrixq; virtutũ. *Dicite Archippo, vide ministerium, quod accepisti in Domino, vt illud impleas*. Cur Paulus illa, quibus nihil est commodius, descriptius nihil, solicitudine contentus prætermisit? an vnum Dei donum sine alijs stare non potest, an cum studia, officiaq; benefaciendi sint illius ansa assidua, ipsa munere diuino expeditissima, omnia comprehendit? vt cunq: sit, sapienter Paulus, qui cum sine solicitudine exequendi, frustra consiliarijs consulentibus Rempub. dilabi vidisset, præparati consilij celeritate succurrere malis, & ex hoc nasci summum Reip. bonum directum ad Deum, sine dubio donum prædicauit. Agapetus ad Iustinianum Imp. Hoc quippe pacto regis splendidum euadit imperium, quando vel ex seipso, quæ vsui sunt, perspicit, vel ab alio reperta non despicit, sed absq. verecundia discit, & citra dilationem exequitur. *Solicitudine non pigri, spiritu feruentes*. Solicitudo enim, quæ latius emanat, præsens imperium spe glorię perpetuæ transcendit. Pomponius Lætus de Diocletiano. Diocletianus, quamuis vno esset in loco, sua prouidentia, præsens vbiq. videbatur.

Ad Col 4

Ad Rom. 12.

Tu Ciuitatem, quis deceat status
Curas, & vrbi sollicitus times,
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaisq; discors.

Horat. Carmi. lib. 3.

Neq: enim euigilanti, & occupatissimo Principi ad obsequia corporis periculosissima copia, neq. voluptates blandissimæ dominæ, maiores partes animi a virtute detorquent. Plinius ad Traianum. Cum tibi omnis dies summa cum vtilitate nostra cũ tua laude condatur, quod, si quando cum influentibus negotijs paria feciſti, instar refectionis existimas mutationem laboris. Casus, & fortuna eius subiectæ prudentię, qui se totum continuo negotio dedit, & Regnum in solicitudine posuit. *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud*. Ex haurit igitur sapientiam, qui recte deliberat, quia terminos rei sapientia comprehensos intelligit, contra sapientia eum, qui nimis dubitat, difficiliorem cogitatione factum ad agendum exorbuit, est enim propter deliberationem in vtramq. partem disputandum, nam tam infipientis est, nunquam dubitare, quam semper stulti, se nunquam expedire. Nec plus, quam de singulis rebus semel cõsulũto. Stipitis nõ Principis hoc est, vt aliquid sapere videatur, moras exornare, rem quotidie differre, de-

In Pan.

Prou. 20.

Gic. de lo gib. 2.

inde aliquanto lentius nihil agere, omneſq; deludere, poſtremo id, quod facile intelligitur. *Nihil operantes, ſed curioſe agentes*. Liceat exclamare. *Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ſincera affectione pro vobis ſolicitus ſit*. Cum enim adminiſtros imperij ſolicitudo requirat, neceſſe eſt eum, qui paret cum illo, qui imperat, animo vno coniungi, vt ſi eſt propter Reip. bonum ſolicitus Princeps, eadem ſit ratione duce, Magiſtratus diligentiſſimus. *Iudicabat quoque Samuel Iſrael cunctis diebus vitæ ſuæ, & ibat per ſingulos annos circuens Bethel, & Galgala, & Meſphat, & iudicabat Iſraelem in prædictis locis*. Qui ociari volunt non imperent, vt mulier illa Adriano reſpondit, oppoſita ocio ſollicitudo. Catullus.

2. Ad Theſ 3. Ad Philip. 2.

1. Reg. 7.

Ad Leſb. Epig. 72.

Otium, Reges ſimul, & beatas
Perdidit vrbes.

Ergo ſollicitudo conſeruat. Oſorius de Emmanuele Luſitaniæ Rege. Sic religionem colebat, vt nunquam ſtudium publici iuris, & Reip. rationem intermitteret. Sic Reipub. conſtituendæ, & moribus, atq; legibus inuigilabat, vt bellicarum rerum curã nullo modo deponeret. Sic ſe cum Muſicis, aut venatoribus oblectabat, vt in medijs voluptatibus, ſalutis publicæ memoriam retineret. Itaq; eodem tempore claſſes in Mauritaniam, & Ethiopiam in Orientis Solis regiones inſtruebat, præſidia in varias partes ſummittebat, iuridicundo operam dabat, hominum querelis aures aſſidue præbebat, commiſſa facinora vindicabat. Lampridius de Alexandro Seuero. Dehinc, ſi hora permitteret actibus publicis poſt multam operam dabat: idcirco quod, & res bellicæ, & res ciuiles (vt ſuperius dictum eſt) per amicos tractabantur, ſed Sanctos, & fideles, & nunquam venales: & tractatæ firmabantur, niſi quid noui, etiam ipſi placeret. Sane, ſi neceſſitas cogeret, ante lucem actibus operam dabat, & in longam horam producebat, neque vnquam tædiauit, aut moroſus, aut iratus reſedit, fronte ſemper pari, & lætus ad omnia. Quamuis enim, vt ita dicam Princeps optimus ſit, niſi bonis inſtructus viris nihil faciet, imò eius integra, & ſancta mens vitio ſuorum diſtorta, pigre dilatare, aut facta perperam, aut non prodeſt, aut poteſt obeſſe Reip. igitur ſingulari quodam amore boni publici adducti, non priuata gratia, aut cupiditate affecti, cõmunem imperij curam, & magnitudinem, vt æque in omnes ordines diſtributam, ſic ſolicite intertextam, & datam adiuuabunt. Quare de Rege Apium Seneca. Præterea onere vacat, exactor

Lib. 12. Rer. Eman.

Lib. 1. De Clem.

xactor alienorum operum. Plinius. Reliquo tempore cum populus in labore est, ipse opera intus circuit similes exhortanti, solus immunis. Igitur Princeps scrutetur omnem Rempub. excutiat vnumquemq; Magistratuum, vt quanta sit cuique spes, & fides, tantum cuiq; committat, ne ad infinitam licentiam, aut nimiam ambitionem incumbant, assuefacti exercitatione, negotiorum vigilias perferant, in rebus constituendis, maturandis, agendis industriæ subsidia, atq; instrumenta uirtutis ipso Principe duce laboris, & rei confectæ censore experiantur, vt Plato. Quippe cum regiæ Maiestatis officium sit, non vt ipse quidem agat, sed vt agere valentibus imperet, cognoscatq; imperium, & eorum, quæ in Ciuitate sunt maxima, tum quid decorum, quid opportunum sit quid contra. Cæteras vero facultates iussa capessere, & mandata transigere. Seneca. Omnium domos illius uigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium uacationem illius occupatio. Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit, sibi eripuit: & syderum modo, quæ irrequieta semper cursus suos explicant, nunquam illi licet, nec subsistere, nec quicquam suum facere. Plinius ad Traianum. Cum uero postulamus, ut futuros Principes doceas inertiæ renũtiare, paulisper delicias differre, paulisper, & saltem ad breuissimum tempus, ex illo felicitatis somno uelut excitatos induere prætextam, quam cum dare possint, occuparint, ascendere curulem, quam detineant, esse denique quod concupierunt, nec ideo tantum uelle consules fieri, ut fuerint. Sed ex diligentia Principis omnium bonum, ex facilitate potentiæ, communis uitæ dulcedo paratur. *Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotũ non sanastis, & quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperatis eis, & cum potentia.* Amorem cura consequitur. *Petre amas me, pasce oues meas.* Vigiliæ igitur assidui, & iucundissimi amoris potissimum officio Principem faciunt. *Quod facis fac citius.* Non quia non melius fuisset male incepta non perfici, sed quia ad utilitatem ipsius facti absoluti adiunctum bene gerentis necessarium solicitudo est, propter boni essentiam generatim, omne quam citissime faciendum est, cum sit opposita mora opportunitati, & hæc breuissimo tempore, re bene consulta, maturo in facto, deliberationem subsequuto, & consilio deciso uersetur. *Vult, & non vult piger, anima autem operantium impinguabitur.* Quia pleno gradu regnat, nec se obrui tamquam fluctu

Lib. 11. c. 17.

In libro de Regno.

In lib. de Consolat ad Poll.

Ezech. 34.

Ioan. 21.

Ioan. 13.

Prou. 13.

fic magnitudine negotij ſinit, contraque ſe erigit, ac reſiſtit, ſiue etiam ultro occurrit negotijs, ille inanisſimus derelictione rerum, uacuus uita ciuili, quæ ſine actione minime communi Reipub. luce perfruitur. Quid enim aliud eſt, diuinæ potentiæ, quã ſumma celeritas? & nos per tarditatem animi, & imbecillitatem rerum, non modo diuina imitari, ſed ne humana quidẽ perſequi poſſumus? & Tacitus. Barbaris conctatio ſeruilis, ſtatim exequi regiũ uidetur. *Ego ſum Paſtor bonus.* Primus inter græcos Homerus paſtorem Regem Regum Agamemnonem appellauit, ut Xenophon propter felicitatem, ut Plato propter ſalutem, ſed qua ne rei proprietate? Deus de optimo Principe. *Saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus, & pecus, & ſuſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcat eos ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem.* Significata ergo ſumma regum diuerſisſimis, arduiſq; intenta ſolicitudo animi, & penitus cogitatio defixa, quare, quia fidelisſimus, diligentisſimus, & nobilisſimus idem Paſtor, Rex, & ſeruus eſt. *Seruus meus Dauid Rex ſuper eos, & Paſtor vnus erit omnium eorum.* Adam Principes progenerauit, ex quibus Caim Tyrannus prono in terrã corpore cupidisſimus proprij, nimis præfracte, laboriſq; terreni ſudore, ſpretis, illo prçcipue tempore, facilioribus, per vim ſimilis exigenti. *Caim autem operabatur terram.* Abel Rex erecto corpore in Cælum ſine dominatione compaſcuos agros peragrans, naturalis copiç cura, multo magis alieni, quam ſui boni honeſtisſimo artificio, utilisſimo generi humano ad uictum, ueſtitumq; contentus. *Factus eſt Abel Paſtor ouium.* Quam ob cauſam de Deo merito ait. *Elegit Dauid ſeruum ſuum, et ſuſtulit eum de gregibus ouiũ, de poſt fætantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam, & pauit eos innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Vſitatum nomẽ eſt. *Qui dico Cyro Paſtor meus es.* Paſtor uigilat, Paſtor ducit, oues a lupo, ab æſtu, a frigore, peſte, fameq; defendit, canes illi fidisſimi pugnando morituri, familiæ ſtrenuisſimæ uitæ campeſtri, excubijs pecorum aſſuetæ. Ipſe circumit uigilias, ipſe agmina ob çquitat, ipſe omnibus præſentisſimo animo eſt. *Prouideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, & poſsit exire, & intrare ante eos, vel introducere, ne ſit Populus Domini ſicut oues abſq; Paſtore.* Sapienter ergo Rex Paſtor appellatus, nõ ſolum ob proprietatem, ſed ut Principes erubeſcerent: plus eum qui mutis pecudibus, quam eum, qui hominibus præſit, eorum, quibus præſit commodis, vtilitatiq; ſeruire.

Lib. 6. Ann.
Ioan. 10.
Xenoph. de dict. & fact. Soc. lib. 3.
Plato in lib. de Rege.
Ezech. 34.
Ezech. 37.
Gen. 4.
Pſal. 77.
Iſa. 44.
Num. 27.

Si

Si neceſſe eſt mutuo pro ciuibus Princeps morte occumbere, ciues pro Principe debent. Plurimæ virtutes prudentiæ adminiſtræ.

CAP. VIII.

QVid humanius pro ciue, quid pro virtute diuinius? *Bonus Paſtor animam dat pro ouibus ſuis.* Eſto ergo Paſtor, dilige ciues, vt Paſtor oues, & nonne hæc affectus charitate, ſi opus ſit, libenter pro patria ea ſurus? Rex Athenarum ex oraculo dictus, pro ſalute ciuium occubuit: Glorioſisſimi Romani ſe ſe dijs inferis pietatis ergo deuouerunt, ſuorum igitur amore flagrabit, nec dubitabit pro Repub. mortem oppetere is, qui ſtator, ſoſpes, & ſeruator imperij. Ioan. 10.

Hunc tamen vtilitas populi, fraterque, datique
Summa mouet ſceptri, laudem, vt cum ſanguine penſet. Ouid Metam. lib. 13.

Nã, qui talis eſt, nõ a ſe acerbitate, & iniurijs, nõ exigẽdis tributis, ciuiũ animos abalienabit, ſicut ipſe pro omnibus, omnes pro ipſo patre patriæ, libera voce, ſine cunctatione morientur. In periculo ſummæ virtutis maximo, & illuſtriſsimo exemplo Chriſtus futurus eſt. *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Ioan. 13. Quamuis miſerijs doctam ærumnoſam ſuorum vitam diuina prę ſentia lætiſſimi amoris conſolatus eſſet, cum pro ſuis cruci affixus eſt, ſuos moriendo dilexit, ſublato itaq; a Principe hominũ ſigno ſalutis, optimis principibus amor ſimillimus imperatur. *Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Princeps mutuo amore diligit Ciues, ſed hos pro ſecuritate, & gloria boni publici excellentiſſima conſtat mori debere, quia ſummam charitatem profitentur. *Maiorem, hac dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat, quis pro amicis ſuis.* Pro ipſis igitur, qui ſunt materia vniuerſæ vtilitatis, Princeps mutuo, pie, fortiterq; mortem occumbet. *Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori?* Primo, quaſi incredibilis eſſe virtutis intellexit, licere ſecundo, eſſeq; bene. Si enim hoc argumento Paulus, maximum Chriſti myſterijs amorem reconditum, & altiſſimum enodauit. Si Chriſto multo diuinisſimum pro peccatoribus mori, cum multo minus fuiſſet mori pro ornando iuſto; neceſſe eſt, vt ſi Chriſti proprium erat, propter Ioan. 15. Ad Ro. 5.

Digitized by Google

pter ſummam ipſius bonitatem, pro peccatore mortem obire, ſit hominis propter charitatem, adiunctaq; neceſſaria virtutum pro bono animam edere, & ſi Chriſtus pro peccatore mortem paſſus, etiam oportet, vt vnuſquiſq; pro principe bono præſertim, & patria tantę glorię, vtilitatiſq; monimento moriatur. Seneca. Epiſt. 76. Vide quanta vis honeſti ſit, pro Republica morieris etiamſi ſtatim facturus hoc eris, cum ſcieris tibi eſſe faciẽdum. Interdum ex re pulcherrima gaudium magnum etiam tempore breui, ac exiguo capitur: & quamuis fructus operis peracti nullus ad defunctum, exemptumq; rebus humanis pertineat, ipſa tamen contemplatio futuri operis iuuat: & vir fortis, & iuſtus, cum mortis ſuæ pretia ante ſe poſuit, libertatem patriæ, ſalutem omnium, pro quibus depẽdet animam in ſumma voluptate eſt, & periculo ſuo fruitur. Vnicuiq; enim, qui maxime poteſt, cum ſuo ſtatu conuenire maxime glorioſus, & conſentaneus amor eſt. Quid magis proprium Principis, qui amplificator ſalutis omnium, & iniuriarum publicarum vltor eſt, quam ſe Reip. mortuum, viuumque mactare? 1. Ioannis c. 3. *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Quanto magis Princeps, qui non ſingulari, ſed publico amore affectus eſt, quem non excelſa dignitas in priſtinum negotij compactum, ſed amor boni publici detruſum penitus tenet? Ambroſius de In conc. de obitu Valẽtiniano iuniori. Magnum crimen agnoſcimus Imperatoris quod Romano voluit ſubuenire Imperio. Hęc cauſa mortis, quæ piena laudis. Soluamus bono Principi ſtipẽdiarias lacrymas, quia ille nobis ſoluit etiam mortis ſuæ ſtipendium. 1. Macha. 2. *Æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum.* D. Thomas ait. Quod pro Rep. accipimus, in populo prædicto loquitur de Mathatia, qui moribundus paternis de Regno conſiliis filios erudiebat, qui vigilias igitur, & ſolicitudines patriæ dicauit, æquum eſt Reip. vitam laboribus publicis, periculiſq; traductam obtuliſſe. Act. 20. *Nec facio animam meam precioſiorem, quam me.* Salus populi ſuprema lex eſto, ac ſi dixiſſet, ſalus publica ſuprema lex eſto, videlicet priuato, & Principi potiſſimum, a quo ſuſtentari, & reſtitui debet, vel vſq; ad mortem, cum lex ſine perſonarũ, & rerum exceptione præcipiat. Multo enim præſtantior Princeps eſt perpetuitate, quam pręſentia rerum, ſi priuatus, lege conſcientiæ obligatus eſt, quãto iure maiori Rex ipſe, qui propoſita neceſſitate, ſummas virtutes, magnitudine vtilitatis, & temporis diuturnitate conſequitur? Plinius maior. Lib. 16. c. 42. O mores æternos, qui tanta

opera

opera honore ſolo donauerint, & cum reliquas coronas auro cõmendarent, ſalutem ciuis in pretio eſſe noluerint, clara profeſſione, ſeruari quidem homines nefas eſſe lucri cauſa. *Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ.* Rectiſſime mercenarius non eſt paſtor, nam oues eius ſunt, qui eum ſua mercede conduxit, non ergo artis pecuariæ ſciens, & ciuilis ignorantiſsimus: ſi enim amaret, Paſtor eſſet, ſi Paſtor, gregem tueretur. Gratuitus enim erat ille, cuius oues propriæ, qui gratis amando, agendoq; meruit incorruptæ autoritatis præmia. Ioan. 10.

O decus, o patriæ per te florentis imago
O vir non ipſo, quem regis, orbe minor. Ouid. lib. 5. de Triſt. eleg. 3.

Simul atq; mercedis infamia notata eſt, mercenarius pecus amiſit; dignam enim Principe rem neceſſe erat ad ingenuum a meritorio transferri. Paſtor ergo ſapiens, bonus, liberalis, non fugax, non ſtultus, non ſordidus, ergo Deus, o Princeps tibi homines, diuinis ad cæleſtia præceptis inſtructos, meliori nota commendauit, ne uiuas ventre contentus, & gutture, nec ciues ingemiſcentes, & balantes repudiato, nec periculoſa bella præ voluptatibus inaniſsima exiſtimato, patriæ inuigila, expergiſcere, ſi dormis: ne ſtationẽ deſeras, o Rex, funus efferri vides Reip. ſi non de gloria, de ſalute decerta, aut moriendum tibi, aut regnandum, niſi regnare putas, vt ait ſapiens ille. *Sepulchra dealbata.* Regia cognitio hæc eſt. *Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ.* Poeta Hiſpanus. Ioan. 10. Matth. 23.

Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos. Lib. 8. Epig. ad Domici.

Baſilius Imper. ad Leonem filium. Præſtantiſsimus Medicorum ille eſt, qui accomodatas cuique morborum generis nouit adhibet curationes: & Rex optimus, qui eos inſtituit Magiſtratus, qui a ſuis ſubiectis omnem iniuriam arcere, ac propulſare queãt. Sicut enim equiſonis virtus propria eſt, equi cuiuſq. noſſe præſtantiam, & venatoris intelligere, quantum quiſque canum curſu valeat ad perſequendas feras: ac Imperatoris milites ſuos cognoſcere, & quiſque eorum fortitudine ſit, perſpectum habere, vt in inſtruenda acie intelligat, quo quemque loco debeat collocare: ita boni Regis eſt, ſubditorum ſuorum mores, animos, actus, & ſententias perdiſcere, vt de ſingulis edoctus, vnumquemque ſicut ſuo ordine diſponere, ac prauos quidem, & peſtilentes homines a Repub. extorres eiicere: Probos autem, & veritatis amantes, honoribus, & publicis muneribus præficere. Sapiens eumdem ſenſum, eamdem improprietate declarauit. *Diligenter Recognoſce vultum pecoris tui, tuoſq; greges conſidera.* Pro intelligentiæ Cap. 30. Prou. 27.

gentiæ merito, & laboris præmium ſpecta. *Non enim habebis in-*
Pſ. 21. *giter poteſtatem.* Quæ amara aſſiduitate. *Sed corona tribuetur in generationem, & generationem.* Ingenii Principis eſt, bonos, & prudentes cognoſcere, amplectiq; , horum Regem, parentemq. reuereri, tui eſt, mandare illis Magiſtratus, horum nomini re-
Eccleſi. 6. gio ſeruire. Si enim euenient. *Vir bellator deficiēs per inopiā, & vir ſenſatus contēptus.* Iaces in tenebris, præcipue, ſi nihil valet memo-
Act. 7. ria præteritorum factorum. *Creuit populus, & multiplicatus eſt in Aegypto, quoad vſque ſurrexit alius Rex in Aegypto, qui neſciebat Ioſeph.* Gratus animus natura ſua regius in poſterum proſpicit.
4. Ad Phi lipp. *Scitis autem, & vos Philippenſes, quod in principio Euangelij, quando profectus ſum a Macedonia, nulla mihi Eccleſia communicauit in ra-*
2. Reg. 9. *tione dati, & accepti, niſi vos ſoli.* Pene diuinus ille Dauid. *Nunquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam Dei?* Nec minus memoria dignus Aſſuerus Rex, qui cum in Annali-
Hheſ. 6. bus Regni Scriptū audiſſet. *Quomodo nunciaſſet Mardochæus inſidias Bagathan, & Thares Eunuchorum, Regem Aſſuerū iugulare cupientiū.* Pro tanto beneficio nullo affectum munere, moleſtiſsime ferens traditum ad ſupplicium mœſtum, ſordidatum de ſententia Amani, magnis, & prope Regi proximis honoribus decorauit. *Homo, quem Rex honorare cupit debet indui veſtibus regijs, & impo-ni ſuper equum, qui de Sella Regis eſt, & accipere regium diadema ſu-per caput ſuum, & primus de regijs Principibus, ac Tyrannis retineat equum eius, & per plateam Ciuitatis incedens clamet, & dicat ſic bono-rabitur, quemcunque voluerit Rex honorare, dixitq; Rex feſtina, & ſumpta ſtola, & equo fac, vt locutus es Mardochæo Iudeo, qui ſedet ante fores Palatij, cane, ne quidquā de his, quæ locutus es, prætermittas.*

Multa prudentes ſine ſimplici honeſti ſpeculari. Dolus ignoranti pro ſapientia eſt.

CAP. IX.

Matt. 10. AD acrem, & conſideratum Principem. *Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ.* Serpens enim inſtinctu naturæ prudens cum plu-rimis ad conſeruationem careat, omne appetit conſentaneum, fugitque contrarium, Columba

ſimplex,

ſimplex quamuis impulſione naturæ viuat, paucioribus contenta eſt, ergo ſimplex animus ad virtutē volatu pernix, nunquā a recta via declinat, prudētia inter multa iudicio acri honeſtæ vtilitatis torquetur, & flectitur: multa enim varie conſideranda, multa diuerſe præuidenda, ſed vnus animus immutabilis fide, honeſtoque ſimplicisſimus, quamplurima pro fine, quem ſibi propoſuit, exequitur. *Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viā.* Ergo, vt ſerpens prudētia, rebus innumeris ſimplici virtutis regula vertitur, animus cū agendum eſt, recte, æque honeſto fieri præcipit, multiplex enim a ſimplici eſt, ergo naturæ ordine ſimplex multiplici præeſt, ergo prudentia non eſt, ſine honeſto, nec honeſtum ſine ratione, nec ratio ſine multiplici honeſto prudentiæ, ſimplex igitur ratio, prudentia multiplex; Quare ab illo inter beatiora laudata. In Eccl. 5.

Prudens ſimplicitas.

Quæ multiplici lapſu erratico q̄ prudētiæ magna cōmentatione rerum, a quibus animus ſincerus abhorret ſimulatis, vafriſq. reſiſtit; Lampridius de Alexādro Seuero. Erat .n. ingentis prudētię. & cui nemo poſſet imponere: & quem ſi aliquis vrbane tentare voluit, intellectus, tulit pœnas. *Sed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo.* Quia ſine probitate quoquiſq; prudentior, eo improbrior, & callidior, nullam enim virtutem, niſi malitiam putat. Columbæ conſtantia propoſiti eſt, ſerpentis mutabilis pro volubili tempore ratio; Anguis vigil apud Ægyptios prouidētiā Principis monſtrabat, ergo perpetua conſtantia roborari, & multa ſpeculari neceſſe eſt. *Sapiens timet, & declinat a malo, ſtultus tranſilit, & confidit.* Abiecto enim prudentiæ clauo, obmutuit lingua, & manus obtorpuit, ergo Reip. conſeruator, & rector, ſancta ſimplicitate, germanaq. prudentia, verſutis, & prauis infenſus, ciues vtiliter, ſancteque cuſtodit. Lampridius de Alexandro Seuero. Iam illud inſigne, quod ſolum intra palatium, præter prefectum, & Vlpianum quidem, neminem vidit: nec dedit alicui facultatem uel fumorum vendendorum de ſe, uel ſibi de aliis male loquendi; maxime occiſo Thutino, qui illum quaſi fatuum, & ue cordem ſæpe uendiderat. *Ego vos non grauaui, ſed cum eſſem aſtutus dolo vos cæpi.* Ignoranti dolus eſt ſapientia, cuius rationem cum minime poſſit intelligere, niſi ſapientia, vt dolo agas, oleum, & operam perdis, dolus fruge ſapientiæ ſuauiſſimus, vicariuſq; intelligentiæ neceſſarius, opis eſt non oneris, habet ergo ſimplicitatem ſine malo, & cum bono prudentiam, Chriſtus ab ineunte ætate prudentiſſimus. *Stupebant autem om-* Mart. 10. Epigr. Ad Ro. 16. Prou. 14. 2. Ad Cor. 12. Luc. 2.

nes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Ne diuitias familiæ spiritualis impio prodere, curioseq; vanitati adulari videretur, noluit coram Herode miracula facere. *Herodes autem viso Iesu gauisus est valde, erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri, interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil respondebat*. Simplicitatis fuit non blandiri Tyranno, prudentiæ opportuna grauitate agere.

Luc. 23.

Bonus Princeps Economus. Familia ciuium Dei est. Princeps fidelis dispensator, & prudens Vicarius Dei. Propter charitatem spiritum vtilitatis Principi concessum. Prudens omnium actione præstanti virtutum Princeps beatus est.

CAP. X.

Luc. 12.

PRudentiæ fides principis, & autoritas comes est. *Quis putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram?* Prudentiæ finem consequi est, fidei in amore iurato per manere, qui ergo fuit fidelis & prudens, finem est iuratæ fidei conuenientem consequutus, ergo cum bene ageret, non poterat, non familiæ succurrere: Prudens igitur, & fidelis, qui amando, & prouidendo familiam pie, & liberaliter sustentabat. Nam vt ille meus, sicut

Lib. 3. Pol. c. 11.

œconomica est, quoddã Regnum domesticum, ita regium imperium est Ciuitatis, & gentis vnius, & plurium œconomia. Non aliter se studijs perpetuis, & cogitationibus Princeps patriæ consecrauit: prouideat, & amet necesse est, fide, prudentiaq; omnes, & officio contineat. Seneca. Patrem quidem Patriæ appellauimus, vt sciret datam sibi potestatem patriam, quæ est temperatissima, liberis consulens, suaq; post illos ponens. Plinius de Traiano. Nec publicæ pietatis intererat, quid vocarere, nisi quod ingrata sibi videbatur, si te Imperatorem potius vocaret, & Cæsarem cum patrem experiretur. Si opus bello, Imperator, si consilio, Rex; si pietate, Parens. Ideo a Pindaro, Hiero Rex Siciliæ

Lib. 1. de Clem.

multorum

multorum diſpenſator prædicatur. Egregia proprietate, quia apud iuriſconſultos diſpenſator, ſeruus appellatur, qui familiæ rationes diſpenſat, peculijq; adminiſtrationem habet. Quare de Principe loquens pręclare Alexander in Lampridio, nefas eſſe dicens, vt diſpenſator publicus in delectationes ſuas, ſuorumue conuerteret id, quod prouinciales dediſſent. Ariſtoteles. Multi dant vni poteſtatem diſpenſationis, quidam Magiſtratus eſt huiuſmodi Epidamni, & Opũte, quidẽ minori ex parte. Imperat. Maximinus in Herodiano. Neq; enim vnius tãtũ hominis peculiaris poſſeſſio principatus eſt, ſed cõmunis antiquitus totius Rom. Populi. Siquidẽ in illa vrbe ſita eſt Imperij fortuna, nobis autem diſpenſatio tantum, atq; adminiſtratio Principatus vna vobiſcum demandata eſt. Patres Niceni Concilij ad Auguſtam Pulcheriam, & Martianum Imper. Iis enim, qui pie diſpenſationem rerum peragunt terrenarum, neceſſario cęleſtia rependuntur. Mendaciſſime Seneca de Cæſare. Neque enim quiſquam liberalius victoria vſus eſt, ex qua nihil ſibi vindicauit, niſi diſpenſandi poteſtatem. Sed verus creatione pater Dominus eſt, familia enim generis humani, Dei, non Principum, quare ſe ipſum Dominum, ſeruos beatiſſimos Reges nominauit. *Ego autem Dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid Princeps in medio eorum.* Baſilius Imperator ad Leonem filium. Nam etſi aliorum Dominus conſtitutus es, ipſe tamen etiam ſeruus es. Et non ne ſeruus, qui minime ſui iuris, ſed diuini eſt, & naturæ? qui pro vltimi finis ratione ſempiterna, conſcientia graui ſingulariũ rerum alligatus eſt?

Briſſonius l. 51 l. 62. dict. de ſolut.

Lib. 3. Pol. c. 12.

Lib. 8.

Act. 3.

Lib. 3. de ira.

Ezech. 34

Cap. 14.

Vos, quibus rector maris, atque terræ
Ius dedit magnum necis, atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidoſque vultus:
Quicquid a vobis minor expaueſcit,
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne ſub regno grauiore regnum eſt,
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.

Seneca in Thyeſte.

Ergo hac prouidentia a Deo Princeps conſtitutus, ne proditor in Dominum rebellaret, & familia diſperſa, minime iure ſociata vagaretur. Baſilius Imper. ad Leonem filium. Numinis beneficio regnum accepiſti. Sollicite cuſtodias illud, quaſi depoſitũ fidei tuę commiſſum, vt incolume conſerues. Caue autem, ne illius malus cuſtos, de generis aliquid, atq; indigni committas. Quare non ſolum parcat familię Dei, ſed etiam ſeruiat, potiſſi-

Cap. 10.

sima enim seruiendi ratio in prudentia, & fide, prudentię habere, fidei, est dispensare, peculiaris virtus dispensationis. *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Maxima virtus est, vt quis dispẽset, nam hoc vel inuitus facere debet. *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, si antẽ inuitus, dispẽsatio mihi credita est.* Neq; enim satis est perfido habere, nec fido aliquid satis est. Si improuidus, si præceps, ergo familia, inopia, & perfidia deletur, prudentia enim annonæ charitati, perfidiæ fides opponitur: copia ergo fide distributa, conseruat. Cassiodorus. Nolumus enim sub confusione largiri, quod decet sub ratione distribui. Ne quod necessario nos trãsmisisse cõstat, afflictis superfluo tribuatur illęsis. Sed fide ministra prudentiæ, quis ne tantæ rei modus? nõ ne opus regula? opus ergo mensura est; quæ omnes æque pro bono, iure, pro ratione metitur, Iesus autem. *Iterum cum turba multa esset, nec haberent, quod manducarent, conuocatis discipulis suis, dixit illis, misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, & non habent quod manducent, & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via.* Non famis solum, sed etiam lassitudinis miseretur, fame laborantes in locum profecturi erant, quo se viatico sustentarẽt, indignum omnino Christi præsentia memorabili, & gratiosissima, populis ad vitam necessaria, & diuinæ doctrinæ studia defeciſſe, non in domum redeant mæsti, sed pij, non afflicti fame, sed contenti necessarijs, auaritia præceptis, crapula continentia, fames cibo repellenda erat, non in asperis primo, sed in magnis, nec in popularibus, sed in humanis, nec nomen duris affectantẽ, nec extraordinarijs poplicolam, sed patrem sapiẽtissimũ in quotidianis rebus Christũ prædicarent diuinæ miserationis vox. *Misereor super turbam.* Misere tumultuare ciues, & palantes per agros difficillima vti annona, rumore perfertur, & saginatus fortunis populi, nec fædissimæ fami obuiam eundum putas? Caue.

namque asserit Vrbes
Sola fames, emiturq; metus cum segne potentes
Vulgus alunt, nescit plebes ieiuna timere.

Plinius ad Traianum. Huius aliquando cura Pompeio non minus addidit glorię, quam pulsus ambitus campo, exactus hostis mari, oriens triumphis, occidensq; lustratus, nec vero ille ciuilius, quam parens noster autoritate, consilio, fide, recluſit vias, portus patefecit, itinera terris, littoribus mare, littora mari reddidit, diuersasq; gentes ita commercio miscuit, vt quod genitũ esset vsquam id apud omnes natum esse videretur, & in illis. Refudimus

1. ad Co. 4.
1 ad Co. 9.
Eb. 2. Epist. 8.
Marc. 8.
Lucan. lib. 3.
In Pan. 4.

fudimus nilo ſuas copias, recepit frumenta, quę miserat, deportataſq; meſſes reuexit. Boetius. Cum acerbę famis tempore, grauis, atq; inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam prouinciam videretur, certamen aduerſus præfectum prætorij, communis commodi ratione ſuſcepi, Rege cognoſcente contendi. & ne coemptio exigeretur, euici. Celeberrimo abūdātisſimeq; Ioſeph pro totius origine fortunæ, honoreſq; merce de prędidit. *Clamauit Populus ad Pharaonem, alimēta petens, quibus reſpōdit. Ite ad Ioſeph, et quidquid ipſe vobis dixerit facite: creſcebat autem fames in omni terra, aperuitq; Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Ægyptijs. omneſq; prouinciæ veniebant in Ægyptū ad Ioſeph emere.* D. Ambroſius. Quantæ hoc commendationis apud Deum fuit ſanctisſimo ſeni? Quantæ apud homines gloriæ? hic magnus, vere probatus, qui vere potuit imperatori dicere, demōſtrans prouinciæ totius populos: hos tibi omnes reſeruaui, hi viuūt beneficio tui Senatus, hos tua curia iā morti abſtulit, quāto hoc vtilius, quā illud quod proxime Romę factū eſt, eiectos eſſe vrbe ampliſſima, qui iam plurimam illic ætatem tranſegerant, flentes cum filijs abijſſe, quibus velut ciuibus amplexandum exilium deplorarent, interruptas complurium neceſsitudines, diremptas affinitates? Exemplo Dei facito. *Mandauit nubibus deſuper, & ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & panem cęli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo, cibaria misſit eis in abundantiam, tranſtulit auſtrum de cælo, & induxit in virtute ſua Africum, & pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam Maris volatilia pennata, & cæciderunt in medio caſtrorum eorum, & circa tabernacula eorum.* Priuata liberalitas. *Iuſſit dari illi mnaducare.* Publice hæc, & Popularis. *Præcepit illis, vt accumbere facerent omnes ſecundū contubernia ſuper viride fœnum, et acceptis quinq; panibus, & duobus piſcibus, intuens in cælum benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos.* Pro varietate temporis. *In tempore.* Scilicet rem populo dare, prudentiæ eſt, ſed menſuræ, quidquid eſt ſingulis datur, ſed hæc minime variatur, pro more enim patrio vna retinetur, ne quæ fidelis eſt, prudentiſq; ingrati ſit, & ſtulti. Nihil gratius Deo vna menſura, nil vtilius familiæ. *Pondus, & pondus, menſura, & menſura vtrumq; abominabile eſt apud Deum.* Menſura enim natura ſua, vna, & ſimplex eſt, ſed menſura, quam quiſq; capere poteſt, vnius rei, vna ſpecie menſura eſt, & vnum ſpecie pondus, nam ſubſtantia vna eſt, ergo duplex menſura, & duplex vnius rei pondus contra ra-

Lib. 1. de conſ. Phili. proſ. 4.

Gen. 41.

Lib. 3. off. c. 7.

Pſal. 77.

Luc. 8.

Prou. 20.

tionem,

tionē,& naturæ conſtitutionem ſunt: ergo contra fidem,ſcilicet contra veritatem,& ſancte promiſſam publico nomine ſecuritatem,atq; conſtantiam, prudentia enim certa conſequitur, fides ſancta diſpenſat: ergo menſuras, quas familia Regni non capit, pondera, quæ ſingulos homines opprimunt, Deus abominatur Tacitus in Agricola Frumēti,& tributorū auctionem æqualitate munerū mollire, circumciſis quæ in quæſtum reperta, ipſo Tributo grauius tolerabātur. *Charitas patiens eſt,benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam,non inflatur,non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur,non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autē veritati.* Laborioſa enim indigenti charitas eſt, quis vero æmulus Principis, cui non ſuſpicio, neq; inuidia, ſed ex ſuorum virtute laus, fructuſq;?propter Papinianum. Alexander Seuerus,vt ait Lampridius.Summus Imperator fuit, quod eius conſilijs præcipue Reipublicam rexit.Minime in illo vanitas malitiæ,ſuperbiæ, ambitionis,igitur non quærit, quæ ſua ſunt,quia malitia iniuſtitiæ,ſuperbia violentiæ,ambitio proteruitatis eſt. cū .n. vnū ſint omnes propter charitatē, officiúq; ſuum præſtet hoc Principi,vt cum ipſe ſit propter omnes,multo magis in ipſo omnes ſint vnū,quis futuram in ipſo charitatē abū dantisſimā,& ſtudioſisſimā neſciat? Moyſes. *Aut dimitte eis hanc noxā,aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Quia vt Stobæus ex D.Chryſoſtomo.Nihil eſt,quod ſic Magiſtratū oſtendat, vt amor,& beneuolentia erga eos,qui ſunt ſub ipſius Imperio.Nā pater non ſolum procreando,ſed etiam diligendo poſt procreationē efficitur.Sua enim natura charitas,minime irritabilis,quia ne malum quidem cogitauit, iniquitatis odio libenter veritati gratulatur.*Omnia ſperat,omnia ſuſtinet.* Futura bona,& ardua præſentia. *Charitas nunquam excidit.* Non potuit non tantis eſſe diuina,ergo perpetua, vnius animi, & intelligentiç certisſimæ, auſpicijſq; ſecuræ diuinis.*Vt charitas veſtra magis,ac magis abundet,in ſcientia, & in omni ſenſu.* Nam ardor ille voluntatis, cum in omni ſenſu eſt,in nullo perfectisſimus deficit, cum omni ſciētiæ ſtudet, diuina eſt, & humana ſapientia beneficentisſimus. Philo.Sunt enim principes(vt verum fatear) publici parentes ciuitatum, & gentium,quotquot boni ſunt,nec cedunt pietati naturalium Ouidius.

r.ad Cor. 13.

Exod.32.

Serm.149.

r.ad Philip.9.

In libro de creat. Princip.

Faſtor. lib. 2.

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.
Res tamen ante dedit, ſero quoque vera tuliſti

Ne-

Nomina : iam pridem tu pater orbis erat .

Ex quo pignore ſummo charitatis nata de publico amore mutuæ ſignificationis mos . Cedrenus de Mœrouingijs Gallorum Regibus. Eundem Maio menſe in conſpectu totius gentis præſidere, gentemq; adorare , & vicisſim ab ea adorari. In Claudiano populus Rom. Imperat. populum Rom. Auguſtus veneratur .

O quantum populo ſecreti numinis addit In 6. Coſul. Hono.
Imperij præſens ſpecies, quantamque rependit
Maieſtas alterna vicem , cum regia , circi ,
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus :
Conſenſuque cana ſublatus in æthera nullis
Plebis adoratæ reboat fragor , vnaque totis
Intonat e Auguſtum ſeptenis arcibus Echo.

Nec ob aliam cauſam Herodes ille obſcæno, & tyrannico morbo de mortuus, quam quia pace a sydonijs, & tyrijs poſtulata. *Eo quod alerentur regiones eorum ab illo* . Honorem Deo , charitatis repulſam vrbibus maritimis pasſis, pernegaſſet . *Vnic uique enim datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem* . Quis enim ad mortem ſpiritus eſt, igitur cum vtilitas vitam foueat, fieri non poteſt , vt non omnis detur ad vtilitatem ſpiritus , effectibus igitur præferendus , cum nihil euidentius emolumento , neq; hoc ſine vitæ ipſius uiribus posſit ſtare, igitur , qui tuum ſpiritum ruinis publicis , & querimonijs demonſtrare auſus , te ſectorem patriæ omnibus peſtiferum , non Principem commodis , non vniuerſa vita proſperũ oſtẽdiſti. *Beatus ille ſeruus, quẽ cum uenerit Dominus inuenerit ſic facientem, amen dico vobis quoniam ſupra omnia, quæ posſi det conſtituet illum* . Beatitudo enim omnis generis bonis abundat, ſed fides, & prudentia bona ſunt, quæ ſine alijs vltimis, & maximis bonorum ſpiritualium virtutibus eſſe non poſſunt. Beatus igitur fidelis, & prudens, qui ad ſalutem omnium cum cæteris tanta bona communicat, in actione, non in contemplatione, Principis beatitudo ſita eſt . *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti, at ille dixit quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud* . Sed hoc agere, eſt audire, & cuſtodire , igitur Principi præclare, publiceq; agere beatitudo eſt. Cicero in Somnio Scipionis. Omnibus, qui patriam conſeruarint, adiuuerint, auxerint , certum eſſe in Cælo definitum locum , vbi beati æuo ſempiterno fruantur. *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in Regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in Regnum cælorum* . Baſilius Imperator ad

Act. 12. 1. ad Cor. 12. Matt. 24. Luc. 11. Lib. 1. c 8. Matt 7.

Leonem

Cap. 45. Leonem filium. Proinde cura regnum hoc terrenum, quasi mortalis: sed enitere, vt immortale acquiras per virtutum adeptionem, quasi immortalis propterea enim terrena potentia donatus es, vt per eam cælestem, atq; æternam dominationem acquiras. Summum bonum est clara Dei uisio, quæ ob infinitatem excellentissimi boni Regnum cœlorum apellatur, nostræ vitæ ob humanæ molestiæ cruciatus, & opinionum etrores contingere beatitudo perfecta non potest; illa ergo beatitudo humana est, quæ diuinæ proxima est, sed hæc in vita ciuili in benefaciendo uersatur.

Sidon. Apollin. in Car. 13.

Amphitrioniaden perhibet veneranda vetustas,
Dum relevat terras promeruisse polos.

Matt. 15. Bonorũ igitur finis est actio regia perfectissima. *Vestri autẽ beati oculi, quia uidẽt, & aures vestræ, quia audiunt.* Beatitudo enim hæc recta sensibus est, quia in agendo consistit, igitur non ob aliam causam Princeps beatus, quam quia perfecte, se se propter finem

De Ciuit. Dei li. 19. c. 20. ultimum exercet. Diuus Augustinus. Res uerò ista sine spe illa, beatitudo falsa, & magna miseria est. Non enim ueris animi bonis utitur: quoniam non est uera sapientia, quæ intentionem suam in his, quæ prudenter discernit, gerit fortiter, cohibet temperanter, iustèq; distribuit: non in illum dirigit finem, ubi erit Deus omnia in omnibus, æternitate certa, & pace perfecta. Solum gaudio beatitudinis æternę, non alicuius, uel maximę humanę rei gaudere debemus. Qua uirtute igitur summum bonũ meretur satis ad gloriam nominis, & Regni magnitudinem beatus est.

Luc. 10 *Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur. gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cælis.* Non stultè fortunis, nec turpiter uoluptatibus, sed regijs laboribus, & consilijs imperatorijs maximus.

Senec in Herc. Oetæo.

Si pace tellus plena, si nullæ gemunt
Vrbes, nec aras impias quisquam inquinat;
Si scelera desunt, spiritum admitti hunc precor,
In astra

Qui prudentia, & fide suarum partium omnia amplexus beatus est.

Salus

Salus hominum in præceptis, & in gratia Dei. Ante oculos Principis neceſſaria, vtilia, & optima. Lex temporis prudentiæ lex. Ergo leges humanæ commutabiles.

CAP. XI.

NON durisſimis legibus virtutis obligatus, ſed ad optima quæque imitanda Princeps idoneus, ardenſq; perfectus eſt. *Numquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit, quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.* Imperantur enim, quæ ſunt diuini, & naturæ iuris, ſed nihil grauius imperio eſt; ſeuere igitur ſcripſit diuina prouidentia, quæ maxime erant ſaluti humani generis neceſſaria, gratiam ne haberet ſeruo ob ea, quibus non poſſet, recta naturæ ratio non conſiſteret aliter a tota mente defectio ſequatur neceſſe eſt: ergo homo ob ſalutē ſeruiret præceptis, quibus dum contentus eſt, ſeruus eſt, appetunt altiora liberi; amantisſimus ergo humani generis Deus, cū neceſſarijs familiam labentem retineret, in patria, ſumma præmia locauit, quæ hominibus ea, ſi libere expeterent, gratia diuina extraordinarie largiretur: quare bonitati Dei attribuito præcepta, gratiæ ſalutem, ſed ſine præceptis Dei, & ſine gratia ſtare ſalus non poteſt. Humillima enim ſeruitus eſt, libertas excelſa, ergo cum in ſeruitutem ſe homo peccando intruſiſſet, bonus pater præceptis duram tyrannidem peccati, & mortis alleuauit, vt qui contra peccatum ſerui erant præcepti, Deo liberi gratia placerent, igitur quæ natura inchoauerat, & aſſidua virtus impleuerat, gratia perficeret, grates ne ageret Deus illi ſeruo, qui cum gratiæ occaſionem non dediſſet, penitus ignoraſſe diſtinctionem bonorum naturæ, & gratiæ videretur? *Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?* Ergo ſeruus inutilis: gratia enim ſola fructuoſisſima eſt, ſerui fruges libertas, quibus ſeruus alligatus eſt, ſeruus eſt, quibus ſemper ſeruus futurus eſt, inutilis eſt, quia nuſquam liber. Neceſſarium ab vtili ſuperatur: ergo, qui vtili inferior eſt, addictus neceſſarijs inutilis eſt, hic enim quotidianis inhęret, ſed multa fieri a copioſo, quæ ab

Luc. 17.

Pſal. 93.

eo, qui ſeruit neceſsitati ne cogitari quidem poſſunt; ergo qui ad hæc peruenire non poteſt inutilis eſt, Gratiam ne ſapientisſimus Dominus referat ſeruo, qui locum diuinisſimæ notę, donoq; gratiæ non fecit? qui nec ſe gratia confirmauit, nec ſupplicatione liberalisſimum Dominum inuitauit? ſint ergo ante oculos Principis, non ſolum ea, quæ neceſſaria ſunt, vt tyrannidem fugiat, ſed, quæ vtilia, vt bonus, quæ optima, vt euangelicus; enim vero ſeruus eſt, niſi in campos virtutis, & laudis, longe, lateq; dominatur, multa æque decidenda ſunt, multa prudenter deliberanda, non ſummo iure egiſſe contentus, niſi ſuauisſimo, prudentiſſimus abiter ſit. Eſt enim quædam lex temporis, non hominis, vt refert Cicero. Si ſeruus legis eſt, inutilis eſt, quia lex muta eſt, ſæpius vtilitas temporum leges commutauit, vt ait Plato. Quoniam lex nequit, quod optimum omnibus eſt, & iuſtisſimum ſincere comprehendendo ſemper, ita vt operæ precium eſt præcipere, quando hominum, actionumq; asſimilitudo, inſtabiliſq; rerum humanarum conditio facit, vt ars multa ſimplex, quidquam, & in vniuerſum de omnibus, perq; omne tępus valens cõſtituere poſsit, Et nonne Princeps bonitatẽ illam expromet, quã aula ſolita Principis aures titillare, probare tacita, & admirari magis, quam conſulere, & ſuadere conſueuit? ergo mirabilis quędam hæc virtus, qua non malitioſe, neq; ignoranter alligatus legi, ſed liber eſt ad benefaciendum, prudens ad imperandum Princeps euangelicus, propter quam a Deo non ſolum regulam imperij, ſed gratiæ prudentiam obtinuit. *Dedit ei gratiam, & ſapientiam in conſpectu Pharaonis Regis Aegipti, & conſtituit eum præpoſitum ſuper Aegiptum, & ſuper omnem domũ ſuam.* Sed firmiter in his perſeueret. *Nolite putare, quoniã veni ſoluere legem, aut Prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere.* Legem enim diuinam, & naturalem primus adimplere, illis animum, & mentem conformare debes, hęc enim bonorũ operũ origo humanã legem extraordinarie ſoluere potes, cũ ratio temporum exigit: nã cõſtat bonos Principes in pace conſuetudini, in bello vtilitati paruiſſe. Ennius.

Moribus antiquis res ſtat Romana, viriſque.

Cicero. Quem quidem, ille, verſum, vel breuitate, vel veritate, tãquam ex oraculo mihi quodam eſſe effatus videtur. Nam neque viri, niſi ita morata ciuitas fuiſſet, neque mores, niſi hi viri præfuiſſent, aut fundare, aut tam diu tenere potuiſſent, tantam, & tam longe, lateque imperantem Rempub. Itaque ante noſtram memoriam, & mos ipſe patrius præſtanteis viros adhibebat, &

Contra Rullum. In Dialo. de Regno.

Act. 7.

Matt. 5.

Lib. 5. de Rep.

veterum

veterum morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri. Basilius Imperator ad Leonem filium. Si enim positas a maioribus leges in Repub. gerenda repudiaueris, nec minores edictis tuis, quasi oraculis postea obsequentur. Ita fiet, vt edicta Principum, alia ab alijs inuicem subuersa confusione, ac perturbatione Rempub. totam impleant. Lampridius de Alexandro Seuero. Leges in annos firmauit, easq; etiam ipse diligentissime seruauit. Cap. 32.

Contra hominum ambitionem prudentia magistra est. Quid sit de Principatu contendere. Ambitionis mala. Discordia Regnum interire vno spiritu, & efficientia pacis conseruari.

CAP. XII.

CVM enim prudentia donis diuinis, humanisque instructa virtutibus, Reipub. summum bonum contempletur, expetenda bona, de quibus disseruimus, & mala fugienda, considerat. In nullaque re magis, quam in persuadenda hominibus principatus cognitione, vltimiq; regnandi finis sapientia laborat. Siue enim quis falsam sibi opinionem supremæ potestatis finxerit, siue animi impotentia æger, obstare vitio non potest, aut libidine, aut ambitione Rempub. perdidit. Quare magnitudinem imperij, non ambitione infinita, sed iudicio certo metire. Diocletianus Sapientissimus Princeps diligentissime, & prudentissime, famæ, conscientiæq; rationem reddendam imperij ratus, vt ait Pomponius Lætus. Animaduertens consorte imperij opus esse (vt citius pacem vbique redderet) Maximianum legit. Non superbia Maiestatis, non ambitio purpuræ, non impotentia imperandi obstitit, quo minus libero iudicio, quem dignum propter virtutes cura imperij, & consilij iudicarat, eumdem nomine Augusti, pari honore quasi geminæ virtutis afficeret. Autorem tanti consilij imitatus Constantius Chlorus in sui cognitione acerrimus. Cum se a senioribus Augustis procuratione Reipub. distractum arbitraretur, quam mente Sanctissimus, animo maximus Imper. ferre posset, cum Gallijs, Hispanijs, Italiq, & Africæ præesse iuberetur, Italiæ, & Africæ administrationem recusauit,

quod existimabat ab vno tantum pondus minime sustineri posse. Dignissimus, qui religionis Christianæ initia Primus Imper, Christianorũ, non minus religione, & pietate, quam moderatione, & sapientia imperandi demonstraret. Vtinam Christianis Principibus documento esset, non longe, lateque dominari summum bonum, non calliditatem inuadendi aliena status rationẽ: Sed bonos ciuiũ mores, perpetuam regni causam, purissimũque cultum religionis summam securitatem intelligerent, arma nõ libidine, sed necessitate tractarent, Maiestatis gloriam defendẽdis socijs, honestate otij, palestra artium, propagatione ciuium assererent, non infinitis sumptibus, prouincijs exhaustis, vexatisq; auarissime militibus, & incredibili probro artis militaris cõ macularent, igitur Constantius Christianissimus Princeps imperij socium Augustum, quamuis infidelem adamauit, eiq; Regnum orbis Italiam, orbisq; vnam partem Africam remisit, vt fide, & sapientia prospexisse, prouincijs, auxisse collegam Augustum videretur, igitur inter Tyrannos valeat illa sententia Lucani.

dum terra fretum, terramq; leuabit
Lib. 1. *Aer, & longi voluent Tytana labores,*
Noxque diem Cælo totidem per signa sequetur,
Nulla fides regni socijs, omnisque potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus vllis
Credite, nec longe fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.
Nec pretium tanti tellus, pontusque furoris
Tunc erat: exiguum dominos commisit Asylum.

Aemil. prob. in vit. Dion. Vulgata sententia Homeri ex secunda Rhapsodia. Non posse bene geri Rempublicam multorum imperijs. Quæ sententia, aut de Tyrannis intelligenda est, aut superuacanea est, nam constat plurium consilijs, & æquali dignitate imperij melius gubernatam esse Remp., nam cũ Aristot. in Metaphysicis ait, nõ est bonũ
Lib. 12. c. 20. pluralitas Principatum, vnus ergo Princeps. De infinita virtute Dei, non de humana Principis disputat. Boni Principes imperiũ, nõ licentia per fas, & nefas agendi, quod voluerũt, sed Reip. bono, & expleto munere Iustitiç, belliq; çstimauere, quare, vt ambitio propriam personam, & vt ita dicam solitudinem amat, sic sapientia in laboriosissimo officio regendi socium, & imperij com
Luc. 22. munionem in onere summo complectitur. *Facta est autem, & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior, dixit autem eis,*

Reges

Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fit sicut iunior, & qui præcessor est, sicut ministrator. Plato cum vidisset plurima mala, ob ciuium ambitionem imminere Reip. multa scripsit, quibus æmula virtute, non intestina discordia, honesta ambitio acenderetur. Romani prudentissimi, vt comitia fide officiorum continerent, ambitus leges promulgarunt. Christus prudentior cæteris, qui, vt radicitus animi malum euelleret, aut virtutem intelligentia dirigeret, non sit ante oculos, autumat, voluptas, nõ famulatus, nõ pulchritudo, sed labor, iustitia, charitas. In libro de Rep. 7.

Nescitis cupidi artium,
Regnum quo iacent loco:
Regem non faciunt opes,
Non vestis Tyria color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitida trabes,
Rex est, qui posuit metus
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam stabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet. Seneca in Thiest.

Illa enim ad speciem Imperij expetenda, & illustria a stolidissimo quoq; haberi, sed hæc necessaria spiritus, & sapientiæ, a bonis quidem exequi possint, quæ, & si non videntur, admirabiles amores virtutis excitabunt.

Vos inter longe tranquillior æquora vitæ
Concordi sternit mitis moderatio pace.
Magnus, & obsequijs crescit super alta minister:
Nec primus quisquam, nisi cunctis seruiat, vnus
Esse potest, hominis natus sic cuncta ministrat,
Obsequio solus proprio pia munera gestans. Iuue. Hispa. Hist. Euang. lib. 3.

Nemo ergo se altero meliorem arbitretur, nisi vigilijs, & diligentia sapiens antecellat, vt Virgilius.

melior vacua sine regnet in aula. Georg. lib. 4.

Cicero. An non cernimus optimum, cuique dominatum ab ipsa natura cum summa vtilitate infimorum datum, cur igitur Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, iracundiæq; & cæteris vitiosis eiusdem animi partibus? *Scidit Dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Io: Cuspinianus de Conrado Saliquo Imperatore. Cum Henricus Lib. 3. de Repub. 1. Reg. 15.

Im-

Imperator lecto decumberet moribundus, fatalem sibi diem adesse cernens, multis astantibns Principibus, & proceribus imperij consulentibus, quemnam successorum dignum imperio iudicaret, qui habenas regni posset prudenter administrare, & imperium ab hostili incursione tutari: mox sine longa deliberatione, non affectibus suis, sed communi saluti prospiciens, Conradū hunc Francię Ducem, qui aliquando militarium ordinum dux sub eo fuerat, & stipendia honestissime meruerat, licet in nulla fuisset apud eum autoritate, aut gratia, dignum censet, qui imperium moderetur: quod antiqui generis, & vetustissimæ, ac nobilissimæ sit familiæ, ac egregiæ libertatis, vtpote, qui se nunquam alicuius submiserat seruituti. Basilius Imper. ad Leonē filium. Sed sicuti cęteris prętlatus es, vt omnibus imperares, ita cō tende, vt virtute quoque cæteris antecellas: virtus enim omni principatu, omniq; authoritate prętātior est. Si ergo dignitate quidem reliquis præstas omnibus, virtute autem ab alio prącelleris, Imperator es in eo, quod minoris excellentiæ est: in eo vero, quod præclarius est, Imperator non es, immo alterius imperio iubes. Ne sis ergo velut suppositicius, atq; adulterinus Dominus cū te alius prętantior reperiatur: sed verus Imperator, cum cæteris omnibus virtute antecedas. Est enim de Principatu contendere, non de licentia fragilitatis humanę, sed de omnis generis virtute competere, hominem ergo exuerent primates, diuinitus viuerent; etenim ob hominum patrocinium, & veram laudē optare Magistratus, diuinæ, non humanę mentis est, contra libidine impelli, vt velis imperare alijs, belluæ est.

Cap. 10.

Lucret. lib. 5.

At claros se homines voluere esse, atq; potentes,
Vt fundamento stabili fortuna maneret,
Et placidam possent opulenti degere vitam.
Nequicquam: quoniam ad summum succedere honorem
Certantes: iter infestum fecere viai,
Et tamen e summo quasi fulmen deijcit ictos
Inuidia, interdum contemptim in tartara tetra,
Vt satius multo iam sit parere quietum,
Quam regere imperio res velle, & regna tenere:
Proinde sine in cassum defessi sanguine sudent,
Angustum per iter luctantes ambitionis:
Inuidia quoniam ceu fulmine, summa vaperant.

Ideo procacē ambitionē Christus mysterijs sapientię contriuit.

Act. 1.

Igitur qui conuenerāt, interrogabāt eū dicentes, Domine si in tępore hac restitues

restitues Regnum Israel? dixit autem eis non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Nec ob aliam causam, nisi quia exemplo contra ambitionem voluit firmare discipulorum animos, fugit. *Iesus ergo, cum cognouisset, quia venturi* Io.6. *essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Sapienter ille. Similiter eos facere, qui inter se contenderent, vter potius Remp. administraret, vt si nautæ certarent, quis eorum potissime gubernaret. Si hoc absurdum, quanto magis illud, quod est multo laboriosissimum. Lib.2.Polit.c.3. Cum sapienter ille. Nemo imperium sibi petit, nisi ambitiosus, & honoris affectator, cum ex peccatis voluntarijs, pleraq; omnia fere ab auaritia, & ambitione hominibus eueniant.

Colit hic Reges, calcet vt omnes,
Perdatq; aliquos, nullumque leuet,
Tantum, vt noceat, cupit esse potens. Senec. in Hercul. Oeth.

Quis ne ambitiosus, cum nemo a se ipso aliquid non modo, sed nec ab homine vllo? *Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de Cælo.* De Romanis in Machabæis. *Non est inuidia, neq; zelus inter eos.* Argumentum non solum magni animi, sed etiam bonæ mentis, quãuis spiritualia altioris virtutis sunt, tamen humana cum illis conferri possunt, vt concludamus ambitum pestiferum rei sacræ, Reipub. quoque esse pestiferum. Sapiens Imperator. Tãtum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Pomponius Lætus de Gallo Imperatore. Tunc primum diuturno, & libero potentatu populus Romanus tributa pependit: tunc primum Respub. iugum Scythicæ seruitutis accepit: tantaque est imperandi auiditas, vt qui præesse cupit, & ad id fastigium legi, vrbes, & prouincias sine discrimine donet. Ioann.3. 1. Machab.8. Leg.1. Cod.de Episc.& Cleri.

Pauci Reges non regna colunt:
Plures fulgor conuocat aulæ.
Cupit hic Regi proximus ipsi,
Clarus claras ire per vrbes.
Vrit miserum gloria pectus,
Cupit hic gazis implere famem,
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Ifri, nec tota sitim
Lydia vincit: nec quæ Zephyro
Subdita tellus, stupet aurato *Flumine* Senec. in Hercul. Oetæ.

Flumine clarum radiare Tagum.

Quare ſapienter Alexander Seuerus in Lampridio. Alterum præfectũ prætorio fecit, qui ne fieret, etiam fugerat dicens; Inuitos, non ambientes in Rempub. collocandos. Quid Glorioſius de Hiſpano Auguſto?

Claud. in 4. Conſul. Honor.

Digna legi virtus, vltro ſe purpura ſupplex
Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.

Digna ſanctitate Ioannes illa ſententia, & ſolum Regni Dei ambitioſa. *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Animi ambitione periculoſisſime diſſident. *Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet.* Quam ſollicite, quã ſapiẽter Chriſtus peccato reſiſtens, medicinam ambitionis retinebat? *At Ieſus videns cogitationes cordis eorum, cũ domi eſſet interrogabat eos.* Grauiſsime docebat, ne deſiperent. Flauius Vopiſcus de Saturnino Imperat. Auũ meũ ſæpe dicentem audiui, ſe interfuiſſe, cũ ille adoraretur. Flebat, inquit, & dicebat; Neceſſarium (ſi non arroganter dicam) Reſp. virum perdidit. Ego certè inſtauraui Gallias: Ego a Mauris poſſeſſam Africam reddidi. Ego Hiſpanias pacaui. Sed quid prodeſt? Omnia hæc affectato ſemel honore perierunt.

Lucret. lib. 3.

Sysiphus in vita quoque nobis ante oculos eſt,
Qui petere a populo faſces, ſæuaſque ſecures,
Imbibit: & ſemper victus, triſtiſque recedit.
Nam petere imperium, quod inane eſt, nec datur vnquam:
Atque in eo ſemper durum ſufferre laborem;
Hoc eſt aduerſo nixantem trudere monte
Saxum, quod tamen a ſummo iam vertice rurſum
Volvitur, & plani raptim petit æquora campi.

Godic. Theodoſ. lib. 1. Tit. 10. leg. 1. de defenſo. Ciuit.

Noxa Magiſtratus ambitio eſt, ideo Impp. Hi potiſsimum cõſtituantur defenſores, quos Decretis elegerint Ciuitates. Quod ſi quis ad locum defenſionis ambitione peruenerit, confeſtim ſinceritas tua reiectũ quinq; libras auri fiſci vtilitatibus cogat inferre. Inſtat, vrget ambitio. *Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo*

Matt. 20.

ejicientẽ Dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibuimus eũ, quia non ſequitur nobiſcum. Quibus vere Chriſtus, & moderate reſpondet.

In Orat. pro Q. Lig.

Qui non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Cicero ad Cęſarem. Valeat tua vox illa, quæ vicit: te enim dicere audiebamus; nos omnes aduerſarios putare, niſi qui nobiſcum eſſent, omnes, qui contra te non eſſent, tuos. Indignari proprium ambitionis.

Mar. 10.

Audientes decem cæperunt indignari de Iacobo, & Ioanne. Cum ſalua res eſſet,

Luc. 24.

quid ſtultius illis propter humanæ rei cupiditatem. *Nos autem ſpera-*

sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Nam, vt Græcus ille. Agrestis Dominus ambitio est propter stultitiam. Sapienter Euripides infestissimum,& funestissimum esse dęmoniũ propter libidinem; sed moderate D. Gregorius Nazianzenus. Ac videte, quam recte,quamq; iuste inter vtrumq. timorem negotium transigam, nimirum, ut nec minime oblatam præfecturam appetam,nec oblatam repudiem. Illud enim temerariorum. hominum est,hoc inobedientium, utrumq. uero imperitorum, Atq. ipse inter nimis audaces, & nimis timidos quodammodo interiectus sum, nempe,& his, qui ad præfecturas omnes prosiliunt, timidior, & ijs rursus, qui omnes fugiunt audacior. Vanissimi pharisei, & nimij, propter impotentiam ambitionis, *Væ vobis pharisęis,qui diligitis primas Cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, amant autem primos recubitus in Cœnis, & vocari ab hominibus,Rabbi*. Exterminata labe ambitionis,ciuilisq. seditionis periculo sublato,intima pace Regnũ firmissime constitutũ est.*Omne Regnum diuisum contra se desolabitur*.In Regno enim omnia sunt ad unum finem,si diuiditur, dominari uitia,necesse est, ergo non est Regnum, neq. enim potest, nisi una uirtutis forma constare,multisq. ordine distinctis magistratibus propter unum optimum, quẽ Græci Monarcham appellarunt. Seneca. Reges, & Principes dixi,quibus tamen potest operà nauari, & quorum illa excellens potentia per animorum consensum,ministeriumq. constat. Quare imperium non una persona, sed sapientia constitutum, liquet esse diuturnum,neq enim numero regnantium, sed unis consilijs summi boni Reipub. (quanuis aliqui pari potestate consentiant) esse unum regnum censendum est.

Luc.24. De ambit. Plato de Rep. Plutar. in Sylla. In 1. orat. Luc.11. Matt.12. Lib.5. de benef. Sidon. Apollin. in Carm. 2. ad Anthe. Aug.

Ne vellet collega pius permittere voto
Publica vota tuo, credet ventura propago
In nos, vt possint, princeps, sic cuncta licere;
De te non totum licuit tibi. Facta priorum
Exuperas, Auguste Leo: nam regna superstat
Qui regnare iubet. melius Respublica vestra
Nunc erit vna magis,quæ sic est facta duorum.

Prouide igitur,ne impietate langueat, ne uitijs ingraueſcat, nè discordia Rtligionis intereat. *Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem, luxitq. super me desolatione, desolata est omnis terra, quia nullus est, qui recogitet corde*. Quibus enim diuiditur, occidit. Quare

Ierem.12.

Ad Eph. 4. Apostolus. *Soliciti seruare vnitatem spiritus, in vinculo pacis.* Spiritus enim concors vnus est, nam communi spiritu sentit, & intelligit; eadem enim ratione diffusus non potest non & concors, & vnus, idéq; esse spiritus; Pax enim concordia est, igitur quo maior vna cõcordia, eo magis cõmunis vinculis ad stringendum spiritũ arctissima sit pax, necesse est. Ergo similitudine coagmentat, & consensione coarctat; pax enim in spiritu, & pacem spiritus compedit, se se enim ambo consequuntur, vnus ergo spiritus pacem appetit, ipsa pax amore spiritus exardescit. Aemilius Probus de Thrasibulo. Praeclarum hoc quoque Thrasibuli, quod reconciliata pace, cum plurimum in Ciuitate posset, legem tulit, ne quis ante actarum rerũ accusaretur, neue mulctaretur; eamq. illi legem Obliuionis appellarent. Neque vero hanc tantum ferendam curauit, sed etiam, vt valeret, effecit. Nam cum quidam ex his, qui simul cum eo in exilio fuerant, eadem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum fuerat, publice prohibuit, & id, quod pollicitus fuerat, praestitit. Egnatius de Sigismundo Imperatore. Illud autem nulla vnquam aetas obliniscatur, quod triennium magnam Europae partem ipse peragrarit, dum Principes Christianos, ac Pontifices adit, quo Schisma Christiano nomini calamitosissimum tolleretur. Spiritus enim multus pace, maiorem in modum auctus, charitatis ignibus incensus, lumina virtutum excitauit, quae egregia igniculis naturae alta, spiritu adulta, pace robusta claruerunt. Tacit. Nec aliud aduersus validissimas gentes pro nobis vtilius, quam quod in commune non consuluunt. Ratus duabus, tribusq. ciuitatibus ad propulsandum commune periculum conuentus: ità dum singuli pugnant vniuersi vincuntur, Ergo spiritus ardore charitatis affectus, vnitasq. gremio pacis comprehensa se se perpetui àmoris mutuo pignore, amplexuq. coniungunt. Deus nae leuissimae gentis, temeritas Moysis, & optimatum imperio violato, coniuratorum seditiosissimis vocibus, arte callidissima blandientium multitudini, quorundamq. impiorum ciuium insidijs appetita, nouarum rerum cupiditate inflammaretur, exitiosissima discordiae mala seuerissime vindicauit. *Confestim igitur, vt cessauit loqui dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderuntq. viui in infernum operti humo, & perierunt in medio multitudinis.* Igitur nisi vnus, idemq. semper animus, varius, commutabilis, multiplex, pacem simul, & spiritum perdidit. *Suus autem per-*

Lib. 3.

Lib. 3.

In Agric.

Num. 32.

1. ad Cor. 3.

in eadem ſenſu, & in eadem ſcientia. Si vnuſquiſque optimo ſenſu perfectus eſt omnes vno perfecti ſunt, quia charitas virtute ſumma, & religione certa effectrix eſt cõmunis voluntatis. *Vnanimes id ipſum ſentientes*. Neceſſe eſt itaq. in eadem ſententia perfectos congreſſu ſanctiſſimo conglutinari. *Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis*. Quare. *Non veni pacem mittere, ſed gladium*. Pax enim ſine ſpiritus vi, ſine armis charitatis, diſcordia vna cũ Regno diſſoluitur. Liuius. Frui, namq. pace optimo conſilio cum Pop. Rom. ſeruata, per inteſtina arma non licuit, quorum cauſa, atq. initium traditur ex certamine factionum ortum, quæ fuere, eruntque plurib⁹ popalis magis exitio, quam bella externa, quam fames, morbi ve quæque, alia in Deum iras, velut vltima publicorum malorum ver tunt.

Ad Phi. 2.

1. ad Cor. 14.

Matt. 10.

Lib. 4.

PRINCIPIS EVANGELICI.

LIBER OCTAVVS.

De prudentia militari; Multæ origines bellorum, ſed nulla truculentior dominandi libidine, contra quam armata Reſpub. Deum occaſu regnorum vlciſci peccata. Gloria artis militaris pacem florentiſsimam parit. Eſto igitur armatus, & paludatus Rex.

CAP. I.

SECVNDO enim loco ars imitata naturam, noxia, quę foris minitãtur crudeliter, depellit; noſtra enim natura appetens ſocietatis ſeſe conciliatione amicitiæ communis amoris, & vtilitatis cauſa late propagauit. Multiplices gubernandi formæ, multa imperia, terminis deſcriptæ regiones, minimè remotæ, grandes origines bellorum, ſed nulla frequentior, horribilior, pernicioſior, inſana dominandi libidine:

bidine, hæc ſuſpectos amicis amicos, hæc parentibus liberos infenſiſsimos, hæc ſoceris iratiſsimos generos fecit. Iacobus. *Vnde bella, & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in membris veſtris; Concupiſcitis, & non habetis, occiditis, & zelatis, & non poteſtis adipiſci, litigatis, & belligeratis*, Salluſtius. Libidinem dominandi cauſam belli habere. Virgilius. Iac. c. 4. In Proœ. Catil

Deterior donec paulatim, ac decolor ætas
Et belli rabies, & amor ſucceſsit habendi.

Aeneid. lib 8.

Metius Fuſetius in Liuio. Iniurias, & non redditas res ex fœdere, quæ repetitæ ſunt: & ego regem noſtrum Cluilium cauſam huiuſce eſſe belli, audiſſe videor: nec te dubito Tulle eadē præteferre: ſed ſi vera potius, quam dictu ſpecioſa dicenda ſunt, cupido imperij duos cognatos, vicinosq. populos ad arma ſtimulat. Deterior vi fraus. Braſydas in Thucidide. Nam illis ſaltem, qui ampla dignitate ſunt præditi, turpius eſt fraude ſpecioſa res domeſticas amplificare, & imperium quærere, quam vi aperta: Nā vis quidem, iure potentiæ, quā fortuna dedit, infertur. Fraus vero ab inſidijs iniuſti propoſiti graſſatur. In vi, & fraude malitia eſt. Lib. 3. Lib. 4. Neſtor. Virgil. Aeneid. lib. 8.

Gens eadem, quæ te crudeli Daunia bello
Inſequitur: nos ſi pellant, nihil ab fore credunt,
Quin omnem Heſperiam penitus ſua ſub iuga mittant.

Dubium ſæpe in armorum fortuna deciditur; ergo vt vnum quemque prouida natura iracundia cote fortitudinis, vt aiunt noſtri Paripatetici, armauit; ſic prudentia Remp. armata manu exercitus fortiſsimi ſepſit.

Nec minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.

Ouid. de art. amand. lib. 2.

Vtinam nullo in vſu, nulla in gloria militaris ars, ſed peccatum atrociſsimum omnium malum bellum induxit, fraudem ergo, quam peccando admiſimus, virtute ſuperemus; diſcordat, ruitq; ipſa peccatis ad interitum deuia natura voluntarium, peccati hoc ſupplicium eſt. *Iratuſque contra Iſrael Dominus tradidit eos in manum Chuſam, Raſathaim Regis Meſopotamiæ, ſeruieruntq. ei octo annis*. Nam ſemper Deus bello importuna vitia, vaniſsimos ſpiritus vltus. *Locutuſque eſt Dominus ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerunt; idcireo ſuper induxit eis Principes exercitus Regis, cæperuntq. Manaſſem, & vinctum catenis, atq. compedibus duxerunt in Babylonem*. Debuerunt enim gentium clade eſſe ſapientes, teſtante Deo. *Neque enim propter iuſtitias tuas, & æquitatem cordis tui ingrederis, vt poſsideas terras earum, ſed quia illæ* Iudic. 3. 2. Paral. 33. Deuter 9.

egerunt

egerunt impie, introeunte te, deletæ sunt. In superbos acerrime, seuere in insipientes animaduertēs Deus, ex vltimis Terrarum oris
Amos 6. ad extirpanda Regna, barbaros fęcem orbis euocauit. *Ecce enim suscitabo super vos domus Israel dicit Dominus Deus exercituum gentem, & conteret vos ab introitu Emath vsque ad Torrentem deserti.*
Deut 28. Extrema flagella contra peccata edicūtur. *Et erunt in te signa, atq; prodigia, & in semine tuo vsq; in sempiternū, eo quod non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisq; lætitia propter rerum omnū abūdantiā, seruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, & in siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreum super cervice tua, donec te conterat; Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem Aquilæ volantis cum impetu cuius linguam intelligere non possis: gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur parvulo, & devoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas.* Christus vaticinatur.
Luc. 21. *Surget gens contra gentem, & Regnum aduersus Regnum, & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresq; de cælo, et signa magna erunt, hæc autē omnia initia sunt dolorum.* Vindicta confiendā. *Cū autē videritis circumdari ab exercitu Hierusalē, tūc scitote,*
Matt. 24. *quia appropinquauit desolatio eius. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta.* Tempus supplicij longissimū. *Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum.* Susi .n. vnicniq. tempus peccatis strictum cumulo facinorum prefinitū est. *Nedū enim cōpletæ sūt iniquitates Amorhæorū vsq. ad præsens tempus.* Quare pro tempore mensura intelligitur, sicut
Matt. 23. .n. certa mensura est, ita tempus definitum. *Vos implete mensuram patrum vestrorum.* Peccata enim deerant tempore committenda, quibus factis necesse erat Reip. deflagrationem consequi. De
Ier. 27. Imperio Nabuchodonosor. *Seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius, & ipsius.* Igitur culpæ grauissimæ tempora nationum demetiuntur. *Dictum est illis*
Apoc. 6. *vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut, & illi.* Illo enim transacto tempore, cum minimè terra immanitatem hominum
Apoc. 18. ferre, nec scelera tanta capere posset. Verissime vates. *Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est Deus iniquitatum eius, reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundum opera eius in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum.* Crimina inferēda, quia cū crudelitate auaritia, Tyrannis cū inertia certauit. *Quia mercatores tui erant, Principes terræ, quia in ve-*

neficijs

neſcijs tuis erraterunt omnes gentes. Quare cum raræ virtutum reliquiæ ſint, magnaq. impedimenta culpa Principũ admittãtur. *Væ mundo à ſcandalis, neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala.* Non tormẽtorũ acerbitas præcipua pœna peccati; ſed benè agendi difficultas, quam ſibi minime vitijs Principes acquirere deſtiterunt. *Vt impleant peccata ſua ſemper, peruenit enim ira Dei ſuper illos, vſq. in finem.* Ergo, ſi malitia in Deum, hominesq. perfidia adeo percreburit, nihil prudentia pro periculis propulſandis, & ſocijs defendendis, magis neceſſarium, magis glorioſum, quã militarem artem inuenit, & ornauit. Leo Imperator in Tacticis. Nam cum hæc ars, quæ multorum bonorum, & magnorum parens atq. effectrix fuit, quibus antiqua Romanorum Reſpub. floruit, ſemel collapſa de gradu cecidit, diuinam quoq. benenolentiam abijſſe, & conſuetam apud eos militum victoriam è manibus excidiſſe videmus. Paulatim enim relangueſcente militari diſciplina, atq. induſtria, omnis ille vigor animi, atq. alacritas optimatum conſenuit. Aeternis auſpicijs religio, libertas rerum agendarũ arbitra, ipſa domina ſapientia ſub virtutis bellicæ tutela vigerunt. *Non veni pacem mittere, ſed gladium.* Ac ſi dixiſſet; non veni mittere pacem, ſed bellum: ergo Chriſtus pacem fundaturus, bellum indixit; cum enim graniter illi pax turpis diſplicuiſſet, nec poſſet niſi confecto negotio, & conquaſſata tyrannide, diuturna pax, & honeſta ſtabiliri, non periculosè ſecunda hominum voluntate, proſperoq. euentu fortunæ, ſed excelſiſſimi Imperii viribus tutiſſime regnandum putauit ſapiẽtiſſimus enim, & fortiſſimus Rex ſapientiæ ordinem obſeruauit, bellum pro pace gerebat, maximo enim bello pacem virtute diuina, & clementia victoris, glorioſiſſimam peperit. gladius enim ferociſſimarum nationum ſemper fuit, quæ non fuga ſimulata, excurſione ve, aut leuiter præliando; ſed vehementer manum conſerendo vicerunt; quare nobler Lucanus.

1. Ad Theſſ. 2.

In Proemio.

Matt. 10.

Matt. 18.

Enſis habet vires, & gens quæcumq. virorum eſt
Bella gerit gladijs. Lib. 8.

Cum ventum ad gladios, ventum ad cruorem, inter exanimes magnis animis pro ſalute pugnatur, gladio itaque bellum acre ſignificatur. *Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies.* Seruitus extremum belli damnum gladio, hoc eſt acri bello parat. *Statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis eam, ac omnia, quæ in illa ſunt, vſq. ad pecora.* Strages præliorum gladio edunntur. *Sanguis gladij eſt.* Gladio cruor Martis oſtentatur. *Cadent in ore gladij,*

Gen. 27. Deuter. c. 13. 4. Reg. 8. Luc. 22.

gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Ideo Bonfinus ait Scythas Marti gladium dicauiſſe. Idem Author narrat cauſam, quare Attila Sacro Martis gladio potitus, & funeſtis ſacris initiatus, ad incendium Imperij Romani, & prope vaſtitatem Orbis aſpirauit. Quod, vt Priſcus Hiſtoricus ait, ob ſacrum Martis gladium ante ſperauerat, quem ipſe fuerat aſſequutus. Hic enim apud Scytharum reges olim ſeruari ſolebat, quo quicunque potiretur, ei regnum ſperare fas erat. Paſtor quidam, quum ſuam buculã claudicãtem offendiſſet, vt vulneris inueniret auctorem, demiſſi cruoris veſtigia legit: at vbi ad ſanguinei riuuli fontem peruenit, vbi bucula paſcebatur, dum humi percunctatur, Martis enſem inuenit, quem incauta beſtia forte calcauerat. Effoſſum hunc protinus ad Attilam defert, qui vbi ſacri numinis eſſe intellexit, fortunæ ſuę admodum congratulatur. Gladio allato, bellorum, ac cæterrarum gentium Dominum ſe perbreui futurum ariolatur. Paſtori gratiam agit, refertq. haud ſecus, ac ſi diuino quodam munere donatus eſſet, enſem iuxta diuinum, ac Romani ancyle ſeruari iubet. Martem, Scytharum Deum peruenerat, cuius numen quotidianis ſibi victimis placare ſtudet. Chriſtus non vaſto animo, ſed moderatiſsime, pro pace digniſsima tanto rege, arma potentiſsima comparauit. Si enim ſubito de pace tractauiſſet, ſi non turpem, at parum nobilem pacem opinione hominum, & momentis conſilij feciſſet; ſed cum alacris, primum de ſanguine, & periculis, quam de palatio, & voluptatibus; primum de maieſtate exercitus diſſereret, quam de auro, & gemmis, qui pro vltimo fine, pacem expetebat, pace inhoneſta repudiata, ferro malitiam domuit, & cum violentiſsimè arma de hoſtium manibus extorſiſſet, immortalem fama, & miſericordia, pacem obtinuit. Optimo ergo modo pacem conſequutus, *Non veni pacem mittere, ſed gladium*. Pax enim prudentiæ eſt, ſed pax gladio inſtrumento bellico, & per magno apparatu firmata, & grauitatis eſt, & prudentiæ. Ergo, ô Rex, in penetrali conſcientiæ amorem pacis, & ocij reconde, palam bellicoſisſimus, felicisſimi nominis virtute terribili, vel ad mortem pro patria opperendã, in aciem deſcenſurus, Deus enim Regis omen auertat, de cuius fortitudine dubitatur, nihil magis commendat Principem, quã pro ſuis moriendi, ſi neceſsitas ferat, propoſita, inueterataque ſententia, ita pacem deſidera, vt copiæ non deſint, nec ſuperfluente ſumptu Remp. compilato, ſed cum minimè atroci ſuſpicione pro libidine armaſſe, demũ vectigalia in belli ſubſidia

Lib. 3. De bel. 1.

Matt. 10.

iuſtè

iuſtè pro magnitudine imperij contuliſſe videare. *Vendat tunicam ſuam, & emat gladium.* Eſto ergo non tunicatus, purpuratuſq. ,ſed armatus,& paludatus Rex,tunica impediti,& diſcinti eſt,ſuccinti gladius,& expeditiſſimi,ille inermis, hic armati,gladio potes pulcherrima,quæ accepiſti,tueri,poſteris gloriam Imperij relinquere, tunica ne conſeruare quidem. Macrobius de Antiocho. Atq. ibi rex contemplatione tanti, & tam ornati exercitus gloriabundus Hannibalem aſpicit, & putas ne,inquit, ſatis eſſe Romanis hæc omnia? Tunc Pœnus eludens ignauiam, imbelliamq. militum eius pretioſe armatorum. P'ane, inquit, ſatis eſſe credo Romanis hæc,etſi auariſſimi ſunt. Nihi' prorſus, neque tam lepide, neque tam acerbe dici poteſt. Rex de numero exercitus ſui, ac de æſtimanda æquiparatione quæſiuerat: reſpõdit Hannibal de Præda. Igitur,ſi propter auitum nomen, patriamq; ſolicitus,te vendacem tunicæ, emacem gladij eſſe oportet, ſcilicet pro armis oſtentandis omnia facere, vel neceſſarijs, vim ſpiritus, & pacis ſecuritatem anteferre,pax ergo exercitu æquitatus, peditatuſque delectu inſtructo, & rebus omnibus ornato, floreſcat; ſummis enim ſtudijs Princeps vinciat ſtabilis preſidia pacis. Luc. 22. Lib 2. Saturn. c. 2.

Fortitudine animum, armatura corpus armari. Cuſtos Regni armata fortitudo. Pax firma præſidijs, & ducibus. Artem eſſe militarem propter ordinem, & finem demonſtratur. Superior ratio artis inferiorem vincit. Ex bellicis manubijs condendum ærarium: Artis omnino victoria eſt, Principis clementia. Dona militaria, & triumphos, ornamento, & æmulationi eſſe militibus, & Imperatoribus.

CAP. II.

IPſam porro artem ſummatim demonſtremus. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quę poſſidet.* Eſt enim fortitudo animi, armatura corporis, quarum virtutum, & rerum cuſtodire eſt; quia earum pax finis eſt, qnibus ipſa munitiſsimis Luc. 11.

ſubſidijs confirmatur. Neceſſaria ergo hæc, quia pax infirma procellis humanæ calamitatis, & faſtidij afflicta, per ſe liberè reſpirare non poteſt: ergo non fide, non iuſtitia, non religione hominum, ſed animorum robore, & armorum copia conſiſtit.

De re Milit. lib. 5. c. 1. Vegetius. Nemo enim bello laceſſere, aut facere audet iniuriam ei regno, vel populo, quem expeditum, & promptum ad reſiſtendum, vindicandumque cognoſcit. Animus enim neceſſe habet, vti corpore, nec vti poteſt ad depellenda, & ſuperanda pericula, niſi corpore armato; ars ergo pro neceſsitate arma deſiderat.

De re Milit. lib. 1. c. 20. Vegetius. Ab vrbe enim condita vſque ad tempus Diui Gratiani, & Cataphractis, & galeis muniebatur pedeſtris exercitus. Sed cũ campeſtris exercitatio, interueniente negligentia, deſidiaque ceſſaret, grauia videri arma cœperunt, quæ raro vtique milites induebant. Itaque ab Imperatore poſtulant, primo Cataphractas, deinde caſsides deponere: ſic detectis pectoribus, & capitibus congreſsi contra Gotthos, milites noſtri, multitudine Sagittariorum ſæpe deleti ſunt: nec poſt tot clades, quæ vſque ad tantarum vrbium excidia peruenerunt, cuiquam curæ fuit, vel Cataphractas, vel galeas pedeſtribus reddere. Ita fit, vt non de pugna, ſed de fuga cogitent, qui in acie nudi exponũtur ad vulnera. Vis animi vigens, molli coagmentatione corporis vulnere appetita, indecenter, abſque armis timere cogitur, ſiuè percuſſa, compages ſummo dolore deſtituit, ægrèvè defendit.

De re Milit. lib. 1. c. 20. Vegetius. Inſtruendos igitur, ac protegendos omni arte pugnandi, quocunq; genere armorum conſtat eſſe tyrones. Neceſſe eſt enim, vt dimicandi acriorem ſumat audaciam, qui munito capite, vel pectore non timet vulnus. Congruit ergo cum corpore armato fortis animus neceſſario, quia fortis armatus propugnaculum eſt, minime ergo Regni inermis fortitudo cuſtos.

Li. 2. c. 17. Vegetius. Excipiebat autem prælium grauis armatura, quæ tanquam murus (vt ita dicam) ferreus ſtabat, & non ſolum miſsilibus, ſed etiam gladijs cominus dimicabat. Animi enim propria, & tota maxima laus eſt; corpus aliquid ſibi exiſtimationis militari patientia decerpit.

Lib. 1. c. 1. Vegetius. Sed aduerſus omnia profuit tyronẽ ſolertem eligere, ius (vt ita dixerim) armorum docere, quotidiano exercitio roborare, quæcunque euenire in acie, atque in prælijs poſsint. omnia in campeſtri meditatione prænoſcere, ſeuere in deſides vindicare. Scientia enim rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam.

Lib. 2. c. 23. Vegetius. Iuniores quidem, & noui milites, mane, & poſt meridiem

ad

ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem,& eruditi ſine intermiſsione ſemel in die exercebantur in armis. Neque enim longitudo ætatis, aut annorum numerus artem bellicã tradit,ſed cõtinua exercitationis meditatio, poſt quãta volueris ſtipendia inexercitatus miles ſemper eſt tyro. Idcirco armaturã, quæ feſtis diebus exhibetur, non tantũ, qui ſub cãpi doctore ſunt,ſed omnes æqualiter cõtubernales,quotidiana meditatione diſcebant. Quare arma Reipub. intelligi ſine exercitio non poſſunt. Vegetius. Ita autem ſeuere apud maiores exercitii diſciplina ſeruata eſt, vt,& doctores armorum duplicibus remunerarentur annonis, & milites,qui parum in illa prolusione profeceDe re Milit. lib. 2. c. 23.

rant, pro frumento hordeum cogerentur accipere: nec ante eis in tritico redderetur annona, quam ſub præſentia præfecti legionis, tribunorum, vel principum, experimentis datis, oſtendiſſent ſe omnia,quæ erant in militari arte, compleſſe. Nihil enim neque firmius, neque felicius, neque laudabilius eſt Repub. in qua abundant milites eruditi. Non enim veſtium nitor, vel auri,argenti,gemmarumq; copiæ,hoſtes,aut ad reuerentiam noſtram, aut ad gratiam inclinant, ſed ſolo terrore ſubiguntur armorum. Etiam equorum ſalitio præſcripta. Vegetius. Non tantum autem à tyronibus, ſed etiam a ſtipendiariis militibus ſalitio equorum diſtricte eſt ſemper exacta. Quem vſum vſque ad hanc ætatem, licet iam cum diſsimulatione, peruenisſe manifeſtum eſt. Equi lignei,hyeme ſub tecto, æſtate ponebantur in campo: ſuper hos iuniores primo inermes,dum conſuetudine proficerent,demum armati cogebantur aſcendere. Tantaq. cura erat,ut non ſolum a dextris,ſed etiam a ſiniſtris partibus, & inſilire,& deſilire condiſcerent,euaginatos etiam gladios, uel contos tenentes. Hoc enim aſsidua meditatione faciebant,ſcilicet, ut in tumultu prælij ſine mora aſcenderent,qui tã ſtudioſe exercebantur in pace. Igitur non ſolum mores, ſed Principum legibus potiſsima res ſtabilita eſt. Vegetius. Præterea, & uetus conſuetudo permanſit, & Diui Auguſti, atq; Adriani conſtitutionibus præcauetur, ut ter in menſe tam equites, quam pedites educantur ambulatum: hoc enim uerbo, hoc exercitii genus nominant. Atria, arces, & præſidia imperii, quamuis muris, foſſaque firmiſsima,niſi fortes duces, armatoſque retineas, nullius momenti ſunt. Quę ita tenenda,ut maxima pars publicæ ſecuritatis conſeruetur. Vegetius. Sed diſpoſitionibus ueſtræ clementiæ, quantum profecerit murorum elaborata

De re Milit. lib. 1. c. 13.

De te Milit. lib. 1. c. 18.

De re Milit. lib. 2. c. 27.

De re Mr. lit. lib. 4. c. 1.

conſtructio, Roma documentum eſt, quæ ſalutem ciuium Capitolinæ arcis defenſione ſeruauit, vt glorioſius poſtea totius orbis poſsideret imperium. Nam ex quibus cauſis oriuntur imperia, ijſdem artis humanæ neceſsitate retinentur. Propertius.

Lib. 3. Eleg. 10.

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus,
Et duo in aduerſum immiſsi per mœnia currus,
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus.
Duxit, & Euſraten medium, qua condidit arces,
Iuſsit, & imperio ſurgere Bactra caput.

Pax itaque his duobus præſidijs, & ducibus firma eſt, neq; enim hi ſine exercitu, nec illa ſine ſtrenuis viris, ne apud iuuentutem ſtudiis militaribus obſoletis, aut pro hoſtium libidine, improuiſa bella naſcantur, aut neceſſario allatura ignominiam ſuſcipiãtur. Ideo Impp. Duces militum, & præcipue quibus gentes, quæ maxime cauendæ ſunt, appropinquant in ipſis limitibus cõmorari, & milites ad proprium redigere numerum imminentibus magiſterijs, poteſtatibus, diuturniſq; eorũ exercitationibus inhærere præcepimus. Caſtrorum quin etiam refectionis, luſtrationiſque curam habeant. Quibus cum Principibus, Caſtrorumq; præpoſitis, pro laborum viciſſitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, diſtribuendam videlicet inter eos magiſterijæ poteſtatis arbitrio, deputamus. Dat. II. Id. Septem. Conſtantinopol. Maximo. II. & Paterio Coſſ. *Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eũ, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat.* Ille ſermo de pace, hic de victoria; Nam, vt in pace viuatur; Imperatores, & arma neceſſaria ſunt, vt vincas, armis, viriſque præſtantior ſis, neceſſe eſt. Ergo eſt aliqua militaris ars, quia eſt ordo corporis armati ad fortem animum, & ratio ſuperior, inferiorque vnius ducis, aduerſus hoſtem Ducem.

Leg. vlt. Codic de off milit. Iudic.

Inc. 11.

Ouid. Metam. libr. 3.

Hoſtibus inſidior, foſſas munimine cingo,
Conſolor ſocios, vt longi tædia belli
Mente ferant placida, doceo quo ſimus alendi,
Armandique modo, mittor quo poſtulat vſus.

Finis artis eſt vincere, igitur illa omnia commentatur, quibus artis ratione maiori hoſtis debilitari, frangique poſſit; ergo ſuperior ratio artis, equis, & uiris exercita uincat neceſſe eſt. Inferioris uerò inſtrumenta rationis ui ad ſuperiorem victoria reducit. *Vniuerſa arma eius auferet.* Ergo armorum hoſtilium reliquias, arma victricia colligunt, ſeu ad pacandum, ſeu ad augen-

1. Ad Co. 14.

dum

dum Imperium. *Spolia eius distribuet.* Manubias diuidendas esse, opibus arma ornãtur, & augentur. Liuius. Data ex prẽda militibus æris octogeni bini, sagaque, & tunicæ; præmia illa tempestate militiæ haud quaquam spernenda. Sed quanta prudentia Romanorum, ex laude priuata, & utilitate Reip.? Sex millia hominum capta: & miles ingenti præda potitus; quam vendere, sicut priorem, coactus. Quandoque peculio Castrensi Resp. iustissime indulsit. Flauius Vopiscus de Probo Imper. Illi singulos manipulos adijt, vestes, & calciamenta perspexit; si quod prædæ fuit ita diuisit, vt sibi nihil præter tela, & arma seruaret. Iactata fors propter æquum. Deinde in vrnam militares iussit nomen suum mittere, vt aliquis eum forte ductus acciperet. Ergo ars, & iusta ratio, quæ arma sustulerat, quæ munierant, quæque conseruarant arma contraria sibi ad statum excellẽtium armorum, & gloriam uindicaret. Fortissimus ille heros. *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Neque tam diu res Romana inuicta stetisset, nisi prudentissimi, & maximi omnis memoriæ homines, non minus excelsas bellicis exuuiis porticus, triumphorum ęterna monumenta, fecissent; quam ęrarium incredibili pondere argenti, aurique accumulassent, aureo hamo piscari esse dementię, ut ille Augustus; Nulla captura damnum pensari potest, nunc de ratione artis. *Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? & tunc domum eius diripiet.* Nam uasis milites conclamatis, & expedito exercitu iter faciunt; ergo ratio potissima bellicæ artis uis est. Nam aliter, nec prouincia subigi, nec fortis constringi potest; nam cum ars contraria remouenda meditetur, uiribus agat, & uinculis necesse est. Ideo spolia opima appellata, quę non gazam, sed uictoriã continebãt. Festus. Spolia quoque, inquit, quæ Dux Populi Romani Duci hostium detraxit, opima dicuntur. Quorum tanta raritas est, ut trina contigerint nomini Romano: Vna, quæ Romulus de Acrone; altera, quæ Cosius Cornelius de Tolumnio; tertia, quæ M. Marcellus Ioui Feretrio de Viridomaro fixerunt. Ergo ratio absurdissima, & omnino arti contraria, non animi summa, corporisque contentione pro victoria belligerare, nisi enim arte agitur, inaniter, turpiter, meticulosè agatur necesse est, ergo victoria proponenda, aut non bellandum, quia si hostis liber, perditas res fortunis domesticis, & amicorum auxilijs recrearit, periculũ imminet erigentis se se aduersæ fortunæ, nec licet honesta morte, occasione vincendi culpa amissa, vitam exornare; ergo tui

Lib 10.

Liuius lib. 10.

Iudic. ca. 14.

Matt. 12.

clementia

clementia fit, artis victoria, vt ille noſter de leniſsimo Duce. Sunt effecta iſta armorum, & victoriæ, non Cæſaris. Ergo cum non facis, quod eſt artis, & te macula belli barbare inbuis, deprædari hoc eſt, non armis dominari; licet ergo latrocinari, & non vincere, quid abſurdius? ergo ratio artis minime peruertenda eſt, deuincendus hoſtis, & palatia poſt gaza ſpolianda, quid magis arti contrarium auaritia? quoties Mars communis recentis victoriæ præda exultantem exercitum euertit, & perculit ab abiecto?

1. Ad Co. 14. Etenim artis inſtrumẽta diſtinguuntur. *Etenim, ſi incertam vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum?* Vegetius. Cornicines, & buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingreſſu conflictus, & eius reditu. Hi quoties canunt, non milites, ſed ſigna ad eorum obtemperant nutum. Ergo quoties ad aliquod opus exituri ſunt ſoli milites, tubicines canunt, & ſoli milites ad ſigna eorum obtemperant. Quoties mouenda ſunt ſigna, Cornicines canunt. Claſsicũ item appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc inſigne videtur imperij, quia claſsicum canitur Imperatore præſente, vel cum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc ex Imperialibus legibus fieri neceſſe eſt. Siue ergo ad vigilias, vel agratias faciendas, ſiue ad opus aliquod, vel ad decurſionem campi exeunt milites, tubicine vocante operãtur, & rurſus tubicine admonente ceſſant. Cum autem mouentur ſigna, aut iam mota figenda ſunt, cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitijs, & proceſsionibus cuſtoditur, vt in ipſa pugna facilius obtemperent milites ſiue eos pugnare, ſiue ſtare, ſiue ſequi, vel redire præciperint duces. Dominus ad Moyſen, *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſsis multitudinem quando mouenda ſunt caſtra, cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad oſtium Tabernaculi fœderis. Si ſemel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Iſrael. Si autem prolixior, atque conciſus clangor increpuerit mouebunt caſtra, primi qui ſunt ad Orientalem plagam. In ſecundo autem ſonitu, & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria, qui habitant ad meridiem, & iuxta hunc modũ reliqui facient vlulantibus tubis in profectionẽ.*

Num. 10.

2. Ad Thimot. c. 2. Sed iã de præmijs. *Qui certat in agone, nõ coronatur, niſi legitime certauerit.* Ergo, niſi lex eſſet vniuerſi certaminis, minimè acies legitimè cum acie conſli geret. Sed conſtat pro ſapientia legis manum legitimè conferi poſſe, ergo lex in theatro munere militari præmio illuſtrem virum, rite congreſſum coronaret. Quid pulchrius? quid laudabilius illa prudentia? quæ ad virtutem compen-

compendiaria via, cunctantes emulatione gloriæ erectos excitauit, valentes testimonijs virtutis legitimis confirmauit? Agellius. Militares, inquit, coronæ multifariæ sunt, quarum quę nobilissimæ sunt, has ferme esse accepimus: triumphalem, obsidionalem, ciuicam, muralem, castrensem, naualem. Nisi enim artem Dux magnanimus calleat nisi exercitatissimo, & modestissimo exercitu superior, nisi pro pace victoria vltimus finis minimè iustè, legitimeque facit. Ergo minimè fortuna belli prudentia, & virtute, sed casu, & temeritate secunda, minimè igitur ex myrto, lauroue pro ouatione, & victoria, ex auro coronario pro magnitudine, corona triumphalis illi decernēda est. Ars enim est quædam lex, & corona dono legis insigne artis est. Ideo causa honorat, non materia. Impp. Quæ diuersarum ordines curiarum, vel amore proprio, vel indulgentiarum lætitia, vel rebus prospere gestis admoniti in coronis aureis, significque diuersis obtulerint, in quacunque fuerint oblata materia, in ea suscipiātur: ne id, quod voluntate offertur, occasione obryzæ incrementi necessitatis iniuria insequatur. Dat. IIII. Id. Aug. vico Augusti, Auxon, & Olybr. Conf. Ergo quanto maior ars Imperatoris, tanto ipse præstabilior fautrice lege, curru per vrbem vectus, & tota illa pompa triumpharet. *Succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceatis pedibus, in præparatione Euangelij pacis in omnibus sumentes scutam fidei, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus.* Coronari legitimè certantem intellexit. Nam in Ecclesiastico. *Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis.* Scientia vero rei militaris, virtute, autoritate, felicitate, Ducum, in aurato capite, laureato milite, victores exercitus deportantur.

Libro 5. Noct. Attic. c. 6.

Co. Theodos. libro 12. tit. 13. leg. 4. de auro Corona.

Ad Ephe. 6.

Eccl. c. 45.

In disciplina Ius maiestatis, atq. imperij, ideo, nihil seuerius imperio militari. Violentia, calumnia, rapina, disciplinam e medio tolli; Milites annona, & stipendijs diligenter, & beneficè alendos, in illos acriter si deliquerint, animaduertendum.

CAP. III.

NVnc de illa prudentiæ militaris parte, quæ apud Romanos omnium gentium, quæ sunt, & fuerunt bellandi arte facile Principes, Ius maiestatis, & Imperij dicta est, continere. *Nam & ego homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic vade, & vadit, & alij veni, & venit.* Quid seuerius imperio militari? Centurio rei militaris peritissimus, cum diuinę potestatis infinita ope militare imperium comparauit; egregiè argumentatus est. Si ego impero militi, qui magni faciens dignitatem, obtemperat subito, cum tu cœli, & terræ Rex imperabis, Rex, ipsi, tibi, venti etiam, tempestatesque obsecundabunt; non enim opus erat alijs, ad imperandum verbis; sed, *vade*, simplicissime quidem, & si verbo Centurionis paret modestissimus miles, res vltimum sequutæ finem Deo nonnè obediant necesse est?

Matt. 8.

Iuuen. Hisp. Hist. Euangel. lib. 1.

Sed iussu miserere precor, nam tecta subire
Crimina nostra vetant vitæ, lucisque parentem,
Nunc verbo satis est iubeas remeare salutem.
Subiectos mihi sæpe viros, sic nostra potestas
Officijs verbo iussis parere coegit.

Decreto seueriſsimo Manlius amori patrio prætulit ius maiestatis, atque Imperii. Centurio subtiliter, grauiterque totam rationem parendi, & imperandi diffiniuit. Nec mirum a Spiritu Sancto doctus, vt perfidos Hebræos, tetrosque conuinceret. Quid præstabilius illa fide commendatam ergo mirum in modum fidem in Centurione animaduerte; Religio enim ad omnes casus periculorum obiectos milites docet, Deus verò Centurionem

nem ad rem maxime piam elegit. Fautor igitur religione, & fortitudine militaris animi Deus. Dauid de Deo. *Qui doces manus meas ad prælium, & posuisti, vt arcum æreum brachia mea.* Psal. 17. De Cornelio. *Vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum, ex his, qui illi parebant.* Act. 10. Nec mirum ipse Centurio. *Erat religiosus, ac timens Deum cum omni Domo sua.* Consequēs est cum omni cohorte sua. Ioannes de coercendo milite. *Interrogabant autem eum & milites, dicentes; Quid faciemus, & nos? & ait illis; Neminem concutiatis, neque calumniam moueatis. Estote contenti stipendijs vestris.* Luc. 3. Quibus, Aureliani Imperatoris, non tam disciplinam, quam religionem militarem adiunge. Primū de moribus, qui fundamenta sunt omnis humanæ virtutis, præcipue militaris viribus animi, ingenij, & corporis difficillimæ. Flauius Vopiscus de Aureliano Imperatore. Huius Epistola militaris est ad Vicarium suum data huiusmodi. Si vis tribunus esse, immo si vis viuere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat. Vuam nullus auferat: segetem nemo deterat, oleum, sal, lignum nemo exigat: annona sua contentus sit, de præda hostis, non de lachrymis prouincialium habeat. Secundo de armis, habituque militari. Arma tersa sint: ferramenta samiata, calceamenta fortia. Vestis noua vestem veterem excludat. Stipendium in baltheo, non in popina habeat. Torquem brachialem, & annulum apponat, equum saginarium suum defricet, captum animal non vendat; mulum centuriatum comiter curet. Tertio de charitate commili tonū, & innocentia vitæ, quæ summa religiosissima, inuictissima, glorioſissimaque artis militaris est. Alter, alteri quasi seruus obsequatur: a medicis gratis curentur, aruspicibus nihil dent, in hospitijs caste se agant, qui litem fecerit vapulet. Diuinus profecto Imp. Aurelianus, si tantum de infideli licet. Tribus itaque a Ioanne notatis vitijs, violentia, calumnia, rapina, tota disciplina collapsa est. Violentia calumnijs adumbratur, colorata violentia calūnijs, extorquendi, videtur concessa immoderata licētia. Singulari detrimento fidei municipes, & colonos, nisi se patrimonijs exhaurīri patiantur, malè de Principe sentire, ore spurcissimo mētiuntur; Propterea, si diues dissipandus prodige, si tenuis superbè cogendus; Verius carnifices, & tortores violentissimos, quam equites, & pedites appellaueris, hiberna, nō multum ab hostili expugnatione, differunt. Ergo coercendi milites, quia stipendia faciunt, quibus contenti esse debent. Præcipuè, cum vitium hoc mortiferum arti, & quasi quotidianum,

auaritia militum Hebraicæ impietatis adiutrix. *At illi, acceptis*
Matt. 28. *pecunia, fecerunt sicut erant edocti.* Noster Lucanus.

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.
Venalesque manus.

Sapientissime Moysi præcepit Deus. *Prouide autem de omni*
plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas,
Exod. 18. *& qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centu-*
riones, & quinquagenarios, & Decanos. Alendi ergo stipendijs, ne quia non stipendiari licet, deterrima vitia, & immania, Vrbes florentissimas Regum, & agros sociorum opimos vastatura, pro stipendijs mereant. Quid his crudelius? nisi enim Quæstor nummos militi annumerarit, diripiendæ Prouinciæ? Custodes imperij, hostes implacabiles iracundia, & iniurijs futuri sunt? Grauissima bono Imperatori animaduersio; illa n. culpa Principis in Ducem, & amicos præcipuè, omne genus libidinis temeritatis, & auaritiæ prætexuit. *Quis militat stipen-*
1. Ad Cor. 9. *dijs suis vnquam?* Innumeris igitur malis assidua stipendiorum ratione opitulare, & ne vel in summa inopia rerum grauius prouincialium animi, militum contumeliis offendantur, extraordinarie prouidendum. Cassiodorus. Atque ideo præsenti
Cassiod. lib. 5. Ep. iussione vos credidimus admonendos, vt annonas constitutas,
23. exercitui præbere debeatis, quatenus nec illi negligantur aduerso voto, nec prouinciales pernicioſa debeat grauare direptio. Si non potes exercitum sustentare, nonne stultitiæ extremę, rudi, & tumultuaria, quò nihil periculosius, quò nil deniq. miserius fame peritura manu dimicare? nõnè illa feroci Marte atrocior, quãplurimos exercitus perculit? Quid attinet pro aura futilissima fabulæ inanissimę furere? Quid pessimo peccato superbiæ peccare? cum plus arroganter elato animo concupiscis, quam iustitia publica, nerui Reipub., facultasque ipsa concedit; Quid maius à Plinio de optimo illo Principe dici potuit? Adsuescat Imperator cum Imperio calculum ponere, sic exeat, sic redeat, tanquam rationem redditurus edicat, quid absumpserit, ità fiet, vt non absumat, quod pudeat dicere? An Ciuitates stipendiarias exhausturus es? imo hæc Tyrannidis pernicioſa ars, pro rerum gestarum gloria nomini sempiternam infamiæ labem aspersit; etiam Deus Pater vindex superbiæ est. Lampridius de Alexandro Seuero. Cum igitur tantus; ac talis Imperator domi, ac foris esset, inijt Parthicam expeditionem; quam tanta disciplina, tanta reuerentia sui egit, vt non milites, sed Senatores transire

ſire dicerentur. Quacunque iter legiones faciebant, tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant: ipſum vero ob hæc tot, & tanta bona prouinciales, vt Deum ſuſcipiebant. Iam vero ipſi milites iuuenem Imperatorem ſic amabant, vt fratrem, vt filium, vt parentem: veſtiti honeſte, calceati etiam ad decorem, armati nobiliter, equis etiã inſtructi, & Ephippijs, ac frenis decentibus: prorſus vt Romanam Rempub. intelligeret, quicunque Alexandri vidiſſet exercitum. Si vero ære ordinario militi ſatisfactum, minimè ſcelera impunita relinquenda. Valerius Maximus. Aſpero enim, & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget, quia vires armis conſtant, quæ vbi à recto tenore deſciuerunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur. Qua non laude dignus ſummus ille Imperator Alexander Seuerus? Et cum vehementius fremerent, ac ferro quoq. minarentur: deponite, inquit, dextras contra hoſtem erigendas, ſi fortes eſtis: me enim iſta non terrent. Si enim vnum hominem occideritis, non vobis deerit Reſpublica, non Senatus, non P. R., qui de vobis vindicet. Quum nihilominus poſt iſta fremerent, exclamauit. Quirites diſcedite, atque arma deponite. Igitur, qui non poteſt exercitum ſtipendijs alere, minimè ſibi bellandum putet; ne à Deo patre male mulctetur: qui poteſt ſupplicijs peccata cohibeat; aliter malitiæ peccato peccabit in Spiritum Sanctum multo grauiſsimo. *Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neq. in hoc ſæculo, neq. in futuro.* Enim verò ſi Ciuis odioſus militi, quomodo pro charitate patriæ miles mortem occumbet? Si delator nequam quomodo magno animo, & inuicto? Si latro, ſi ereptor, quomodo non infenſiſſimus Deo autori victoriæ? vehementer errant, qui fœce barbarorum, & vitioſiſſimæ multitudinis incondita turba victorias comparari poſſe rentur: eſt profecto more gigantum bellare cum Dijs, naturæ, & arti repugnare. Bene Clearchus Lacædemoniorum Dux, a militibus imperatorem potius, quam hoſtem metui debere. Nil moroſius ad obediendum, nil ignauius ad laborandum, nihil turpius ad pugnandum delicato milite, ad omneque ſcelus audaci; Hæc ſunt maximorum Imperatorum, clariſsimorũ Regum, experimentis tradita rei præcepta militaris, ergo quibus ad cœlum aptiſsimè, iiſdem ad victoriam gregarios, & delecti roboris milites erudias, neceſſe eſt. Vt Beliſarius. Vos ergo manibus temperare ab iniuriaque abſtinere opus, nec putate me conniuentem iniuſtum quocunque modo toleraturum,

Lib. 2. c. 7.

In Iul. Capitolino.

Matt. 12.

Procop. de bello Vandal. lib. 1.

neque illum, quamuis hostibus formidolosum, ac terribilem, qui alioquin manibus in hostes puris non feratur, vllo modo commilitonem putaturum, cum frustra sit fortitudo, vbi iustitia defuerit.

Imperatorem, vt arbitrum de suis, & hostium copijs deliberaturum. Bellum indicendum, ob rebellionem, ob nominis existimationem, ob iniurias illatas. Ne liberis quidē, bellicæ laudis detrimento, parcendum. Reipub. vindictam, & Principis nomen ipsis liberis præferenda.

CAP. IV.

Luc. 14. LVcas de bello deliberando. *Aut, quis rex iturus committere bellum aduersus alium Regem: non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo longè agente legationē mittens, rogat ea, quæ pacis sunt.*

Lib. 3. c. 9. Vegetius Magister rei militaris, Præcipua res, & vtilitas Ducis est, vt adhibitis ex vniuerso exercitu scientibus belli, & sapientibus viris, de suis, & hostium copijs sæpius tractet; omni, quæ plurimum nocet, adulatione summota; vtrum maiorem numerum pugnatorum ipse, an hostes habeant; vtrum ipsius, an aduersariorum homines magis armati sint, at muniti. Et in illis. Dux itaque vigilans, sobrius, prudens, tanquam de ciuili causa inter partes iudicaturus adhibito consilio, de suis, & aduersarij copijs iudicet. Egregiè sedens; nam, vt est in prouerbio, Romanus sedendo vincit; si enim æquo arbitrio de suis, & hostis copijs maturè deliberasset, non iniqua conditione, ab hoste, confessione sua, victore, pacem accepisset. Claudianus.

Flau. Vege. de re milit. lib. 3 c. 9.

nulla est victoria maior
Quam quæ confessos animo quoque subiugat hostes

Si ad pedes Aeneæ supplicem Turnum Virgilius minimè finxisset.

Virg. Aeneid. lib. 12. de Turno.

vicisti, & victum tendere palmas
Ausonij videre, tua est Lauinia coniux:

VI-

Vlterius ne tende odijs.

Rectius Aeneę pietatem,& famam celebrauiſſet, nã minus occidendo fecit, quam hoſtis confeſsione habuerat, pius enim acta ſua pietate cõficeret,nec tam baltheo ad vindictam,quã pietate ad gloriã moueretur,deterius Aeneas feciſſet,quã de ipſo hoſtis ſperauerat? Rogare inferioris eſt, ideo in Cęſare Dicuntur etiã Lib. 1. à nõnullis ſentẽtię,vt legati ad Cęſarẽ mittantur,qui voluntatẽ Senatus ei proponant, omnibus his reſiſtitur, omnibuſq. oratio Conſulis Scipionis, Catonis opponitur,qui mittit legatos rogat, hic vero inferior eſt. Rex enim potentior,indicti belli temeritatẽ grauiter doluit, & conditionis ignominia notauit, ſed leniter; quia non perſeueraſſet in errore, igitur,ſi perſeueraſſet,occidione occidendus,in carcerem conijciendus fuiſſet;

Hæ tibi erunt artes, paciſque imponere morem; Virgilius Aen. li.6.
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Sed pręcipuè non numerũ,ſed virtutẽ intelligito,exercitus enim conſtat numero,vt materia, ordine, virtuteq;, vt forma. *Homo* Luc.19. *quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi Regnum,& reuerti: Vocatis autem decem ſeruis ſuis dedit eis decem minas, & ait ad illos; Negotiamini dũ venio. Ciues autem eius oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos.* Sententiam contra rebelles pronunciauit. *Verumtamen inimicos illos meos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me.* Tyrannus enim, minime Rex eijciendus,qui ſi ob dignitatẽ,& collata beneficia magni habẽdus; nonne ipſe, rebelles vlciſceretur,& meritiſſimo trucidaret? ſtatũ ciuis conſcientia Principis ſancit. Si ille perfidia gloriatur,hic nefario ſanguine iuſtiſſimæ vindictæ glorietur. Eſt enim a Deo Rex, & dum minimè ab eo,Tyrannide deſciſcit, conceſſa, & confirmata Dei autoritate fruitur;exercitu ergo rebelles iure puniret,ob honorẽ violatum bellũ inferendũ. *Dicite inuitatis;ecce prandiũ meũ paraui,* Matt. 22. *illi autẽ neglexerunt; Rex cũ audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis,perdidit homicidas illos,et Ciuitatem illorũ ſuccendit.* Læſus enim honos grati,& excelſi Regis, ſupplicium atrox poſtulabat; nec .n. ſine maximo periculo audacia inſolens,inulta remaneret; cũ Rex prudens.ab inaniſſimis vilipenſus homunculis,de maieſtate agi,de regij nominis inueterata, & protectiori gloria iudicaret; cum detrimentũ honoris,prima indicia Regni occaſus,conſequãtur;Stragẽ ergo hoſtium,Ciuitatum incendia, æterna monumenta contritæ ſuperbiæ, maieſtatiſq; aſſertæ relinqueret,vt patrocinium

C.21. Pro uerb. cinium orbis terræ amicis, Imperium perfidis videretur. *Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiduciæ eius.* Imitabitur ne Romanos, qui quod legati fuissent appellati superbius, Corynthum totius lumen extinctum esse voluerunt? Legatorum nomen iure gentium apud omnes nationes Sanctum, atq. inuiolatum semper fuit. Polibius ad hæc Regina Teuta temere sane, ac muliebri ingenio, eo iracundiæ prorupit, vt neglecto iure gentium, cum legati reuerterentur, misser it post eos, qui iuniorem illum, autorem eiusmodi verborum obtruncarent, Romani, fama tanti facinoris in vrbem perlata, ex templo ad belli apparatum intenti esse milites scribere, classem ędificare, nihil deniq, prætermittere, quod ad vltionem tanti facinoris pertineret. Secus de Romanis Liuius. De legatis Paullulum addubitatum est, & quamquam visi sunt, commisisse, vt hostium loco essent, ius tamen gentium valuit igitur Romani magis virtute, quam imperio principes orbis fuerit. Ob acceptas iniurias classicũ canito.

L. 2. hist.

Lib. 2.

Ioan. 18. *Si ex mundo esset Regnum meum, ministri mei vtiq. decertarent, vt non traderer Iudæis*, Ergo, si esset Regnum huius mundi, ob acceptas iniurias pugnare licuisset. sed nos de hoc; Igitur Princeps Euangelicus, si Deus faxit copiosissimis opibus, fortunatissimus, pugnacem exercitum firmissimo delectu, & exercitatissimo flore iuuẽtutis armabit, vitæ dignitatis, & communis salutis causa, nõ sine spe magna triumphi bellaturus. Erat enim contra dignitatẽ apprehendi, & in carcerem duci, in vitam, Crucis patibulo affigi, in bonum commune diuinissimum Regem iugulari, nisi enim nos à peccatis redempturus fuisset, se acerrimè vindicasset, maiestatis proditorem reum damnauisset, quos furiarum tædis ardentibus scelerum conscientia, & vltrix Romana manus inuicta confecit: Ipse stratis cadaueribus parricidarum deleuisset. Christus ergo, quia futurus Redemptor incommoda multiplicis iniuriæ remisit. Seruator Regni, & custos ouium Princeps Euangelicus non ignoscet. Non enim licet amicis parcere, aut alicui indulgere, ne liberis quidem, nisi salua Rep., & boni publici alumna dignitate. Non solum enim amicus præceps indulgentia fertur, sed etiam filius deprauatur, officijs humanitatis, & iustitiæ perfungi, non dominandi necessariorum insanis cupiditatibus obsequi oportet; est enim Princeps præstantiori charitate, meliorique iure parens Reip., quam liberorum, ergo Remp. præferat liberis, genteq., & cognatione coniunctos, damna inferentes odio habeat, & bello persequatur, necesse est.

Præ-

Præferre patriam liberis Regem decet. Senec. in Troad.

Ambrosius ad Honorium. Ne hoc tibi quidem laboriosum, nisi te teneret Respub., quam boni Imperatores, & parentibus, & filijs prætulerunt. Virgilius. In Conc. de obitu Theodos. De Brut. Li. 8. Aen.

natosq. pater noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix. vtcunque ferent ea fata minores:
Vincet amor patriæ, laudumq. immensa cupido.

Infelix propter tempora necessitatis, felix propter virtutem, & si difficilem, Reipub. deditam. Præcipuè cum munus regium, amoris munus sit, conscientiæq. grauissimæ necessaria pietate teneatur, ergo minimè finas iniurosis armis perturbari quietem, & sanctum Principis nomen indecorè violari.

Vincuntur Parthi causa vincantur, & armis Ouid. de ar. aman. li. 1.
Eoas latio Dux meus addat opes.

Quò enim immanior perfidia, eò pij doloris, & iustę iracundiæ pœna seuerior. Diuus Augustinus. Proinde belligerare, & perdomitis gentibus dilatare regnum, malis videtur felicitas, bonis necessitas. De C. Dei li. 4. c. 15. Sed quia peius esset, vt iniurioſi iustioribus dominarentur, ideo non incongrue dicitur etiam ista felicitas. Ille in Xenophonte. Atq. Deos quidem putandum est nobiscum fore, non enim insidijs vsi, hæc iniuste possidemus, sed insidijs appetiti vltionę cępimus. Nã Princeps siue seruus patriæ summo iure nominandus, siue splendidius, & dulcius pater patriæ prædicandus, adamare debes, & seruire, nec seruo quicquam contra fas licet, nec patri contra pietatem; nec enim Euãgelicus esse potes, nisi in animum, suauissima bono, & forti Principi, acerba Tyranno, & inerti iustitiæ præcepta, & veræ pietatis infundas. Lib. 7. de Pędia Cyri. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores. adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Luc. 14. Nec enim prętermittenda est pars consultatiua prudentiæ, cum interrogauit Philippum, & Andream. *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Ioan. 6. Nec iudicatiua secundum leges, vt illa. *Offende te Sacerdoti, & offer munus, quod Moyses præcepit.* Matt. 7. Et illa. *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Mar. 11. Ergo propria virtus Principis prudentia est, quæ ad finem vltimum idonee omnia moderata, honestum, & vtile consequuta est, effectrix diuersissimorum bonorum; quibus pro necessarijs vita Ciuilis egeret, & beata Respub. frueretur. Cũ enim omnes Reipub. partes statuis præsidijs muniret,

ret, ſcientia illas, has fortitudine, omnes religione, minimè conuer ſiones temporũ perhorreſcit. Neq. enim alia ſecuritas trãquillitatis, & gloriæ, niſi Dei gratia, & religio, ideo prudẽtia tanquam ſpecula nihil non circumſpiciens, eaque, vt fieri humanitus poteſt comprehendens, in præteritarum rerum laude, præſentiumq; vtilitate conquieſcit.

Qui verè ſapientes. Ordinis, & iudicij modus in ſapientia eſt. Regnum ſtabilitum ſapientia, immortale. Summa ratio imperandi ſine illo, quo à Deo creatum Imperium eſt, ſapientia eſt politica Euangelica, ergo ſapientes Principes. Ideo propter Principum peccata, Populos pœnis prouidentiæ diuinæ vapulare.

CAP. V.

CVM enim ſapientia moderatrix rerum, Princepſque virtutum, in altiſſimæ cauſæ contemplatione conſiſtat, non poterat non diligentiſſimè inquiri, & accuratiſſimè diſputari. *Diligite lumen ſapiẽtiæ omnes, qui præeſtis populis.* Sine ſapiẽtia, manca omnis conſideratio, nam omne, quod deriuatur ab ipſa, præclarius continet. In vnoquoque enim genere prima cauſa perfecit omnia, quæ ſub illo exiſtunt, & cum omnes prima virtus, vniuſcuiuſque generis cauſas, diuiniſſima ratione, comprehendat, ſingularis generis, in prima ſua ſingulari cauſa, ſapientia eſt: vniuerſi excellẽtius multo in ſuprema. Quare, cum singulariũ rerum intelligentiſſimi, cum vere diuina meditati, ſapientes appellantur, mens enim rationis particeps optimæ cauſæ cognitionem appetit, neque enim quieſcere meditando poterat, niſi ad vltimã cauſam perueniret, cuius ſtudijs incredibiliter raperetur. Cicero in Somnio Scipionis. Sunt autem optimæ curæ de ſalutæ patriæ: quibus agitatus, & exercitatus animus, velocius in hanc ſedem, domum ſuam peruolabit: idque ocius faciet, ſi iam tum cum erit incluſus in corpore eminebit foras, & ea, quę extra erunt, contemplans, quam maximè ſe a corpore extrahet. Tranſcendet ergo intelligentia, non humanis pigra, nec inferioribus fragilis, ad certiſſima, æternaque, & Princeps Euangelicus, ad

Sap. 6.

Lib. 2. c. 17.

Chriſti

Christi expressus imaginem, ageret sapienter, cum omnia lectissime ille quidem diuinis rationibus moderetur. *Meum est consilium, & aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo, per me reges regnant, et legum conditores iusta decernunt, per me princeps imperat, & potentes decernunt, iustitiam.* Ergo propter sapientiam summa ordinis ratio stabilitur, summa iudicij ratio comprobatur; hoc enim petitur ab altissima causa, cum Resp. iudicio, & ordine administretur, vt Christus autumat. *Omnis ergo, qui audit verba mea haec, & facit ea, ostendam vobis, cui similis sit, assimilabitur viro sapienti, quae aedificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat super petram.* Regnum enim stabilitum Principis sapientia, non commutatione temporum, non hostium violentia peruertitur; humana enim haec sunt, aduersa, & grauia, sed altissimis radicibus defixa sapientia resistit, virtute firma, constantia victrix; calamitates enim, quae alijs ruinae, forti, & sapienti gloriae sunt. Prou. 7. Matt 7.

miserisque venit solertia rebus. Ourd.lib. 6. Metam.

Benè Silius Poeta de Roma, cum clades punici belli exantlauisset,

tuque omnia fati Sili. Ital. de bel. Pu-
Pone precor lacrymas, & adora vulnera, laudes nic. lec. l. 9.
Perpetuas paritura tibi nam tempore Roma
Nullo maior eris, nec sit labor iste secundis,
Vt sola cladum tuearis nomine famam.

Nam vt ille ex Polibij sententia. Romanos post vrbem conditam sexcentis annis, bella cum finitimis gerendo, magnum Imperium sibi non parasse. Verùm vbi parte quadam Italiae potiti essent, eaque post Hannibalis in illam trãsitum, & cladem Cannensem excidissent, ac moenibus ipsis hostes imminentes conspicerent; tantam ad fortunae magnitudinem euecti sunt, vix vt totis quinquaginta, & tribus annis, non Italiam modo, sed vniuersam quoq. Africam adquisiuerint, & Hispanos in ditionem acceperint: quumq; maiora peterent, sinum Ionium transierunt, Graecos superarunt, imperio Macedonas abdicarunt, Regem illorum deniq. viuum, in potestatem redactum, Romam abduxerunt. Egregiè Polibius. Tantum apud homines ignorantia, atque segnities a prudentia, atque industria differt, non solum in priuata vita, verum etiam in publicis rebus, vt intus, secundae res, detrimentum, in illis aduersae emendrtionem quamdam errorũ Zosim. lib. 1. Lib. 5. Historiar.

Matt. 13. afferre videantur. In Parabola Zizaniorū uide. *Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet Zizania? & ait illis, inimicus homo hoc fecit, ſerui autem dixerunt ei: vis igitur imus, & colligimus ea? & ait nō, ne forte colligentes Zizania, eradicetis ſimul cum eis, & triticū.* Ipſe Chriſtus interpres. *Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis, ager autem mundus, bonum verò ſemen, hi ſunt filij Regni; Zizania autem filij ſunt nequam. Inimicus autem, qui ſeminauit ea, eſt diabolus.* Deus, vt merita certamine virtutum, & præmia, maiori gradu boni cęleſtis augeret, filios nequam à Diabolo exagitari, ab illis pellici dolis, filios Regni permiſit, vt minimè veterna virtus confirmatione victoriæ in paleſtra rerum geſtarum videretur. Noſter Seneca in lib. de Prouident. diuinos inquam Deus conſulit, quos eſſe quam honeſtiſſimos cupit, quoties illis materiam præbet, aliquid animoſe, fortiterque faciendi. Ergo iace fundamenta altiſſima, quæ graui labore vrgeri non poſſint, & quibus tuto aſpera petas. *Auerſio parvulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos, qui autem me audierit ab aque terrore requieſcet, & abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.* Sapientia ergo ſoſpita, & tutelaris. & Princeps cum

Prou. 1.

1. Ad Co. 3. Apoſtolo prædicabit. *Vt ſapiens architectus fundamentum poſui.* Frugaliter humanis præeſt, hauſta enim a Deo, omnia ordine

Ioan. 19. digerit, & ratione diſcernit: generatim in illis. *Dicit ergo ei Pilatus, mihi non loqueris? neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus, non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper.* Quod ergo à Deo datum eſt, diuinæ rationis ſapientia capimus. Deum, principatum diuinis ſtabiliſſe rationibus neceſſe eſt, nihil autem Deus, niſi ſapiēter ordinat, ergo cum regia poteſtas, ob certum finem, agendarum rerum cauſa, condita ſit, illa contemplemur, quibus Deus in terris regnari oportere præſciuit, ergo ab eo agenda ſapienter accipiet, qui niſi agi ea voluiſſet, fruſtra Princeps feciſſet. Quare ſapientia quia ſaluberrima copioſiſſima, *Sapientia*

Prou. 1. *foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vobis profert verba ſua.* Si ergo agis, quæ ratio diuina ſanciuit, imperium ſimillima lege, qua acceptum, & creatum eſt, geri demonſtras. Sex. Aurelius Victor de Antonino

In Epit. Pio. Iſte ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat, tantæ bonitatis in principatu fuit, vt haud dubie ſine exemplo vixerit. Quamuis eum Numæ contulerit ætas ſua, cum orbem terræ nullo bello per annos viginti tres, auctoritate ſola rexerit,

adeo

adeo trementibus eum, atque amantibus cunctis regibus, nationibusque, & populis, vt parentem, seu patronum magis, quam dominum, Imperatoremue reputarent: omnesque vno ore incœlestium morem propitium optantes, de controuersijs inter se iudicem poscerent. Ad quem etiam Indi, Bactri, Hyrcani, legatos misere, iustitia tanti Imperatoris comperta, quam ornabat vultu sereno, & pulchro, procerus membra, decenter validus. Erit ergo sapientia, quæ altissimæ causæ diuinis rationibus, omniumque virtutum argumentis, siue generatim, siue sigillatim, quicquid agendum sit, & imperãdum intelliget. *Nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.* Pilatus se habere potestatem vitæ, & necis aiebat, non tam arrogans, quam, vt artificio Principum, odium, & gratiam insinuare videretur. Christus vero, nec occasionẽ docẽdi, quę pertinerent ad sciẽtiã Præsidis Prouinciæ prætermisit, nec innocentissimus ipse, maximusque, terrore Iustitiæ commotus, & magnitudine publici splendoris; obtinuisti enim, ait, administrandi ius ab Augusto, quia Augusti Imperium a Deo, ergo immediatè à Deo, mediatè à Principe, sed iustitia immediate à Deo est, quia communis illa ratio ęternæ legis, honesti, iustique præscriptione domina, mente humana, & dignitate soluta est, ergo Pilatus, mentis oculis causam iustitiæ in sapientiæ contemplatione perciperet. *Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur; quoniam cum essetis ministri Regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq. secundum voluntatem Dei ambulastis.* Qui igitur sapientes nisi Principes? *Vos estis sal terræ, quod, si sal euanuerit, in quo salietur?* Sal est sapientia, sed conseruare, & condire salis est, hoc ipsum ergo munus sapientiæ est, condimentum saporis est, conseruatio salutis; his enim homines nutriuntur, & viuunt, quibus amissis moriũtur, ergo sapientia, quę sal est uita est. *Vsque quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam? conuertimini ad correptionem meã: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea.* Si enim extenuatur vita, & euanescit, viui non potest, ergo sepulta sapientia, spiritus vsurę communis extinguitur. Sapientes enim Principes, ciuibus, delicijs, & salute sunt. Aurelianus ad Quirites. Canon Ægypti, qui suspensus per latronem improbum fuerat, integer veniret, si vobis esset cum Senatu cõcordia, cum equestri ordine amicitia; cum prætorianis affectio.

Pſal. 2.

Sap. 6.

Matt. 5.

Prou. 1.

Flau. Vopiscus in Firmo.

Ego efficiam, ne ſit aliqua ſollicitudo Romana. Vacate ludis, vacate circenſibus. Nos publicæ neceſſitates teneant: vos occupent voluptates. Neceſſaria ergo ſapientia, cuius obitu, ſtultitia Remp. demolitur. Ad Achab. Propheta. *Hæc dicit Dominus, quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.* Ergo firmiſſimis argumentis demonſtratur, ſeruatrice ſapientia, ſtare Remp., quibus euidentiſſime cõprobari quoque neceſſe eſt culpa Principis, communem occaſum accidiſſe, inſipientia enim contraria ſapiẽtiæ eſt, præſertim in Principe, in quo, illa vita eſt, hæc mors.

3.Reg. 10.

Quicquid delirant Reges plectuntur Achiui.

Populus ergo propter Principis peccata tormentis fatigatur. In Iorã Tyrãnũ *Ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo.* Quia ipſe Princeps vita eſt. Igitur quieſceret Populus, niſi ille moribundus, prouidentiæ diuinæ verberibus, torqueretur: eſt enim pro bono Regni legibus, & pœnis, efficaciſſima humanæ gubernationis ratio; ergo Princeps excuſari nõ poteſt, plectendus igitur Populus propter Principem. Si enim ille, Principis ſuperbia eſt, & occaſio tyrannidis, nonnè è medio tollendus? *Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz Regem Iuda, & quod nudaſſet eum auxilio, & contemptui habuiſſet Dominum.* Propter ſummum Regum Dauidem, gens Hebræa quaſſata eſt. *Immiſitq. Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus conſtitutum, & mortui sũt ex populo à Dan, vſq; ad Berſabee ſeptuaginta millia virorũ.* Aliæ nationes de ſe ipſis cogitent, nulla pœna grauior patriæ calamitate infligitur. Cũ ne quicquã ſtudioſiſſimus Reip. *Nonne ego ſum qui iuſsi, vt numeraretur Populus? ego, qui peccaui, ego, qui malum feci? iſte grex quid cõmeruit? Domine Deus meus, vertatur obſecro manus tua in me, & in domum patris mei, populus autem tuus non percutiatur.* Princeps enim crudeliſſimus parens, qui ad ſui emendationẽ, nè liberorum quidem, ſcilicet populi cruciatu commouetur; ergo poteſtate deformata, & mutilatis membris, caput vulneratur. *Quod ſi perſeueraueritis in malitia, & vos, & Rex veſter pariter peribitis.* Tunc Reſpublica iacet, truncum, ſine nomine, corpus. *Percutiam Paſtorem, & diſpergentur oues gregis.*

2.Par.21.

2.Par.28.

2.Reg.24.

1.Par.21.

1.Reg 12.

Matt. 26.

Tyran-

Tyrannidem, ſummum eſſe Reipublicæ malum.
Neminem poſſe Deo ſeruire, & Tyranno. Poteſtas à Deo eſt, ſed ipſe Tyrannus à Diabolo.
Reges, & Tyrannos virtutibus, vitijſque cognoſci. Cũ omni genere virtutum, callidiſsima, & immaniſsima Tyranni flagitia pugnare.

CAP. VI.

QVID clarius illis in Tyrannidem? *Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt Reges terræ, & inebriati ſunt, qui inhabitant terram de vino proſtitutionis eius.* Apoc. 17
Cum omni genere improbitatis Tyrannos colluſiſſe, ac lupæ exoletos, vitiorum furore, violentiq; flagitio, malum omne hominibus, nullo labore, mirandum in modum improbiſſimè, callidiſsimeque conflaſſe. *Herodes autem Tetrarcha, cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes.* Luc. 3.
Iq; amentia Herodē non Ciuibus patriam auxiſſe, neq; ſpem bonū, quo ſe tutiores viuere arbitrarentur, illis oſtendiſſe, ſed humano innocētiſsimorum cruore Remp. funeſtaſſe? *Tunc Herodes videns, quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius a bimatu, & infra ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis.* Matt. 2.
Non illum pudor, non religio cohibuit, cum impudentiſsimę fęminæ ſe, beneficij cauſa, permitteret? *Vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare, quodcumq; poſtulaſſet ab eo.* Matt. 1.
Quare Chriſtus non ſolum, quia Redemptor; verum etiam quia Rex. *Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erant vexati, & iacentes, ſicut oues non habentes Paſtorem.* Matt. 9.
Tyrānus hic, qui Remp. populatur, iaceat illa neceſſe eſt, quę auaritia aufertur, & crudelitate diripitur, reliquijs vitæ miſerrima, Tyrannidis iniurijs abiectiſsima, Regis ergo eſt, non ſolum confirmare perditos, & miſeros recreare, ſed fortunatos, & quietos beatè, honeſtèque defendere. *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire.* Matt. 6.
Nā nemo poteſt ſeruire Deo, & Tyrāno, ſed Deo, & Regi ſeruire neceſſe eſt. Rex enim Dei ſeruus eſt, hoſtis Tyrannus, igitur perfidioſiſsimo,

fidioſiſsimo,& fideliſsimo ſeruo, vna,atque eadem fides obſequi non poteſt,ordine prouidentiæ exiſtit Rex,qui paret Deo, non poteſt,non ei ſeruire,cui Deus terrę mandauit imperium;eſt igitur vnus Dominus,quia ſeruus uicarius eſt;ſecūdæ cauſæ a primę virtute reguntur. Nec ſunt contrarij generis adminiſtrationes diuina Dei, & humana Principum. Nam ſumma ratio ſapientiæ norma humanæ gubernationis eſt; cum enim omnis poteſtas a Deo ſit,non poteſt non modus iuriſditionis ſanctus, & iuſtus à Deo eſſe,neceſſe igitur eſt,vt qui Deum colit,Regi ſeruiat, in terris legato Dei contra, cum poteſtas ipſa omnis à Deo ſit, ipſe Tyrannus à Diabolo eſt, illa enim per ſe optima dono Dei, hic cum bona autoritati, iuſtitiæque dicata tollit, non poteſt nō eſſe a Diabolo, reus enim eſt patriæ maieſtatis, vindicandus igitur ſeueriſsimè, quid magis Deo repugnat, quam Reip. damnum, maximè communi,& præſtantiſsimæ charitati contrarium?

Senec in Thebaid. *multa dominantem vetat*
Amor ſuorum, plus in iratos licet.

Tyrannus mali ſeruus eſt impotens ſui Dominus, non ritè facit,nec benè imperat,moleſtijs concidit, ruiniſque Remp.

Claud in Pareg in 4. Conſ. Hon. *Qui terret, plus ipſe timet, ſors iſta Tyrannis*
Conuenit. inuideant claris, forteſque trucident,
Muniti gladijs viuant, ſeptique venenis
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.

Huic,& Deo ſeruire nemo poteſt; Deus enim vniuerſi boni altor eſt,in cuius Tyrānus ſe demolitione,ſolum proprię ſeruiens vtilitati delectatur, ita Dominis duobus nemo poteſt ſeruire, quia Tyrannus propter ſuperbiam dominus eſt, rex infimus labore, ſeruus officio ſolicitudinis. Matt. 7. *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Perſonarum ergo ex fructibus cognitio, ſed hi neceſſarij fœtus ſunt,licet igitur vnumquemque ſuis moribus, teſtimonioque actionum,eſtimare. Sicut enim arborum fructus proprij ſunt, ſic voluntatum,ſtudiorumq. propria fruges eſt, nemo enim ſine illa viuit. Nam aut bene,aut malè agat,neceſſe eſt, quotidiana igitur uita fructus eſt,ſeu virtutis,ſeu vitij omnibus argumento.

Ad gal.6. *Quæ etiam ſeminauerit homo hæc, & metet,quoniam,qui ſeminat in carne ſua,de carne. & metet corruptionem,qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Singularia enim non poſſunt non certa ratione voluntatis, finiſque definiri, Igitur cum ſit verus fructus, quem faciendo benè unuſquiſque ferr, fallax, quem perperam, cum alterutrum eſſe neceſſe ſit,ſinguli ab eorum fructu,

inſti-

inſtitutæq; vitæ regione cognoſcuntur. *Opus iuſti ad vitam, fructus autem impij ad peccatum*. Sed cum multiplex natura varietatem fructuum pariat, proprietas diſtinctio eſt, ex quibus cõſtat Tyrannos, & Reges, quorum ſita in excelſo ab omnibus vita perſpicitur, manifeſtè uirtutibus, uitijſq; ſeparari. Seneca. Tyrãnus autem diſtat à Rege factis, non nomine. Cum n. propria naturæ fruges illa ſit, quæ præclariſsima eſt, quid homini, ſpiritu, Deo ſimili, ſpiritus fructu præſtantius? huius enim omnis progreſsio, ſiuè ſpiritualia intelligit, ſiuè mortalia gubernat; Quare. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas*. Virtus amoris Dei forma diuina, qui Deum amat, omnia propter Deum Creatore. præcellentiſsima charitate adamare neceſſe eſt. Prima igitur uirtus Regum eſt charitas, tanto materia præſtantior, quanto eſt in Vniuerſali Reip. bono diuinior. *Non quærit, quæ ſua ſunt*. Cęterę, virtutes niſi ipſa princeps charitas antecedit, repẽte euanescũt.

Prou. 9.

Senec li. 1. de Cle.

Ad Gal. 5.

1. Ad Co. 13.

Quiſceptra duro ſæuus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem redit.

Senec. in Oed. pp.

Sine ratione boni communis non modo imago, ſed nec umbra quidem honeſtæ gubernationis exiſtit. D. Thomas. Si igitur liberorum multitudo a regente, ad bonum commune multitudinis ordinetur, erit regimen rectum, & iuſtum, quale conuenit liberis. Ezechiel. *Hæc dicit Dominus Deus væ Paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis*. Polybius. Quippe Tyranni opus eſt, malefaciẽdo ſuis cum terrore inuitis imperare, in mutuo ſemper odio cum ſubditis uerſantis, Regis uero contra benefaciendo uniuerſis, cum liberalitate, atque clementia, ſponte ſubiectos gubernare, in mutua ſemper beneuolentia, ac charitate cum ſubditis uerſantis. Cicero. Reſpublica res populi, cum benè, ac iuſtè geritur, ſiuè ab vno Rege, ſiuè à paucis optimatibus, ſiuè ab uniuerſo Populo. Norma igitur eſt ad Remp. benè gerendam, ſummum bonum Regni, hoc enim charitas amplexatur, ipſa igitur, Duce Deo, adminiſtra ſapientia, extremi boni ſtudioſiſsima princeps eſt, quam Tyrannus oppugnat, priuatę ſeruus utilitatis, publici boni oſor.

Lib 1. de Reg c. 1.

Ezec. 34.

Li. 5. hiſt.

Lib. 3. de Rep.

Gaudet tamen eſſe timori
Tam magno Populis, & ſe non mallet amari.

Luca. lib. 3.

Aliæ ſunt diuerſæ virtutes comites, adminiſtræque charitatis.

Gaudium,

Iac.3. *Gaudium, pax, patientia.* Ex lætitia populari boni communis incredibile gaudium exoritur, conſcientiæ Tyranni mœror ſtimulus eſt, qui noctu, diuque animum, ſcelerum furijs, exædit.

Senec. In Oedipp.

odia, qui nimium timet
Regnare neſcit: regna cuſtodit metus.

Arctiſsima uincula publicæ utilitatis, gaudijſq. communis pacis ſtudia ſequũtur, ſalutaris cõcordię trãquilla libertas pax eſt, gaudio igitur trãquilla eſt, copia ſalutaris. *Fructus autẽ iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem.* Ad pacẽ iuſtitia maximè nititur, pax itaq portus iuſtitiæ eſt, ſpargere ſeminibus uẽtũ inſaniæ, ſed fundis terere trumenta, neceſſarium. Nam pax iuſtitiæ reddit, quod accepit, mutuis enim adminiculis durant, pax iuſtitiæ patrimonium eſt, non ſolum quo floret, ſed etiam quo viuit, cum enim à pace ipſa emolumenti fœnore, vſuraque otij communis fructus ampliſsimi percipiantur, vtraque virtus, innumerabilibus laudibus cumulatur. Tyrannus bellum infert patriæ ob ciuiũm metum, Xenophon. Nouerunt non minus, quam priuati, probos, ſapientes, & iuſtos viros: hos cum diligere debeant, metuunt: fortes quidem, ne quid audeant libertatis amore: ſapientes, ne quid machinentur: iuſtos, vero, ne multitudo cupiat ab illis gubernari, & vt vno verbo Chriſtus in Herodem inuectus, expreſsit

In lib. de Tyranno.

Luc. 13. *Ite, & dicite Vulpi illi.* Quia in Tyranno nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilitatis fiducia.

Lucan. li. 8.

Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere iuſta
Incipit, euertitque arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, quæ Regna inuiſa tuetur,
Sublatuſque modus gladijs. facere omnia ſæuè
Non impunè licet, niſi cùm facis. exeat aula,
Qui vult eſſe pius, virtus & ſumma poteſtas
Non coeunt: ſemper metuet, quem ſæua pudebunt.

Ad Galat. 5. Princeps cõtra virtutibus viget. *Benignitas, bonitas, longanimitas.* Nihil impatienti animo patraturus eſt, qui rebus egregiè geſtis gaudet, propriũ Tyranni vitiũ, acerbitas. Et nõnè benignus erga calamitoſos, qui Rex sũmi boni arcem Reip. tenet? Egenos oſculatur ſimilis Deo? Auſon. De Gratiano. Tu Valentiniano genitus, cuius alta bonitas, præſens comitas, temperata ſeueritas fuit, parto, & condito optime Reipub. ſtatu intelligis poſſe te eſſe leniſsimum ſine diſpendio diſciplinæ. Omnes itaq; Princeps in manibus habet, fide religionis teſtata regnaturus, quid non ille alta mẽte aggrediatur, qui totus Dei eſt, chriſtiani Principis,

In Grat. Actio.

gloria

gloria? Eutropius de Constantio Chloro. Hic non modo amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit, præcipue, quod Diocletiani suspectam prudentiam, & Maximiani sanguinariam temeritatem imperio euaserat. Tyrannus tradit se paucis potentibus & nouis hominibus, antiquæ stirpis nobiles despicit, populum auaritiæ satellitibus vexat. *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominũ, digito autem suo nolunt ea mouere.* Minime talis futurus si prouidentiam vereretur. *Decerne vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcarijs Gazæ tuæ.* Bonus Rex, qui erga omnes æquus est, Tyrannus natura iniquus, arte impurus. *Mansuetudo, fides, modestia.* Ne iræ nimius, qua nisi Tyrannus excandesceret; minime fureret, Quid grauius fide? grauissima, & sanctissima est nomine regio publica, quarum virtutum comes modestia, blanda moderationis magistra est Tyrannus. Proditor est Patriæ.

Li br. rel. hist. Rom.

Matt. 23.

Ester. 3.

Matt. 23.

Arg. li. 4.

At procul e Syluis se se, gregibusque ferebat
Sæuus in antra gigas, quem nec sua turba tuendo
Id tanti secura metus,

Sæpe ad incendia, & rapinas non modo Ciues perditos, sed seruorum fecem incitauit. *Vt deiciant pauperem, & inopē, ut trucident rectos corde,* Priuatim, & publicè barbarus, effrenis appetentiæ licentia fidei irrisor. Tacit. Neq; frustra præstantissimus sapientiæ firmare solitus est, si recludantur Tyrannorum mentes, posse aspici laniatus, & ictus; quando vt corpora verberibus, ita sæuitia, libidine, malis consultis, animus dilaceretur. Quanto ab amore remotior tanto metuentior. *Et volens illum occidere timuit populum, quia sicut Prophetam eum habebant* Noncrapulæ, nõ libidini natus Princeps. *Continentia Castitas.* Tyrannus ebriosus inter lupas, & Scorta volutatur. Cõtra Rex de quo generatim. *Fructus enim lucis est in omni bonitate, iustitia, & veritate.* Quid enim non suos fructus quam potest sibi simillimos generat? Sed quid luce abundantius? igitur cum illæ virtutes non possint non esse spiritualis luminis, lux spiritus virtutum omnium conceptu maxima est, partu amplissima. Vitium enim virtuti, non solum contrarium essentia, sed tempore. *Omnis enim, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non manifestentur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sũt facta.* Virtus enim, vt lux, pura est, igitur à Deo, qui theologice actus purissimus est. Totus igitur splendeat Rex tempestiuis fructibus, qui in primis patriæ fructuosissimi, humani nominis in

Pſal. 36.

Ann. 6.

Matt. 14

Matt. 23.

Ad Ephe 5.

Ioan. 3.

perpetuum ſalutem aluerunt: Flauius Vopiſcus in Probo Imp. Poſt hæc Manlius Statianus, qui primæ ſententiæ tunc erat, ita locutus eſt. Dijs immortalibus gratias, & præ cæteris P. C. Ioui optimo, qui nobis principem talem, qualem ſemper optabamus, dederunt. Si recte cogitemus, non nobis Aurelianus, non Alexander, non Antonini, nō Traianus, non Claudius requirēdi ſunt: omnia in vno Principe cōſtituta ſunt, rei militaris ſcientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendæ Reip., atq. omnium prærogatiua virtutum. Bonitas cū alijs communicat ſua, iuſtitia omnis generis bona retinet. Veritas recta, & ſancta meditatur. Ita, quę inſtè retinentur, liberaliter communicantur, honeſtèq, deduntur. *Repleti fructu iuſtitiæ*. Omnibus præeſt ſapientia diuinarum, humanarumque rerum moderatrix, quæ frugem virtutis, duce ſpiritu, complet, veritatemq; nullo interuallo viridem gloria, maturam fructu confirmat. Sidonius Apollinaris de Maiorano. Aug.

Ad Phil. 1.

In Car. 5.

Rure iubet patrio ſuetos mutare labores,
Fatorum currente rota, quo diſceret agro,
Quid poſſeſſorem maneat, quos denique mores
Ius ciuile paret, ne ſolam militis artem
Ferret ad imperium, ſuſpenderat ilicet arma.

Fugere Tyrannidem iubet, & nec minima labecula cogitationis aſpergi. *Quare nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum*. Quæ opera infructuoſa ad virtutem, eadem ad vitiū ſunt mortifera, hæc impropriè fructus appellantur, fructus vitam ſuppeditat: quod ſine fructu eſt, nihil habet vitæ, ſed fructus cognitionis, non ſalutis, operis infructuoſi res eſt, quare fugiendum quicquid cognitioni, non appetitioni conuenit, quicquid fugæ, non amori conſentaneum eſt, opera itaq. infructuoſa bonitati iuſtitiæ, veritatiq. contraria. *Diſperſæ ſunt oues meæ eo, quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt*. Veterator Tyrannus, vt ipſe malefactis exiſtimat, beatus eſt, malitia rapax, iniquitate procax. *Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? & qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? cùm conſumaueris deprædationem deprædaberis, cùm fatigatus deſieris contemnere, contemneris*. Inſipienter ordinem præclarum humanæ huius prudentiæ ſingularis ratum argumentis vniuerſalis prouidentiæ Dei odit, dummodo libeat, nec dicere, nec facere quicquam penſi habet.

Ad Ephe. 5.

Ezec. 34.

Iſaiæ 33.

Fermentum

Fermentum ſuperbia eſt ergo domicilium Tyrãnidis, cuius minima contagio Remp. labefactat. Fermentum hypocriſis. Sapientiæ, actionisq; coniunctione beata Reſpub. Odio eſſe Tyrannis bonorum libertatem. Crudelis fœmina Tyrannum fecit Herodem. Quæ peculiaris ſapientia Principis.

CAP. VII.

PRopter Reges. *Cauete à fermento Herodis.* Scilicet cauete à Tyrannide ô Reges; Nam fermentum ſuperbia eſt, Herodes Tyrannus, eſt enim teſtis in Tarquinios Roma. D. Ambroſius. Legimus enim non ſolum in priuatis, ſed etiam in ipſis Regibus, quantum facilitas blandæ affabilitatis profecerit, aut ſuperbia, verborumque obfuerit tumor, vt regna ipſa labefactaret, & poteſtatem ſolueret. Farina ſubacta, & maſſa facta fermento tumet. Quo non facinore Tyrannus inflatur? Quid non ſibi arrogat? in omnes enim peſtem contumacia, & inſolentia machinatur. *Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorum incertus eſt. Tyrannidis eius ſonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur.* Vt ait Horatius. Mar. 8. L. 2. off. 7. Iob. 15.

Diſtrictus enſis, cui ſuper impia
Ceruice pendet, non ſiculæ dapes
Dulcem elaborarunt ſaporem:
Non auium, Cytharaq. cantus
Somnum reducent.

Horatius Carm. 3.

Ideo ſapientia. *Cum ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis. ſemper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia.* In primis verò ſuperbia minimè Deũ ſuperiorẽ cauſam rerũ, iuriſq. cognoſcit; cum non ſeſe conſceleratus Vicarium, ſed Dominum iactet. *Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.* Nam ſcriptum eſt. *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo; quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor eius; Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.* Quare fermentum domicilium Tyrannidis, vitio- Sap. 17. Eccl. 10.

Ad Gal. 5. rum ſedes. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Minima enim contagio Tyrannidis paulatim ſerpit, corrũpitq; Rempublicam, nec panis ille, quo ſuſtentanda, cuius nutrimento beata eſt, effici poteſt, quinimò veneno infectus, breui enim tẽpore ſpecies Regni ſqualore confecta, & macie contabuit; ſine alijs ne? ex fermento malitiæ Luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt; ex auaritia erumpit temeritas; indè Luc. 15. omnia maleficia, ſceleraque gignuntur, aliò in loco. *Hypocriſis fermentum*. Diffinitur, alius enim eſt, quàm videri vult, ſed vult quod eſt, non quod cupit videri.

Iuuen li. 5. Sat. 14. *Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & umbra*
Cum ſit triſte habitu, vultuq., & veſte ſeuerum.

Ergo in venis, meduliſque Tyrannidis morbus inſedit. D. Hilar. contra Conſtantium Aug. Sceleſtiſsime mortalium, omnia perſecutionis mala ita temperas, vt excludas & in peccato veniam, & in confeſsione Martyrium. Sed hæc ille pater tuus artifex humanarum mortium docuit, vincere ſine contumacia, iugulare, ſine gladio, perſequi ſine infamia, odire ſine ſuſpicione, mentiti ſine intelligentia, profiteri ſine fide, blandiri ſine boni-
Iob. 34. tate, agere quod velis, nec manifeſtare quę velis. *Qui regnare facit*
Li 5. pol. 15. *hominem hyppocritam propter peccata populi.* Ariſtoteles de Tyranno. Cætera vero partim facere, partim quam optime ſimulare, vt
Lib. 1 hiſ. regia gubernatio videatur. Tacitus. Otho interim, cõtra ſpem omnium, non delicijs, neque deſidia torpeſcere. dilatæ voluptates, diſſimulata luxuria, & cũcta ad decorem imperij compoſita. Eòq; plus formidinis afferebant falſæ virtutes, & vitia reditura.
Lib. 6 c. 6 Lactantius. Quidam enim probitate ficta viam ſibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa, quæ boni ſolent, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt. Vtinamq; tam facile eſſet præſtare, quam facile eſt ſimulare bonitatem. Sed ij cum eſſe cęperint propoſiti, ac voti ſui compotes, & ſummum potentiæ gradum cæperint, tum vero ſimulatione depoſita, mores ſuos detegunt, rapiunt omnia, & violant, & vexant, eoſque ipſos bonos, quorum cauſam ſuſceperant, inſequuntur, & gradus per quos aſcenderunt amputant, ne quis illos contra ipſos poſsit imitari. Quicquid ne ſceleſte facit, iure facere videri? beluarum hoc eſt.
Matt. 7. *Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Et nõne ille videt ſe recognoſci ab omnibus? cũ nõ poſsit non illum notiſsimum dignitate, tamquam oſtuſa ſempiterna nocte Reip. omnia exitio miſcentem vulgus notare digito, & maledicere?

maledicere. Sed quid non vindex Dominus? *Si autem dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis, veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium.* Matt. 24. Sine fide de diuinis actum eſt, crudelitate crapula, & vinolentia de humanis, Deus hunc videat rapientem, turpantem, cruentantemq. Rempub. & non tradat ſupplicijs ſempiternis? mentem prouidentia fouet remedijs, luſtrat laboribus. *Cauete à fermento Phariſeorum, & Saduceorum.* Matt. 7. Hæc enim ad perniciem profligata fruſtra Reipub., cuius bonum cum in agendo verſetur; dicere, non facere profitentur. Princeps Machiauellicus clariſſimus hypocrita, qui niſi talis ſit, ſtultiſſimi iudicio magiſtri, non ſolũ ſæpe minus ciuilis, ſed Regno perniciosus eſt. Nec mirum eum, qui de Tyrãno ſcripſit adulterino principis nomine, docere importunisſime, quæ ipſe perturpi arte, peſſimoque exemplo factitauit. Sed quare diſſimulat princeps? ſi ob ſcelus, abſit a doctrina talis ſimulatio hoc enim eſſet non virtutẽs, ſed vitia proponere. ſi ob rẽ vtilẽ, & honeſtã, licet ſimulare, nam cætera, quibus ad rem gerendam opus habet, in adiunctorũ locũ ſuccedunt, licet itaque bonum ſuis adiunctis prudenter cõponendum ſimulare. *Si diſſimulauerit, delinquit dupliciter.* In Eccl. 23. Quia non ſolum inſtruit ſcelus ſimulatio, ſed efficit. Si ob Reipubl. tempora, quid prudentius, quam ſubterfugere ſimulatione quæ nec vi vincere, nec autoritate poſſis emendare: nec te ſimulare concedo, ne aliquid turpe perpeti videare, quod re ipſa fers, mori potius, quam turpiter perpeti malis, igitur diſſimulatio bona eſt, aut pro patiẽtia, aut pro benefacto, aut pro pudore eius, quod etſi honeſtum ſit, fieri non poteſt. Iam per malas artes, falſaſque virtutes conari, quod natura æquum, religione ſacroſanctum eſt, per bonas artes, veraſque virtutes perficere optare, hoc inhumanius dici nihil poteſt, quæ vero in melius virtute torquere non poſſis, contra Deum ſcelere audere, nefas eſt, nec poſſumus, nec velle debemus, quæ autem non ſunt humanæ facultatis ad ſuperiorem prouidentiæ intelligentiam tranſeunt. De Princ. c. 11. Cur o Machiauelle, qui prouidentia conſtitutam poteſtatem Pontif. Maxim. ſentis, nec rei diuinæ rationem reddendam cenſes, negas prouidentiam in reliquis, quam ſemel confeſſus es? Prouidentia .n. eſt, vt ita dicam vniuerſaliſſima, cum affirmas malefacta eſſe, ſed prorſus eſſe neceſſaria, inſanis. Periculoſiſſima, & nefaria exẽpla

vtilia

Iac.3. vtilia esse non possunt, *Occidistis, & Zelatis, & non potestis adipisci.* Igitur non solum a remedijs malorum alienis simus, sed etiam maiori clade, in media supplicia inexstabilis, & sacer incidisti. Virgilius.

Aen. li.2. *Excessere omnes adytis: arisque relictis*
Dij, quibus imperium hoc steterat.

Dan.4. Felix Machiauellus, si pro sapientia illi contigisset. *Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad Cælum leuaui, & glorificaui, quia potestas sempiterna, & Regnum eius in generationem, & generationem, & omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt, iuxta voluntatem enim suam facit, tam in virtutibus Cæli, quam in habitatoribus Terræ, & non est, qui resistat manui eius, & dicat*

Act.1. *ei quare fecisti?* Regnat igitur expulsa fraude sapientia. *Capit Iesus facere, & docere.* Non nisi ad præclara facta, egregia consilia iuuant. Actionem cum sapientia coniunxit, & beatas fore Respublicas demonstrauit, si sapientes eas regere cœpissent: non vt in altero membro sententiæ inquit Plato. Aut ij, qui regerent omne suum studium in doctrina, & sapientia collocassent. Nam proprium Principis actio est cum aliqua ratione, seu sapiētiæ seu inferioris doctrinæ conclusa, beatitudo Reipub., non studijs acquirentis sapientiam; sed maturæ facto sapientiæ opus habet; igitur non meditantes sapientiam, sed corroboratos Principes virtute summa desiderat, sæpe actioni sapientia impedimento est, præcipue in magno animo, auidoque diuinæ rei, quanuis Cato minor ille helluo librorum tota contentione mentis, & ad sapientiæ aliquantulum subabsurdam sectam, & ad Reip. vigilias incubuisset. Quid nos Christiani in tanta uirtutis celsitudine, rerumque sapientia? Sed hæc in Principem ad agendum uniDe Disc. uersa confertur. Boetius. Sicut enim prudentia sine iustitia
Schol.c 1. parum, uel nihil prodest, iustitia autem sine prudentia multum, sic scientia, sine usu prodest parum; usus autem sine scientia pro-
Agel. lib. dest multum. Versus Afranij sunt in togata, cui Sellæ no-
13.c.8. men est.

Ipsus me genuit mater peperit memoria
Σοφίαν vocant me Graij, Vos sapientiam.

Lib.6.de Recte Plato. Neque rudes homines, & ueritatis ignaros Rem-
Rep. pub. sufficienter administrare, neque eos, qui semper in studijs litterarum uersati sunt, propterea quod illi quidem finem sibi certum non proposuerunt in uita, ad quam respicientes oportet omnia agere quæcunq. agant, & priuatim, & publice. Hi autem

haud

haud ſponte tractant ciuilia, exiſtimantes ſe etiam in hac vita, a negotijs humanis remotos in beatorum inſulis habitare. Neceſſaria ſcientia propter vniuerſalem imperandi ſapientiam, ſed propter ſingularem proprię Reipub., vſus quoque neceſſarius, litterę regię ſunt, Remp. noſcere, idq. late patet, quid habeat militum, quid valeat ærario, quos ſocios habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſq. ſit conditione, fœdere, tenere leges Reipublicæ, conſuetudinem decernendi, noſſe exempla maiorum. Aelius Spartianus de Adriano. Si poteſt credi, omnes publicas rationes ita complexus eſt, vt domum priuatam quiuis pater familias diligens non ſatis nouit. Egnatius de Conſtantino Imperatore, qui Alexandro ſucceſſit. Hic à litteris, optimiſque diſciplinis non abhorrens, quas pœne extinctas ab interitu vindicauit, librum Romano filio reliquit, in quo ſummam totius imperij, ſociorum omnium fœdera, hoſtium vires, rationes, conſilia explicuit, quem nos in Bibliotheca noſtra tamquam Theſaurum ſeruamus. Suetonius de Veſpaſiano Imper. Vndique inueſtigatis exemplaribus, inſtrumentum Imperij pulcherrimum, ac vetuſtiſſimum confecit: quo continebātur pœne ab exordio vrbis Senatuſconſulta, plebiſcita de ſocietate, & fœdere, ac priuilegio cuicūq. cōceſsis. Igitur Princeps ſtatuat, decernat, agat omnibus cōſulat, incōmodis hominū medeatur, ſaluti prouideat, hoc contendat, hoc elaboret, vt quoniā Theatrum Regis virtutibus datum eſt, ſit celebritate magnorum hominum refertiſſimū, magnitudine negotiorum ampliſſimum, fama ita reſonans, vt vſque in fines imperij certiſſimis effectis voces ſapientiæ, ſignificationeſque virtutum referantur; Noſter ille. Neque quemquam magis decet, vel meliora ſcire, vel plura, quam Principem, cuius doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubiectis. Ita cum omnes Chriſtus exemplo, faciendoque præcurreret quaſi familiarem ſapientiam Principes docuit, qua ipſi beati, non minus ac beata ipſa, Auguſtaq; Reſpub. *Dixit Dominus Salomoni, quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, vt nullus ante te ſimilis fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.* Sapientes à principibus colantur. *Herodes enim metuebat Ioannem ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat; Et volens occidere eum, timuit populum, quia ſicut Prophetam eum habebant.* Quare

Lib. 2. C. 8. Veget. in Proc. 3. Reg. 3. Mar. 6.

VIR-

fidiosissimo,& fidelissimo seruo, vna,atque eadem fides obsequi non potest,ordine prouidentiæ existit Rex,qui paret Deo, non potest,non ei seruire,cui Deus terrę mandauit imperium;est igitur vnus Dominus,quia seruus uicarius est;secūdæ causæ a primę virtute reguntur. Nec sunt contrarij generis administrationes diuina Dei, & humana Principum. Nam summa ratio sapientiæ norma humanæ gubernationis est; cum enim omnis potestas a Deo sit,non potest non modus iurisditionis sanctus, & iustus à Deo esse,necesse igitur est,vt qui Deum colit,Regi seruiat, in terris legato Dei contra; cum potestas ipsa omnis à Deo sit, ipse Tyrannus à Diabolo est, illa enim per se optima dono Dei, hic cum bona autoritati, iustitiæque dicata tollit, non potest nō esse à Diabolo, reus enim est patriæ maiestatis, vindicandus igitur seueritissimè, quid magis Deo repugnat, quam Reip. damnum, maximè communi,& præstantissimæ charitati contrarium?

Senec. in Thebaid. *multa dominantem vetat*
Amor suorum, plus in iratos licet.

Tyrannus mali seruus est impotens sui Dominus, non ritè facit,nec benè imperat,molestijs concidit, ruinisque Remp.

Claud in Paneg in 4. Conſ. Hon. *Qui terret, plus ipse timet, sors ista Tyrannis*
Conuenit, inuideant claris, forteſque trucident,
Muniti gladijs viuant, septique venenis
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.

Huic,& Deo seruire nemo potest; Deus enim vniuersi boni altor est,in cuius Tyrānus se demolitione,solum proprię seruiens vtilitati delectatur, ita Dominis duobus nemo potest seruire, quia Tyrannus propter superbiam dominus est, rex infimus labore, seruus officio solicitudinis. Matt. 7. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Personarum ergo ex fructibus cognitio, sed hi necessarij fœtus sunt,licet igitur vnumquemque suis moribus, testimonioque actionum,æstimare. Sicut enim arborum fructus proprij sunt, sic voluntatum,studiorumq. propria fruges est, nemo enim sine illa viuit. Nam aut bene,aut malè agat,necesse est, quotidiana igitur uita fructus est,seu virtutis,seu vitij omnibus argumento. Ad gal. 6. *Quæ etiam seminauerit homo hæc, & metet,quoniam,qui seminat in carne sua,de carne, & metet corruptionem,qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Singularia enim non possunt non certa ratione voluntatis, finisque definiri, Igitur cum sit verus fructus, quem faciendo benè unusquisque ferè, fallax, quem perperam, cum alterutrum esse necesse sit,singuli ab eorum fructu,

insti-

inſtitutæq; vitæ regione cognoſcuntur. *Opus iuſti ad vitam, fructus autem impij ad peccatum*. Sed cum multiplex natura varietatem fructuum pariat, proprietas diſtinctio eſt, ex quibus cõſtat Tyrannos, & Reges, quorum ſita in excelſo ab omnibus vita perſpicitur, manifeſtè uirtutibus, uitijſq; ſeparari. Seneca. Tyrãnus autem diſtat à Rege factis, non nomine. Cum n. propria naturæ fruges illa ſit, quæ præclariſsima eſt, quid homini, ſpiritu, Deo ſimili, ſpiritus fructu præſtantius? huius enim omnis progreſsio, ſiuè ſpiritualia intelligit, ſiuè mortalia gubernat; Quare. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas*. Virtus amoris Dei forma diuina, qui Deum amat, omnia propter Deum Creatorem præcellentiſsima charitate adamare neceſſe eſt. Prima igitur uirtus Regum eſt charitas, tanto materia præſtantior, quanto eſt in Vniuerſali Reip. bono diuinior. *Non quærit, quæ ſua ſunt*. Cęterę, virtutes niſi ipſa princeps charitas antecedit, repẽte euaneſcũt.

Prou. 9.

Senec li. 1. de Cle.

Ad Gal. 5.

1. Ad Co. 13.

Senec. in Oed pp.

Quiſceptra duro ſæuus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem rèdit.

Sine ratione boni communis non modo imago, ſed nec umbra quidem honeſtæ gubernationis exiſtit. D. Thomas. Si igitur liberorum multitudo a regente, ad bonum commune multitudinis ordinetur, erit regimen rectum, & iuſtum, quale conuenit liberis. Ezechiel. *Hæc dicit Dominus Deus væ Paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis*. Polibius. Quippe Tyranni opus eſt, malefaciẽdo ſuis cum terrore inuitis imperare, in mutuo ſemper odio cum ſubditis uerſantis, Regis uero contra benefaciendo uniuerſis, cum liberalitate, atque clementia, ſponte ſubiectos gubernare, in mutua ſemper beneuolentia, ac charitate cum ſubditis uerſantis. Cicero. Reſpublica res populi, cum benè, ac iuſtè geritur, ſiuè ab vno Rege, ſiuè à paucis optimatibus, ſiuè ab uniuerſo Populo. Norma igitur eſt ad Remp. benè gerendam, ſummum bonum Regni, hoc enim charitas amplexatur, ipſa igitur, Duce Deo, adminiſtra ſapientia, extremi boni ſtudioſiſsima princeps eſt, quam Tyrannus oppugnat, priuatę ſeruus utilitatis, publici boni oſor.

Lib 1. de Reg c. 1.

Ezec. 34.

Li. 5. hiſt.

Lib. 3. de Rep.

gaudet tamen eſſe timori
Tam magno Populis, & ſe non mallet amari.

Luca. lib. 3.

Aliæ ſunt diuerſæ virtutes comites, adminiſtræque charitatis.

Gaudium,

Iac.3. *Gaudium, pax, patientia.* Ex lætitia populari boni communis incredibile gaudium exoritur, conſcientiæ Tyranni mœror ſtimulus eſt, qui noctu, diuque animum, ſcelerum furijs, exædit.

Senec. in Oedipp.

odia, qui nimium timet
Regnare neſcit: regna cuſtodit metus.

Arctiſsima uincula publicæ utilitatis, gaudijſq. communis pacis ſtudia ſequũtur, ſalutaris cõcordię trãquilla libertas pax eſt, gaudio igitur trãquilla eſt, copia ſalutaris. *Fructus autẽ iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem.* Ad pacẽ iuſtitia maximè nititur, pax itaq; portus iuſtitię eſt, ſpargere ſeminibus uẽtũ inſanię, ſed fundis terere trumenta, neceſſarium. Nam pax iuſtitiæ reddit, quod accepit, mutuis enim adminiculis durant, pax iuſtitiæ patrimonium eſt, non ſolum quo floret, ſed etiam quo viuit, cum enim à pace ipſa emolumenti fœnore, vſuraque otij communis fructus ampliſsimi percipiantur, vtraque virtus, innumerabilibus laudibus cumulatur. Tyrannus bellum infert patriæ ob ciuium metum, Xenophon. Nouerunt non minus, quam priuati, probos, ſapientes, & iuſtos viros: hos cum diligere debeant, metuunt: fortes quidem, ne quid audeant libertatis amore: ſapientes, ne quid machinentur: iuſtos, vero, ne multitudo cupiat ab illis gubernari, & vt vno verbo Chriſtus in Herodem inuectus, expreſsit

In lib. de Tyranno.

Luc. 13. *Ite, & dicite Vulpi illi.* Quia in Tyranno nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilitatis fiducia.

Lucan. li. 8.

Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere iuſta
Incipit, euertũque arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, quæ Regna inuiſa tuetur,
Sublatuſque modus gladijs facere omnia ſæuè
Non impunè licet, niſi cùm facis. exeat aula,
Qui vult eſſe pius, virtus & ſumma poteſtas
Non coeunt: ſemper metuet, quem ſæua pudebunt.

Ad Galat. 5. Princeps cõtra virtutibus viget. *Benignitas, bonitas, longanimitas.* Nihil impatienti animo patraturus eſt, qui rebus egregiè geſtis gaudet, propriũ Tyranni vitiũ, acerbitas Et nõnè benignus erga calamitoſos, qui Rex sũmi boni arcem Reip. tenet? Egenos oſculatur ſimilis Deo? Auſon. De Gratiano. Tu Valentiniano genitus,

In Grat. Actio. cuius alta bonitas, præſens comitas, temperata ſeueritas fuit, parto, & condito optime Reipub. ſtatu intelligis poſſe te eſſe leniſsimum ſine diſpendio diſciplinæ. Omnes itaq; Princeps in manibus habet, fide religionis teſtata regnaturus, quid non ille alta mẽte aggrediatur, qui totus Dei eſt, chriſtiani Principis,

gloria

gloria? Eutropius de Constantio Chloro. Hic non modo amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit, præcipue, quod Diocletiani suspectam prudentiam, & Maximiani sanguinariam temeritatem imperio euaserat. Tyrannus tradit se paucis potentibus & nouis hominibus, antiquæ stirpis nobiles despicit, populum auaritiæ satellitibus vexat. *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominũ, digito autem suo nolunt ea mouere.* Minime talis futurus si prouidentiam vereretur. *Decerne vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcarijs Gazæ tuæ.* Bonus Rex, qui erga omnes æquus est, Tyrannus natura iniquus, arte impurus. *Mansuetudo, fides, modestia.* Ne iræ nimius, qua nisi Tyrannus excandesceret; minime fureret, Quid grauius fide? grauissima, & sanctissima est nomine regio publica, quarum virtutum comes modestia, blanda moderationis magistra est Tyrannus. Proditor est Patriæ.

Libr. rer. hist. Rom.

Matt. 23.

Ester. 3.

Matt. 23.

Arg. li. 4.

At procul e Syluis se se, gregibusque ferebat
Sæuus in antra gigas, quem nec sua turba tuendo
Id tanti secura metus.

Sæpe ad incendia, & rapinas non modo Ciues perditos, sed seruorum fecem incitauit. *Vt deiciant pauperem, & inopẽ, vt trucident rectos corde.* Priuatim, & publicè barbarus, effrenis appetentiæ licentia fidei irrisor. Tacit. Neq; frustra præstantissimus sapientiæ firmare solitus est, si recludantur Tyrannorum mentes, posse aspici laniatus, & ictus; quando vt corpora verberibus, ita sæuitia, libidine, malis consultis, animus dilaceretur. Quanto ab amore remotior tanto metuentior. *Et volens illum occidere timuit populum, quia sicut Prophetam eum habebant* Noncrapulæ, nõ libidini natus Princeps. *Continentia Castitas.* Tyrannus ebriosus inter lupas, & Scorta volutatur. Cõtra Rex de quo generatim. *Fructus enim lucis est in omni bonitate, iustitia, & veritate.* Quid enim non suos fructus quam potest sibi simillimos generat? Sed quid luce abundantius? igitur cum illæ virtutes non possint non esse spiritualis luminis, lux spiritus virtutum omnium conceptu maxima est, partu amplissima. Vitium enim virtuti, non solum contrarium essentia, sed tempore. *Omnis enim, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non manifestentur opera eius, qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sũt facta.* Virtus enim, vt lux, pura est, igitur à Deo, qui theologice actus purissimus est. Totus igitur splendeat Rex tempestiuis fructibus, qui in primis patriæ fructuosissimi, humani nominis in

Matt. 14

Matt. 23.

Ad Ephe 5.

Ioan. 3.

perpetuum ſalutem aluerunt. Flauius Vopiſcus in Probo Imp. Poſt hæc Manlius Statianus, qui primæ ſententiæ tunc erat, ita locutus eſt. Dijs immortalibus gratias, & præ cæteris P. C. Ioui optimo, qui nobis principem talem, qualem ſemper optabamus, dederunt. Si recte cogitemus, non nobis Aurelianus, non Alexander, non Antonini, nō Traianus, non Claudius requirēdi ſunt: omnia in vno Principe cōſtituta ſunt, rei militaris ſcientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendæ Reip., atq. omnium prærogatiua virtutum. Bonitas cū alijs communicat ſua, iuſtitia omnis generis bona retinet. Veritas recta, & ſancta meditatur. Ita, quę inſtè retinentur, liberaliter communicantur, honeſtèq, deduntur. *Repleti fructu iuſtitiæ*. Omnibus præeſt ſapientia diuinarum, humanarumque rerum moderatrix, quæ frugem virtutis, duce ſpiritu, complet, veritatemq; nullo interuallo viridem gloria, maturam fructu confirmat. Sidonius Apollinaris de Maiorano. Aug.

Ad Phil. 1.

In Car. 5.

Rure iubet patrio ſuetos mutare labores,
Fatorum currente rota, quo diſceret agro,
Quid poſſeſſorem maneat, quos denique mores
Ius ciuile paret, ne ſolam militis artem
Ferret ad imperium, ſuſpenderat ilicet arma.

Fugere Tyrannidem iubet, & nec minima labecula cogitationis aſpergi. *Quare nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum.* Quæ opera infructuoſa ad virtutem, eadem ad vitiū ſunt mortifera, hæc impropriè fructus appellantur, fructus vitam ſuppeditat: quod ſine fructu eſt, nihil habet vitæ, ſed fructus cognitionis, non ſalutis, operis infructuoſi res eſt, quare fugiendum quicquid cognitioni, non appetitioni conuenit, quicquid fugæ, non amori conſentaneum eſt, opera itaq. infructuoſa bonitati iuſtitiæ, veritatiq. contraria. *Diſperſæ ſunt oues meæ eo, quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt.* Veterator Tyrannus, vt ipſe malefactis exiſtimat, beatus eſt, malitia rapax, iniquitate procax. *Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? & qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? cùm conſumaueris deprædationem deprædaberis, cùm fatigatus deſieris contemnere, contemneris.* Inſipienter ordinem præclarum humanæ huius prudentiæ ſingularis ratum argumentis vniuerſalis prouidentiæ Dei odit, dummodo libeat, nec dicere, nec facere quicquam penſi habet.

Ad Ephe. 5.

Ezec. 34.

Iſaiæ 33.

Fermentum

Fermentum ſuperbia eſt ergo domicilium Tyrãnidis, cuius minima contagio Remp. labefactat. Fermentum hypocriſis. Sapientiæ, actionisq; coniunctione beata Reſpub. Odio eſſe Tyrannis bonorum libertatem. Crudelis fœmina Tyrannum fecit Herodem. Quæ peculiaris ſapientia Principis.

CAP. VII.

PRopter Reges. *Cauete à fermento Herodis.* Scilicet cauete à Tyrannide ò Reges; Nam fermentum ſuperbia eſt, Herodes Tyrannus, eſt enim teſtis in Tarquinios Roma. D. Ambroſius. Legimus enim non ſolum in priuatis, ſed etiam in ipſis Regibus, quantum facilitas blandæ affabilitatis profecerit, aut ſuperbia, verborumque obfuerit tumor, vt regna ipſa labefactaret, & poteſtatem ſolueret. Farina ſubacta, & maſſa facta fermento tumet. Quo non facinore Tyrannus inflatur? Quid non ſibi arrogat? in omnes enim peſtem contumacia, & inſolentia machinatur. *Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorum incertus eſt. Tyrannidis eius ſonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur.* Vt ait Horatius. Mar. 8. L. 2. off. 7. Iob. 15.

Diſtrictus enſis, cui ſuper impia
Ceruice pendet, non ſiculæ dapes
Dulcem elaborarunt ſaporem:
Non auium, Cytharæq. cantus
Somnum reducent.

Horatius Carm. 3.

Ideo ſapientia. *Cum ſit enim timida æquitia, dat teſtimonium condemnationis, ſemper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia.* In primis verò ſuperbia minimè Deũ ſuperiorẽ cauſam rerũ, iuriſq. cognoſcit; cum non ſe ſe conſceleratus Vicarium, ſed Dominum iactet. *Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.* Sap. 17. Eccl. 10. Nam ſcriptum eſt. *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo; quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor eius; Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.* Quare fermentum domicilium Tyrannidis, vitio-

Ad Gal. 5. rum ſedes. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Minima enim contagio Tyrannidis paulatim ſerpit, corrũpitq; Rempublicam, nec panis ille, quo ſuſtentanda, cuius nutrimento beata eſt, effici poteſt, quinimò veneno infectus, breui enim tẽpore ſpecies Regni ſqualore confecta, & macie contabuit; ſine alijs ne? ex fermento malitiæ Luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt; ex auaritia erumpit temeritas; indè Luc. 15. omnia maleficia, ſceleraque gignuntur, aliò in loco. *Hypocriſis fermentum.* Diffinitur, alius enim eſt, quàm videri vult, ſed vult quod eſt, non quod cupit videri.

Iuuen li. 5. Sat. 14. *Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra*
Cum ſit triſte habitu, vultuq., & veſte ſeuerum.

Ergo in venis, meduliſque Tyrannidis morbus inſedit. D. Hilar. contra Conſtantium Aug. Sceleſtiſsime mortalium, omnia perſecutionis mala ita temperas, vt excludas & in peccato veniam, & in confeſsione Martyrium. Sed hæc ille pater tuus artifex humanarum mortium docuit, vincere ſine contumacia, iugulare, ſine gladio, perſequi ſine infamia, odire ſine ſuſpitione, mentiri ſine intelligentia, profiteri ſine fide, blandiri ſine bonitate, Iob. 34. agere quod velis, nec manifeſtare quę velis. *Qui regnare facit hominem hyppocritam propter peccata populi.* Ariſtoteles de Tyran- Li. 5. pol. 15. no. Cætera vero partim facere, partim quam optime ſimulare, vt Lib. 1. hiſt. regia gubernatio videatur. Tacitus. Otho interim, cõtra ſpem omnium, non delicijs, neque deſidia torpeſcere. dilatæ voluptates, diſsimulata luxuria, & cũcta ad decorem imperij compoſita. Eòq; plus formidinis afferebant falſæ virtutes, & vitia reditura. Lib. 6. c. 6 Lactantius. Quidam enim probitate ficta viam ſibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa, quæ boni ſolent, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt. Vtinamq; tam facile eſſet præſtare, quam facile eſt ſimulare bonitatem. Sed ij cum eſſe cęperint propoſiti, ac voti ſui compotes, & ſummum potentiæ gradum cæperint, tum vero ſimulatione depoſita, mores ſuos detegunt, rapiunt omnia, & violant, & vexant, eoſque ipſos bonos, quorum cauſam ſuſceperant, inſequuntur, & gradus per quos aſcenderunt amputant, ne quis illos contra ipſos poſsit imitari. Quicquid ne ſceleſte facit, iure facere videri? belluarum hoc eſt. Matt. 7. *Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Et nõne ille videt ſe recognoſci ab omnibus? cũ nõ poſsit non illum notiſsimum dignitate, tamquam offuſa ſempiterna nocte Reip. omnia exitio miſcentem vulgus notare digito, & maledicere?

maledicere. Sed quid non vindex Dominus? *Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis, veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentium.* Sine fide de diuinis actum est, crudelitate crapula, & violentia de humanis, Deus hunc videat rapientem, turpantem, cruentantemq. Rempub. & non tradat supplicijs sempiternis? mentem prouidentia fouet remedijs, lustrat laboribus. *Cauete à fermento Phariseorum, & Saduceorum.* Hæc enim ad perniciem profligata frustra Reipub., cuius bonum cum in agendo versetur; dicere, non facere profitentur. Princeps Machiauellicus clarissimus hypocrita, qui niũ talis sit, stultissimi iudicio magistri, non solũ læpe minus ciuilis, sed Regno perniciosus est. Nec mirum eum, qui de Tyrãno scripsit adulterino principis nomine, docere importunissime, quæ ipse perturpi arte, pessimoque exemplo factitauit. Sed quare dissimulat princeps? si ob scelus, abst a doctrina talis simulatio hoc enim esset non virtutẽs, sed vitia proponere, si ob rẽ vtilẽ, & honestã, licet simulare, nam cætera, quibus ad rem gerendam opus habet, in adiunctorũ locũ succedunt, licet itaque bonum suis adiunctis prudenter cõponendum simulare. *Si dissimulauerit, delinquit dupliciter.* Quia non solum instruit scelus simulatio, sed efficit. Si ob Reipubl. tempora, quid prudentius, quam subterfugere simulatione quæ nec vi vlcisci, nec autoritate possis emendare: nec te simulare concedo, ne aliquid turpe perpeti videare, quod re ipsa fers, mori potius, quam turpiter perpeti malis, igitur dissimulatio bona est, aut pro patiẽtia, aut pro benefacto, aut pro pudore eius, quod etsi honestum sit, fieri non potest. Iam per malas artes, falsasque virtutes conari, quod natura æquum, religione sacrosanctum est, per bonas artes, verasque virtutes perficere optare, hoc inhumanius dici nihil potest, quæ vero in melius virtute torquere non possis, contra Deum scelere audere, nefas est, nec possumus, nec velle debemus, quæ autem non sunt humanæ facultatis ad superiorem prouidentiæ intelligentiam transeunt. Cur o Machiauelle, qui prouidentia constitutam potestatem Pontif. Maximi sentis, nec rei diuinæ rationem reddendam censes, negas prouidentiam in reliquis, quam semel confessus es? Prouidentia .n. est, vt ita dicam vniuersalissima, cum affirmas malefacta esse, sed prorsus esse necessaria, insanis. Periculosissima, & nefaria exẽpla vtilia

Matt. 24.

Matt. 7.

In Eccl. 23.

De Princ. c. 11.

haud ſponte tractant ciuilia, exiſtimantes ſe etiam in hac vita, a negotijs humanis remotos in beatorum inſulis habitare. Neceſſaria ſcientia propter vniuerſalem imperandi ſapientiam, ſed propter ſingularem propriæ Reipub., vſus quoque neceſſarius, litteræ regię ſunt, Remp. noſcere, idq. late patet, quid habeat militum, quid valeat ærario, quos ſocios habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſq. ſit conditione, fœdere, tenere leges Reipublicæ, conſuetudinem decernendi, noſſe exempla maiorum. Aelius Spartianus de Adriano. Si poteſt credi, omnes publicas rationes ita complexus eſt, vt domum priuatam quiuis pater familias diligens non ſatis nouit. Egnatius de Conſtantino Imperatore, qui Alexandro ſucceſſit. Hic à litteris, optimiſque diſciplinis non abhorrens, quas pœne extinctas ab interitu vindicauit, librum Romano filio reliquit, in quo ſummam totius imperij, ſociorum omnium fœdera, hoſtium vires, rationes, conſilia explicuit, quem nos in Bibliotheca noſtra tamquam Theſaurum ſeruamus. Suetonius de Veſpaſiano Imper. Vndique inueſtigatis exemplaribus, inſtrumentum Imperij pulcherrimum, ac vetuſtiſſimum confecit: quo continebãtur pœne ab exordio vrbis Senatuſconſulta, plebiſcita de ſocietate, & fœdere, ac priuilegio cuicũq. cõceſsis. Igitur Princeps ſtatuat, decernat, agat omnibus cõſulat, incõmodis hominũ medeatur, ſaluti prouideat, hoc contendat, hoc elaboret, vt quoniã Theatrum Regis virtutibus datum eſt, ſit celebritate magnorum hominum refertiſſimũ, magnitudine negotiorum amplitſimum, fama ita reſonans, vt vſque in fines imperij certiſſimis effectis voces ſapientiæ, ſignificationeſque virtutum referantur; Noſter ille. Neque quemquam magis decet, vel meliora ſcire, vel plura, quam Principem, cuius doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubiectis. Ita cum omnes Chriſtus exemplo, faciendoque præcurreret quaſi familiarem ſapientiam Principes docuit, qua ipſi beati, non minus ac beata ipſa, Auguſtaq; Reſpub. *Dixit Dominus Salomoni, quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, vt nullus ante te ſimilis fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.* Sapientes à principibus colantur. *Herodes enim metuebat Ioannem ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat; Et volens occidere eum, timuit populum, quia ſicut Prophetam eum habebant.* Quare

Lib. 2. C. 8. Veget. in Proe. 3. Reg 3. Mar. 6.

Docere autem mulieri non permitto, neq. dominari in virum. Ergo reuerere ſapientium monita; ſi te vir ſanctus reprehendit, noſce te ipſum, altè conſidera in ſpeculis vitæ, dignum ſpectatu hominum te maximam, & grauiſſimam perſonam ſuſtinere. Quid de te iudicandum ſit, alij videant; ſi linguis hominum ſine adlentatione ingenuè laudaris, benè eſt; vt ait ille; 2. Ad Tbi. 2.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit,

Ergo prode ſpectatiſſimæ monumenta virtutis, quibus Rex, & dignus Regno videare.

Magiſtratus ſuperiores cauſæ ſummi boni Reipub. ſunt. Sapientia non minus, quàm iuriſdictio ad poteſtatem neceſſaria. Poteſtas vſui, ſapientia frugi eſt.

CAP. VIII.

PRopter Magiſtratus ait. *Væ vobis legis peritis, quia tulistis clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis.* Clauis autoritas eſt publico conceſſa iure, nam clauis inſigne eſt, ergo Regni inſigne. *Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius: & aperiet, & non erit, qui claudat, & claudet, & non erit, qui aperiat.* Magiſtratus enim bonitatem, virtutem, ſcientiamq; requirit. Ornati igitur illi legis periti honore, ſed minimè edocti ratione, nec illa pollẽtes virtute, qua exiſtat, cõſletq; Magiſtratus neceſſe eſt. Ideo *non introiſtis*, licebat enim ſcienti introire, niſi. n. ſuo ſingulari munere poſſet Magiſtratus, minime quaſi inter sũmi boni Reipublicę ſuperiores cauſas virtutũ opera fũgeretur: ergo cognitio ad munus exercẽdũ neceſſaria, vt cum qua de cauſa, conſtitutus Magiſtratus, quo fine ſciretur, fieret vir pro lege muta, lex loquens Magiſtratus. *Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à Paſtore vno.* Hæc igitur erat ſcientia, cuius clauem cum attuliſſet, ideſt cum dignitatem obtinuiſſet, intrare non potuit; vſum .n. clauis ignorabat; non enim, qui malè adminiſtrabat, aperire potuit, & palam facere ciuilem ſcientiam Reip. benè gerendæ; Igna rus ergo politiæ in Remp. ingreſſus, cum Ciuium extremũ Luc. 11. Iſaiæ 22. Eccl. 12.

finem, legum rationem, mores, disciplinam penitus ignorasset, vt est in prouerbio; Vix à limine Regnum salutabat. Cum enim ille pro foribus impudentissimè astaret, populus indignatus, quasi tardam pecudem se sine tectis, & sedibus, absque iustitia, & religione dissipari, conuicio atroci à Regno, tanquam à Theatro minime gnarum Imperij Principem explodebat. *Quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis aduenerit.* Quare nec ipsi populares introierũt, quia cum minimè Ducem ad penetrandum in domicilium virtutis, & copiæ haberent; sine autore expertes boni Reipublicæ, oppressi miserijs publicis, afflicti assiduis periculis extiterunt Tyrannus eos, qui introibant, prohibuit, nam, qui conseruandi, defendendique erant, dereliquit, exposuitque fortunæ. *Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat inquã qui requireret.* Princeps ergo penetrale virtutum intimam sacrarij sapientiæ partem ingredere, cœtera alacris turba fidem, citato gradu Regem comitata, sequetur, aliter populo vniuerso proteruè effractis foribus, non apertis, ludibrio futurus, forte ab insano vulgo dilaniandus; qui ira ardens, non modo iucundis ad voluptatem, sed etiam necessarijs ad vitam priuari se, atque exinaniri dolebat. *Effundit despectionem super Principes, eos, qui oppressi fuerant, releuans.* Clauis igitur dignitas, domus rerum gerendarum scientia, qui non potuit introire Tyrannus, Ciues, qui prohibiti ab aditu. Sapientię est idoneis ciuibus vti, vt vna cũ popularibus Princeps bonum summum Reip. consequi possit; sapienti ergo Principi non valuę, sed campi, & orbis ipse latissimo aditu patet. Sapiens enim Princeps in omni specie uirtutis, vt ita dicam, vniuersalissimus est. Sidonius Apollinarius de Auit. Augusto.

Prou. 1.

Ezec. 34.

Iob. 12.

Iura igitur rexit, namque hoc quoque par fuit, vt cum
Fieret assertor legum, qui nunc erit auctor:
Ne dandus populis princeps, caput, induperator
Cæsar, & Augustus solum fera prælia nosset.

In Car. 7.

Egnatius de Carolo Magno Imperatore. Fuit in hoc principe (quod incredibile multis videatur) pacis, bellique par studium, insignis pietas, beneficentia singularis, humanitas quanta in superiorum principum nullo: in rebus bellicis maiorne uirtus, an felicitas

Lib. 3.

felicitas extiterit neſcias. Nullus certè ferociores gentes debellauit, nemo collatis ſignis ſæpius dimicauit; nemo bonarum artium ſtudia indulgentius fouit: Ipſe Pariſienſe Gymnaſium, & Papienſe, uiris undiq; doctiſsimis accerſitis, inſtituit: templa Diuis erexit: ueræ religionis obſeruator etiam in minimis fuit. Iniurias illatas ciuili animo tulit: in hoſtes raro acerbius ſæuijt. Italicæ gloriæ ita ſtuduit, & quieti, ut præter Florentiam urbem inſtauratam, claſſes quoque paratas habuerit, quibus Maurorum populationes arceret. O, ſi Deus daret, ut diuino exemplo, & optima doctrina Chriſti Principes tandem intelligerent, ſe met ipſos eſſe patriam Ciuium, arcem Imperij, ſic de ſe ipſis, ut de Rep. deliberare oportere, ut quem Deus, natura, ratio cum ciue conglutinauit, uirtute propugnet: non ſegnis incommodo fortunæ, aut turpis petulantiæ uitio uideatur. Nec enim tanto odio hominum deflagraret, nec tam diras prouidentia pœnas expeteret. *Potentes autem potenter tormenta patientur*. Niſi de Principe, tanquam de Cœlo Ciues animam ducerent. Sap. 6.

ſcis tum Reſpublica noſtra
Tota Camillus erant. Sid. Apol. lin. 1 Car.

Ideo Princeps vita Reip. eſt. *Omne Regnum diuiſum contra ſe deſolabitur*. Regni enim interitu occidit dignitas regia, forum filet, curia mæſta eſt, ſed cum Regnum ſuaptè natura bonum, niſi ſeditioſorum ciuium illecebris, & iniurijs corrumpi non poſſit; neceſſe eſt occaſu imperij, quod à Deo eſt, penitus emori Regnum, quod Deus ipſe fulciebat, à Diabolo ergo Tyrannis regno contraria, igitur quod Tyrannide Deo contraria extinguitur, ſapientia conſeruatur. *Reges in ſolio collocat in perpetuum*. Ergo perpetuitatis causa ſapientia eſt. *Principatus ſenſati ſtabilis erit*. 7. Matt. 12. Iob. 39. In Eccleſ. 10.

Sapientia ordo est, vt præstantior virtute, sic quoquè excellentior dignitate. Vitiorum labe Regnum corruere. Crimina in sapientiam Regno pestifera, Deus enim vindex est.

CAP. XI.

Mar. 10. SApientiæ ordo est. *Quicumq; voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis non venit, vt ministraretur ei, sed vt ministraret.* Sapientia, quæ sensu videmus, acriore intelligentia contemplatur, scit, quibus stat vnaquæque res, & quibus perit, præcipuè ea, quæ humanæ naturæ ob Diuinæ similitudinem imaginis clarius prouidentur. Ergo sapiens causarum, & rerum sciens ministraret, idest scire, & sapere profiteretur munus exequendo sapientis. Non enim potest, qui in aliquo genere eget, in eodem ministrare; opus est ægro sanitate, idiotæ cognitione, tironi peritia, ergo cum in omni genere sapientia, Diuina virtute valeret, ipsa magistra esset, & certissimè demonstraret, & ob eam ipsam causam, sapiens non minus doctrina
C. Theo. leg 1. lib. 6. Tit. 21. polleret, quam exemplo. Impp. Grammaticos Græcos Hælladium, & Syriamum: Latium, Theophilum, Sofistas, Martinum, & Maximum: Iurisperitum Leontium placuit honorari codicillis comitiuæ ordinis primi iam nunc a nostra maiestate perceptis, ita vt eorum, qui sunt ex vicarijs, dignitate potiantur. Qua in re quicunque alij ad id doctrinæ genus, quod vnusquisque profitetur, ordinentur, si laudabilem in se probis moribus vitam esse monstrauerint, si docendi peritiam, facundiamque dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamque differendi se habere patefecerint, & cœtu amplissimo iudicante digni fuerint æstimati, qui in memorato auditorio professorum fungantur officio. Hi quoque, cum ad viginti annos obseruatione iugi, ac sedulo docendi labore peruenerint; isdem, quibus prædicti viri dignitatibus perfruantur. Ergo qui maior haberi vellet, intelligentior, & sapientior esset. Naturæ lege, sapiens insipientem patrocinatur.
Libr. 3. Egnatius de Sigismundo Imperatore. A quibus reprehensus quandoque, quod doctos homines foueret, sed humiles genere:

genere: Ego, inquit, eos amo, quos natura alios anteſtare facile voluit, Cum ergo ſapientia ſit, quæ doceat miniſtrare, mentéq́, omnibus antecedere, ipſe, qui poteſt tantum ſpiritu in virtute procedere, ſapiens Princeps Regnum capeſſat. Sex. Aurelius Victor de Traiano. Vſque eo innocentiæ fidens, vti præfectum prætorio, Saburanum nomine, cũ inſigne poteſtatis, vti mos erat, pugionem daret, crebro monuerit: Tibi iſtum ad munimẽtum mei committo, ſi recte agam: ſin aliter, in me magis: quod MODERATORI omnium, vel errare minus fas ſit. Non ergo in dignitate nominis habenda ſed facultatis ratio, cum præſtantior ſit, qui iuſtitia, prudentia, fortitudine pietate Remp. perſequitur. Sidonius Apollinaris de Anthemio Auguſto. De Caſaribus.

Iis hunc formatum ſtudijs, natalibus ortum,
Moribus imbutum, Princeps, cui mundus ab Euro
Ad Zephyrum tunc ſceptra dabat, cui nubilis atq́.
Vnica purpureos debebat nata nepotes.
Elegit generum: ſed non vt deſide luxu
Fortuna ſoceri contentus, & otia captans,
Nil ſibi deberet: Comitis, ſed iure recepto
Danubij ripas, & tractum limitis ampli
Circuit, hortatur, diſponit, diſcutit, armat.
Sic ſub patre Pius moderatus caſtra parentis,
Sic Marcus vinente Pio, poſt iura daturi
Innumerabilibus legionibus imperitabant. In Car. 2

Miniſter boni publici, tractandoque Regno addictus non ſolum imperet, ſed videat.

Plerunque, & quæ ſunt alijs magis edita cumque
Quandoquidem ſapiunt alieno ex ore: petuntque
Res ex auditis potius, quam ſenſibus ipſis
Nec magis id nunc eſt, neque erit mox, quam fuit ante. Lucret. li. 5.

Antiochus enim pręclare; Regnum ſplendida ſeruitus. Chriſtus præclariſsimè ſeruitutem glorioſiſsimã Principum, ſapientia intelligendi, conſilijs prouidendi, vigilijs adminiſtrandi, faciebat. Cap. 39. Baſilius Imperator ad Leonem filium. Obſtringe te huic neceſſitati, vt omnia tibi oculis inſpicienda eſſe dicas, & nihil inſpectum prætermittas. Quippe Imperator cum ſis, in terris quidem neminem ſuperiorem habes, qui te cogere valeat: ſed Regem habes eum, qui dominatur in cęlis, cui ſicut omnia curæ ſunt vt Deo, neceſſe quoque eſt tibi curę eſſe, vt Regi: nihil ergo per ſocordiam neglectum prætereas, cum te ſcias eſſe ſub Deo. Quemad modum enim ea, quæ à te diligenter inſpecta adminiſtrantur,

venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem: Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine cum esset Pontifex anni illius, dixit eis; Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat; Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit. Discant aliquando illi audacia prorupta, politici, se stultissimæ calliditatis vitijs insanire; omne honestum bonum, nihil magis contrarium bono Reipublicæ, quam, quod abhorret sapientia; sed quia Deum inficiantur, & stolidissimè in prouidentiam effutientes, velut stipites in errore perseuerant, non necessaria in leuissimos homines argumenta, nullo loco numero; Christus ergo innocens condemnatus, ne si Populus Christo Dei crederet, genti bellum. S. P. Q. Romanus inferret, quasi fides Regni cœlestis furia esset libidinis popularis, non tranquillitas, & pax communis animorum; est .n. Romana sententia. Sua enim vnicuique religio Leli, est nostra nobis. Modestia, sapientia, bonitas Christi minime suspecta erat; numquam ille animi tumore, superbiæ arte, vario, & versuto concionatus dicendi genere, sed sapientissime simplicissimis, oris diuinissimi, sanctissimisque sententijs elocutus, damnatus ergo suspicionis errore; cum nemo prudens de Christo dubitaret; Ipse Pontifex dignitatis merito vates fuit, & cum malè illi cõsilium, comprobatum autoritate Pontificia, intellexissent, insolentius insultarunt; ergo subornati testes mendacissimi, adornata futilissimis conquisitis falsissima accusatio; & quia ipsi. *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Clara voce pronuntiassent. Rei maiestatis diuinæ, humanæque Christi damnati. Populus infanda clade interfectus, ipsis penitus fundamentis clarissima euersa Ciuitas, gensque post hominum memoriam pessima, funditus deleta est. In malum enim vltimum, quod se calliditate depulisse arbitrabantur, vindice ipsa sapientia, grauius inciderunt; Nihil ergo tam contrarium conseruationi Reipublicæ, quam crimen in sapientiam, quod Diabolus in mundum ad extinguendos populos, deceptis falsa opinione sapientiæ hominibus, & amentia scelerum concitatis, deportauit.

Cic. Pro L. Flacco.

Ioan. 19.

vnguentis delibutus, sertis capite redimito, pellucida veste amictus, refertam turba doctorum hominum scholam eius intrauit, nec contentus tam deformi introitu, consedit etiam, vt clarissimum eloquium, & prudentissima præcepta temulentiæ lasciuijs eleuaret: orta deinde, vt par erat; omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissaque re, quam differebat, de modestia, ac temperantia loqui cœpit. Cuius grauitate sermonis resipiscere coactus Polemon, primum coronam capite detractam proiecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris conuiualis hilaritatem deposuit, ad vltimum totam luxuriam exuit, vniusque orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami ganeone maximus philosophus euasit: peregrinatus est huius animus in nequitia, non habitauit. Sed omnem virtutem sobrietas ideo significat, quia moderatio cibi, & potus, lumen mentis, & integritatem animi efficit. Leotychidas primus, requirenti, qua de causa parci in potu SPARTIATÆ sint? Ne alij, inquit, pro nobis consultent, sed pro alijs nos. Epaminondas tale prandium non recipit proditionem, aiebat, quia qui modicis contenti sunt, vt prodant Rempublicam, corrumpi non possunt. *Omnes enim vos filij lucis estis, & filij Dei, non sumus noctis, neq. tenebrarum. Igitur non dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus.* Fieri igitur non potest, vt qui sobrie, non sapienter agat. *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij: perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis gloriam.* Ex quibus, quod sapere oportet, & quam debemus obtentare sobrietatem esse concludimus, sed quibus ne prędita hęc virtus, quibus cognita sigi latium est? Sobrius ebrio contrarius est ille sanæ mentis, hic non est in sua potestate, dubitat, hæsitat, reuocat se interdum, omnibus imbecillius assentitur; Sobrius igitur contraria ratione constans intelligit. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu Sancto.* Hoc parce, sobrieque, illa delicate, ac molliter uiuimus, luxuria defluit, & torpet, sentit spiritus, & uiget, huius vna ratio, & certa sapientiæ, illius flexibilis est, & commutabilis opinio erroris, nemo enim sapientiâ sobrie transgressus est, cum enim superari non possit, astutiæ probris, flagitijsque violatur, & qui nimis non seuerè vult sapiens videri pœnarum laqueis irretitus, debet sapientiæ, quantũ fraudolentia, peccauit. *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordiæ, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione,* Secun-

Plut. ī Apophthe. Eraſm. in Adagijs. Ad Theſ. 1.c.5.

1 Petr. 1.

Ad Ephe. 5.

Iac. 3.

dum quam. *Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo.* Moyses optimus Princeps legem Regibus dixit. *Grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.* Sigon. de Diocletiano. Quin etiã in Christianos religionis odio ita desæuijt, vt omnes sacramento militari solui, atq. e castris eijci per Veturium magistrum militiæ iusserit, nisi sacra gentilium susceperint. Quod cum ille curaret, OMNES Christi confessionem humano honori, ac commodo ita prætulerunt, vt etiam si opus fuisset, mortem se non recusaturos ostenderent. Itaque Veturius eorum multitudine, & constantia deterritus, inceptum omisit. *Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam verò non huius sæculi, neque Principũ huius sæculi, qui destruuntur.* Caduca, nugatoriaque sapientia, immortalis animæ potita, mortalitatis artifex est, quibus animus luiturus pœnam erroris, nonnè Resp. eiusdem conuicta criminis emorietur? *Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia.* Vmbra veritatis, latẽte mendacio, impius viuit, pius abundãtissime diuina perfruitur, est enim omniũ diuina vita veritatis. *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra.* Dolus animi inconstantis est. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis.* Ex quo culpa, & vituperatio liquet. *Nolite gloriari, & mẽdaces esse aduersus veritatẽ.* Turpissimus mendax, stultissimusq *Non est enim ista sapiẽtia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica.* Contra diuina. *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.* Itaque sapientia sęculi mors, Dei sapientia vita est, oportet igitur Principẽ causam cõmunis vitę futurum, uitę Dei religiosissimę astringi, sicut n. tali cõditione uita, sic contra peræqua proportione mors. Quid grauius, quam omnes uno spiritu Cives iniquitatis perdidisse? *Venit enim Ioannes, neque manducans, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt, ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus, & iustificata est sapientia à filijs suis.* Qui sibi sapientes uidebantur propriam sapientiam probauerunt, stulti enim erant homines sibi ipsis inconstantis inanitate iudicij sapientes. Ironice igitur tradita sapientia, quam homines mutabilem rident. Non .n. erat quæ iustificabat sapientia, sed quę iustificabatur. Opinione igitur homi-

1. ad Thes. 2.
Ad Hebr. 11.
Li. 1 Imp. Occid.
1. Ad Co. 2.
2. Ad Co. 4.
Ad Ephe. 4.
Iac. 1.
Iac. 3.
Matt. 11.

hominum facta est quæ sæpius error, sæpissimè leuitas quandoq; fallax, seu adumbrata ratio nunquam sapientia est. Hæc enim Dei, illa hominum incerta, & stulta, quam ob cãusam Christus in Petrum vehementer. *Vade post me Satana, scandalum mihi es, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.* Dei alia ratio est. *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Humiles enim sapientes sunt, quia, si Paulus eos, qui dicuntur sapientes cum humilibus consentire oportere mente, sententiaque iudicauit, necesse est, humiles esse verè sapiẽtes, qui sunt lex & norma sapiẽtium, quare nõ alta opinione propria sapere oportet, sed quę humiles sapiẽtia Dei didicerunt. Sigon. autor est. Illinc epistolam Constantij nomine emittunt omni prauitate refertam, eo consilio, vt si eam æquis auribus populus accepisset, qui catholicam fidem egregie conseruabat, capita publica auctoritate proferrent. Sin minus, omnis in Constantio culpa hæreret, sed ea venia digna, quia etiam tum catechumenus Sacramentum fidei merito videretur potuisse nescire: ibi Catholici a Constantio iussi, vt postulata perficerent: haud quaquam se facturos dixerunt, quod ab Ecclesiasticis alienum legibus foret. Quibus Constantius, Atqui mea mandata pro lege habenda sunt, inquit: aut obtemperate igitur, aut in exilium ite. Tum illi, Atqui regnum tuum non est, sed Dei, qui tradidit: vide autem etiam, atque etiam, ne qui dedit, eripiat. *Nam Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.* Effectus sapientiæ sempiterni. *Discedite ab hominibus istis, & sinite illos, quoniam, si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur, si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere eum, ne forte Deo repugnare inueniamini.* Ars igitur diuinæ bonitatis, vt sapientiam homines doceret, ait. *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapiẽtes & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & comptemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destrueret,* Carissima Deo humana sapientia, multisque rebus ab ipso procurata. *Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Gloria itaque spiritus est, quia huius est prærogatiua sapientia, quam amplecti humanissimè, in omnibusque frequentissimè habere tutissimum est. *Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ô Reges Populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.* Quid enim ea siue pręclarius ob altitudinem? siue ob vtilitatem commodius? venatione, & auspicio Reges oblectantur; Imago est illa quidem artis bellicę sed quid delectabilius tantarum suauissima varietate rerum omnibus incredibiliter ciuilis sapientia delectatur? Sex. Aurelius Victor

Matt. 16.

Ad Rom. 12.

Li 6. Imp. Ouid.

1 ad Cor. 3.

Act. 5.

1 ad Cor. 1.

Sap. 6.

De Cæsar.

de Antonino Pio. Hunc fere nulla vitiorum labes maculauit. Vir veterrimę familię, e Lanuuino municipio, ſenator vrbis: adeo æqualis, probiſque moribus, vt plane docuerit, neque IVGI pace, ac longo otio abſoluta ingenia corrumpi: eoque demum FORTVNATAS vrbes fore, ſi regna ſapientiæ ſint. Denique annis, quibus publica egit, viginti, idem manſit, celebrato magnifice vrbis nongentesimo: niſi forte triumphorum expertem ſocordiæ videtur, quod longè ſecus eſt, cum maius haud dubie ſit, neque quemquam turbare auſum compoſita, neque ipſum oſtentandi ſui bellum feciſſe quietis gentibus. Quin etiam maribus fruſtratus, filiæ viro Reipublicę conſultauit. Ille vere igitur Rex, qui fortunas apparatus humani ſpernēs, toto animo in ſapientiam regiam incumbit, immortalia quęrit, aurum, argentū, purpuram ſplendoris Imperij ornamenta neceſſitatis humanæ ſubſidia cognouit; illa vere Regia penetrauit, quibuſnè animis imperatur? quibuſuè vitia coercentur? Sapientia enim ſolum opulenta eſt. *Quia dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus, ſuadeo tibi emere à me, aurum ignitum probatū, vt locuples fias: & veſtimentis albis induaris, vt non appareat confeſſio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas.* Sapientia diues non ſolū, ſed etiam infinita eſt, quibuſnè? innocentia ſine pudore turpitudinis, perſpicentia veri ad intelligendum. *Si diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia?* Sunt enim ſpiritus, non ſenſus opera Regum. *Melior eſt puer pauper, & ſapiens Rege ſene, & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum, quod de carcere, cateniſque interdum quis egrediatur ad Regnum, & alius natus eſt Regno inopia conſumatur.* Ornatiſſime Rex ades præſentibus, futura præuidiſti: copijs locuples, Domi, & foris honeſtiſſimus, eſt enim altrix optimæ conſcientiæ, veręque gloriæ ſapientia, Cuius amore Euangelicus Princeps noſter exarſit.

Apoc. 3.

Sap. 8.

Eccl. 4.

Magnani-

Magnanimitatem cæterarum Lauream esse virtutum. Honores moderate appetendos. Virilis cultus sit. Competitores erudiendos. Fortitudinis præcepta esse. Principem in opera grauissima Imperij continuo laboraturum.

CAP. XI.

SEd possunt nè his aliæ virtutes esse meliores? minimè quidem; sed habent quasdã administras; comitesq; virtutes, mihi vero ante oculos ratione, dignitateq; præstans magnanimitas, quasi laurea gloriosissima cæterarum obuersatur, antiquitus rebus gestis Heroum celebrata, nec solum in primis regia virtus, poetarum versibus decantata, sed etiam fabulis Deorum falsissimorum veterrima ignorantiæ arte, immortalis gloriæ præconis ad memoriam sempiternam consecrata. Cicero. Fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem hę sunt regiæ laudes. Nos verò, qui Deo duce, ipsius voce sapientiæ in Principe Euangelico, Christi virtutes Regias expressimus: nõnè commendemus eam litteris necesse est quam in Christo eximiè viguisse, nec iniuria concessam Regi perspeximus? nam si, vt Aristoteles magnos honores tractat; & vt D. Thom. illos moderatur: nonne hoc munus Regium? Princeps enim pro excelsæ testimonio virtutis honoribus antecellit, nec omnes frustra captat, sat illi supremus, à quo omnis honos amplissimus ducum, Magistratuum & Ciuium se se amplificauit; si fortitudinis pars magnanimitas, quis illo fortior? si fiduciæ comes, quis ardentior? si socia securitatis, quis constantior? neque enim, vt ait Cicero, animi perturbationi, aut homini, aut fortunæ succumbit; si denique fortunis ornatissima esse debet, quis illo locupletior, quem virtutibus, & opibus prępotentem fingimus? Ergo Regia virtus; hæc enim non solum digna Principibus, sed necessaria; his ergo magnanimus Princeps excellat necesse est. Christus verò in illis honorem appetiuit. *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.* Et post. *Pater clarifica nomen tuum; Venit ergo vox de cœlo, & clarificaui, & iterum clarificabo.* Nec semper se contemni voluit.

Pro Deiotaro.

Lib. 2 eth. c. 7.

2. 2. q. 139. art. 3.

L. 1. off.

Ioan. 12.

Ioan. 10. voluit. *Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorũ.*
Luc. 4. Et in illis. *Et duxerunt illum vsque ad supercilium montis super quem Ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum; ipse autem transiens, per medium illorum ibat.* Cum Regulo enim regie. *Dicit ad*
Ioan. 4. *eum Regulus. Domine descende priusquam moriatur filius meus, dicit ei Iesus, vade filius tuus viuit.* Forte, ne cedere, aut vanitati seruire videretur; satis erat miraculo beneficium contulisse, ho-
Matt. 8. noris moduni fecit cum pro Centurione. *Ego veniam, & curabo eum.* Ille Regulus inflatus, Christum in domum suam aduentare desiderabat, Christus suæ conscius dignitatis ne cederet inferiori, nolebat, sed Christus iam iam in domum Centurionis properabat; Centurio se indignissimum existimat, & verè argumentatur: insignis inter Centurionem, & Regulum differẽtia;
Luc. 14. ille inanis, hic sapiens totus, sed verissimè Christus Rex. *Quia omnis, qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur.*
Ioan. 6. Clarius in illis. *Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Qui ergo, vt est à nobis disputatum redemptionis causa, Regno hominum, sibi iure debito se abdicasset, nonnè popularis leuitatis temeritatem, & auram futilissimi honoris auer-
In Panegyr. tisset? Vt Plinius ad Traianum. Magnanimitas fuit expetito semper honore abstinere, modestia cedere, benignitas per alios
Matt. 12. frui. Quanta Christi maiestas. *Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius.* Exhortatur ergo ad exẽ-
Ioan. 13. pla virtutum. *Vos vocatis me magister, & Domine, & benedicitis; sum etenim; si ergo laui pedes vestros Dominus, & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes.* Summum enim honorem personæ diuinæ humana modestia metitus est, ne vanus magister, & Dominus putaretur, seruiens promptè saluti suorum, se verissimè magistrum, & Dominum declarauit. De Ioanne vero Baptista,
Luc. 7. *Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? ecce, qui in veste pretiosa sunt, in domibus Regum sunt.* Vanitatem eorum tacitus reprehendit, qui honoratissimi, vt ipsi arbitrantur, in palatijs Regum stragulis, auroque conspicui, hoc ipso sibi alijs meliores videntur, quod mollius, & delicatius incedunt. Vt Alexander Seuerus Imperium in virtute esse, non in decore. Exterminà ò Princeps a te vilem, & effeminatam turbã; nam, si Cicero inquit se minimè vestibus, auro, argentoq. cælato mutieri, quod his Marcellos, & Maximos multi Eunuchi e Syria, Aegyproque vicissent; Quid Princeps Euangelice iudicabis cum naturali

munditia

munditia elegans, non cultus munditijs, ſed virilis, ac verè militaris, hoc leui honore vſus, contemptis exquiſitiſſimis veſtibus, hos videas ſemiuiros voluptuarios, ſtupidè probiſſimos quoſque velle confundere? Ille enim gemmas viris vſui non eſſe aiebat. Et quis niſi ille impius nebulo. *Homo quidam erat diues,* Luc. 16.
& induebatur purpura, & byſſo. Quid, ſi aliqua opinio prudentię, atque artis acceſſit? *Dilatant enim,* vt ait Chriſtus, *Philacteria ſua,* Matt. 23.
& magnificant fimbrias. Egnatius de Ludouico Pio Imperatore. Lib. 3.
Sanxitque, vt ſacri ordinis homines a gemmis, cultioreque veſtitu temperarent. Et nonnè cum ſtupefactis Principibus Ciuitatis ſummo Populi applauſu exciperetur, exiguæ, modeſtiſſimęque pompæ honorem moderatus eſt? *Ecce Rex tuus venit, ſe-* Ioan. 12.
dens ſuper pullum aſinę. Sed clariſſimè competitores illos pro modo honorum, & intelligentia rerum ſpiritalium erudiuit. *Qui* Luc. 22.
maior eſt in vobis, fiet ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Multi enim falſiſſima honoris opinione decepti, à benefaciēdo deterrētur, nec decere aliud putant, quam alijs vti ad imperandum: ſui ergo intelligens muneris multa ſe ipſo aget, qui, vt ſe ſpiritu miniſtrare, ſapienter intellexit, ſic ſpreta vanitate, quæ bonos aſſidue tentat, ſe ipſo, multa procuratione rerum conſequetur. Auſonius de Gratiano Imperatore. Laudabile eſt Im- In Grat. Actio.
peratorem faciles interpellantibus præbere aditus, nec de occupatione cauſſari: tu confirmas adire cunctantes, etiam querimonijs explicatis, ne quid adhuc fileatur, interrogas. Ergo *ſicut* Luc. 22.
miniſtrator, humilitate enim, patientia, lenitate minor, maior honore, & dignitate Cicero. Vult plane virtus honorem, nec Lib. 3. de Rep.
eſt virtutis vlla alia merces, quam tamen illa accipit facile, exigit non acerbe, ſed, ſi aut ingrati vniuerſi, aut inuidi multi, aut inimici potentes ſuis virtutem præmijs ſpoliant, næ illa ſe tamen multis ſolatijs oblectat, maximeq; tuo decore ſe ipſam ſuſtentat. Pietati concedendum animum. *Venit Joſeph ab Arimathæa nobilis* Mar. 15.
decurio, qui & ipſe erat ſpectans Regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. Pro fiducia illa. *Nolite timere* Marc. 4.
puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum. Et illa. *Quid timidi eſtis modicæ fidei?* Fides enim fiduciam augebat. *Sed & ſi monti huic dixeritis, tolle, & iacta te in mare, fiet.* Solum animus duce Deo diuina ſuſcipi poſſe confideret. *Præcepit ei, ne quid tolle* Marc. 6.
rent in via, niſi virgam tantùm, non peram, non panem, neque in zona æs. Iam pro fortitudine illa præcepta. *Aut quomodo poteſt* Luc. 21.
quiſquam introire in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alli-

gauerit

gauerit fortem? & tunc domum eius diripiet; cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet; sin autē fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Est enim belluarum impetu ferri, viribus audere, non arte; ergo prius tollendus e medio hostis, post auferenda arma, & diripienda suppellex. Luc. 12. *Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.* Qui enim hoc potest, infinitæ virtutis est, & sapientiæ; qui alterum sæpè abiecti, & præcipitis animi; ergo timendus ille, cui resisti non potest: paruifaciendus, qui haud dubie necari potest. Est.n. magni animi mortalia despicere. Magnanimus Tydeus in Statio.

non ossa precor referantur vt Argos,
Aetolumue larem: neque enim mihi cura supremi
Funeris: odi artus, fragilemque hunc corporis vsum,
Desertorem animi.

Quia timenda non sunt humana; suprema ergo terroris diuini extimescenda, præsertim, si quis ad ornamenta se magni animi cohortaretur. Act. 21. *Tunc respondit Paulus, & dixit, quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego enim non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu.* Quare merito ad magnanimos Dei spiritu. Act. 5. *Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & ducens eos dixit, Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.* Sacerdos pro Deo Tyrannidem perfringit. 2. Paralip. 26. *Sed cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusque templum Domini adolere voluit incensū super altare thymiamatis, statimq. ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi, restiterunt Regi, atque dixerunt, non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est filiorū Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium, egredere de sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo.* Fortissima mulier. Esther 4. *Rursumq; Esther hæc Mardochæo verba mandauit, vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Susan repereris, & orate pro me, non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad Regem contra legem faciens non vocata, tradensque me morti, & periculo.* Magnanimitatis alumna libertas. Matt. 3. *Videns autem multos Phariseorum, & Saduceorum venientes ad baptismum suum, dixit,*

dixit, progenies viperarum quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Regie in Tyrannum. *Dicebat enim illi Ioannes non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Nec superioris iustum honorem confiteri veretur. *Veniet fortior me.* Veritatem profitetur. *Respondit ille homo, et dixit eis, in hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos.* Quanto argumento magnitudinis aduersus conuicia. *Nonne hic est fabri filius?* Qui filius Dei erat, & qui contentus minimo sanctissimus, & temperatissimus. *Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorũ.* Et qui Deus homo. *Quoniam Beelzebub habet, & quia in Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia.* Sex. Aurelius Victor de Antonino Pio. Appetentia gloriæ carens, & ostentatione: adeo mansuetus, vt instantibus Patribus ad eos, qui contra eum coniurauerant persequendo, compresserit quæstionem, præfatus NECESSE non esse, sceleris in semetipsum cupidos, pertinacius indagari: ne si plures reperirentur, quantis odio esset, intelligeretur. Summo ergo exemplo magnanimi Principis. *Bonus Pastor animam dat pro ouibus suis.* Et illa. *Omnia tibi possibilia sunt, si vis, transfer calicem hunc à me; Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Quid autem maius? quam summis hominem se animi, & corporis tormentis obijcere? cœdi virgis, affligi grauissimis contumelijs, per ferrum, & vulnera mortem crudelissimam oppetere, crucis affigi patibulo infami? quid Deum ferre iustissimã reuerentiam diuinissimæ personæ contemni, ludibrio, & fabulæ nequissimis esse, voluptati vindictæ tenuissimis? stultissimis argumento superbiæ, & fraudis? magnanimus ergo vltima pericula superauit, hostesque deuicit. Redemptor enim Deus, Rexque homo glorioſissimus, cum ipso nutu, orbem tremefacere, & delere potuisset; pro communi salute arbitratus, dignissimum Redẽptore Rege, homine opus, se se deuouit: ergo, si tibi chara dignitas, ó Princeps, multo sit charissima boni publici salus cõmunis, impressa Christi vestigia intuere, nõ in blanditijs voluptatũ præsentium, sed in animi robore, in solida gloria, pro hac, noctes, diesque incubare, necesse est, si opus sit ad memoriam æternitatis, tanquam in ara mori virtutis. Nam, & Imperator ille Romanus aiebat; Imperatorem stantem, mori oportere, scilicet cõsulentem, administrantem, studioſissimum armorum, & Togæ, animam in ipsa opera Imperij exhalaturum. Sex. Aurelius Victor de Marco Antonino Philosopho. Tantumque Marco sapientiæ, lenitudinis, innocentiæ; ac litterarum fuisse, vt is

Mar. 6. Mar. 1. Ioan. 9. Matt. 13. Luc. 7. Mar. 3. In Epitome. Ioan. 10. De Cæsaribus.

Marcomanos, cum filio Commodo, quem Cæsarem suffecerat, petiturus, philosophorum obtestantiũ turba circumfunderetur; ne se expeditioni, aut pugnæ prius committeret, quã sectarum ardua, & occulta explanauisset. Ita incerta belli eius salute doctrinæ studijs metuebantur: tantumque illo imperante floruere artes bonæ, vt illam gloriam etiam temporum putem. Legum ambigua mire distincta; vadimoniorũq; solẽni more remoto denunciandæ litis, operiendæque ad diem commode ius introductum.

Mat. 8. Tu facilius hæc, si quidem Christus Dux, tu signifer. *Tollat crucem suam, & sequatur me, & qui non baiulat crucem suã, & venit post me, non potest meus esse discipulus.* In te vno omnium honos, vitaque consistit; felix, faustusque, qui tantos, parens patriæ prudẽtię gremio, & pietatis, amplecteris.

Iob. 31. *Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens, & librũ scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi? per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi principi offeram eum.* Euangelicus verè, qui in cruce regia multiplici, domi, & belli, non tam splendorem dignitatis, quam plurimis noxium, quam grauissimi muneris profundum pondus omnibus frugi sustulisti.

Apoc. 3. *Ecce venio cito, tene quod habes: vt nemo accipiat coronam tuam.* Quibus, si nondum extrema manus accessit; quisquis eris, mihi de bona mente gratulare, parce cęteris; ipsa enim me pietas, miro amore, non iuuenilis ardor scientiæ, quæ in me nulla est, ad tantum opus inuitauit, solum hoc molestissimo me dolore angit, & cruciat; Christum Optimum Maximum, de quo optimè solus Spiritus Sanctus scripsisset, nec pro humanæ mentis humili sanè intelligentia præstanti; me peccatis męrentem dicere potuisse. Si per te, ò Christe Domine, honestissimam libertatem obtinuero, principis tui opus absoluam.

LAVS DEO, DEIPARÆQ; VIRGINI, SANCTO AMBROSIO, ET SANCTO CAROLO.

INDEX RERVM.

A.

Abel Princeps. pag. 364.
Acceptio personarum contraria iustitiæ distributiuæ. 177.
Ad honorem pertinet 178.
S. Acholij miracula contra Gothos 122
Adolescens bene educatus magni fit. 246
Adolescentia bene morata optimæ spei. pag. 234
Adoratio interna, & externa. 123
Fructuosa est. ibid.
Aetas prima sapientiam gustet. 235
Eiusdem ætatis exercitationes. 238
Agapitus constituitur. 290
Agesilaus iustitiæ studiosissimus. 204
Agricola clemens, seuerus, prudens. 212
Domum suam coercet. 260
Patientia claruit. 322
Eiusdem, et Domitiæ mira in matrimonio concordia. 220
Agricolas bonos, & fortes esse. 263
Agriculturæ præcepta. 262
Alcibiades prodigalitate ciues abalienauit. 259
Alexander Seuerus Optimus Princeps propter optimos consiliarios. 109
Fumo punit fumi venditorem. 173
Hortatur populum, vt accuset magistratus 201
Laboriosus in imperio. 362
Prudens. 369
Liberalis. 281
Idem Principem dispensatorem appellat. 371
Eiusdem parsimonia. 317
Magnanimitas. 403
Exercitus lectissimus. 402. & 403
Inuitos in Rempub collocat. 384
Alexandri Macedonis res gestæ. 304
Eiusdem ordo imperij. 176
Alexius Comnenus pauperes amat. 283
Sacra ritè tutatur. 138
Ambitio pernitiosa Reip. 383
Vituperatur. 358
D. Ambrosius timore seueritatis cohibuit Theodosium. 210. & 211.
Augustinum sacro fonte lauit, a quibus alternatim ex tempore Te Deum laudamus. 115
Legatus Imperatoris pupilli
Amor necessarius in omni imperio. 238.
Amor solum debeatur. 198
Eiusdem affectus liber. 333
Anastasius Imperator propter hæresim ictus fulmine. 145
Angeli prouinciarum mundi nomine populorum Christum Regem acclamauere. 14
Angeli fautores mortalium. 228
Angeli Puerorum quare semper videntes faciem Dei. 241
Anguis prudentiæ signum. 369
Anna viduis exemplo est. 230
Animus hominis modo Rex, modo Tyrannus. 203
Arma desiderat. 394
Antoninus Pius Princeps sapientissimus. pag. 456
Imperator temperans. 273
Memoriam impietate constituit. 283
Anus, ne sint criminatrices, ne vino seruientes. 226
Apostolos laborare potius, quam accipere voluisse. 279
Apes sub Rege liberæ. 331
Arcesilaus vere liberalis. 283
Arces retinendæ. 396
Areopagus perfectus moribus. 328
Ciuium vitam iudicabat. 300
Vt armis, sic caussa vincendum. 407
Ars artium hominem regere. 100
Ars militaris propter malitiam hominum necessaria. 391
Artis militaris finis victoria. 396. & 397
Eiusdem Ordo. 398
Artaxerses Persarum Rex clemens. 212
Asserus gratus. 368
Athenarum decretum Obliuionis. 195
Attila Martis gladio potitur. 392
Auarus quis. 286
Auaritia Rempublicam labefactat. 186
Quare simulacrorum seruitus. 138
Augustus, agente diuina prouidentia propter Christum nomen domini recusauit.

fauit. 15
Augusti Romanũ. Pop. venerabãtur. 379.
Aurelianus Imperator propter iustitiam gloriosissimus. 170
Eiusdem disciplina perfectissima. 401
Autoris votum. 442

B

Baptisma introitus ad reliqua sacramenta. 115
Barnabas Apostolus coli noluit. pag. 136
Bellorum multæ causæ. 388
Bellum a peccato inductum. 389
Ob nomen violatum indicendum. pag. 405
Blasphæmia varie accipitur. 141
Boethius iustitiæ defensor. 200
Prouinciales defendit. 316
Commoda populi procurat. 373
Bonitas Romanorum. 174
Bonos rogandos esse, vt velint gubernare. 78
Bonus sibi solum honesta licere arbitratur. 344
Bonus talis videri desiderat. 97

C

CAim Tyrannus. 364
Calisti Pontificis mirum votum ante Pontificatum. 131
Cælibatus statu Dei amore perfectus. pag. 221
Capua libidine infamis. 358
Carolus Magnus docuit Imperatores iurare se Ecclesiam defensuros. 110
Filias lanificium exercere iubet. 230
Pauperes honoratos alit. 303
Catilina propter æs alienum in patriam coniurauit. 259
Causa honorat, non materia. 399
Causæ dignæ Pontifice. 187
Centurio egregie argumentatus. 400
Charitas forma virtutum. 429
Charitas apex Christianæ virtutis. 306
Propter bonum publicum prima Regum virtus. 415
Charondas legislator corruptores iuuentutis perdidit. 300
Christiana Ciuitas grex Dei. 86
Eadem definitur. 336
Affluat virtutib. 336
Aequissimo modo gubernanda. 292. & 293
Christiana Respub. mediocritate gaudet, quia optima. 288
Christiani ciues Christi discipuli. 294
Christiani discipuli Christi. 293
Iidem boni diuersatores rei familiaris, non Domini. 280
Innocentissimi. 64 & 65. & 67
Christianorum primorũ liberalitas. 279
Christianorum propria paupertas. 275
Horum Iudex Christianus sit. 182
Christianus populus gens regia, & aurea. 60
Christianus quomodo erga diuitias animatus. 272
In Christo glorietur. 55
Christianus exercitus lancea Domini victor. 159
Christianos erubescere debere minime, vt priuatam, & caelestem sic a Christo salutem publicam discere. pag. 6
Christianum nomen vitio perdi. 148
Christus homo propter euidentissima humanitatis indicia. 7
Multo frequentiora acta humanitatis, quam diuinitatis fecit, vt verus homo, vt erat, videretur ead.
Christus Deus ipse dixit. 8
Consubstantialis patri quia Deus. 9
Homines doctrina exemploque restituit. 9
Christus Rex homo ratione humanitatis. pag. 10
Idem Rex homo diuinis scripturis, famaque gentium continebatur. 11. & 12.
Idem Rex homo declaratus, facta inscriptione trium linguarum, quibus vsæ gentes, quæ imperauerant, vt a potentissimis imperijs Rex afferaretur. 13
Christus hoc est vnctus ad sacerdotium, & imperium. 13 & 14

Eiui-

Index Rerum.

Eiusdem nomina Saluator, Redemptor, Iesus, non solum ob alias causas, sed quia optimus Princeps. pag. 14 & 15.
Christus frequentissime Iesus dictus, quia ipse nomen charitatis non claritudinis affectauit. 16
Quare appellatus Nazareus, & quare sua ciuitas Nazareth. 17
Se filium hominis propter humilitatē dictitauit. 17
Christi nomine sæpius se propter significationem Regni Christus abstinuit. 18
Eiusdem principatū recepisse influentiam ex diuina virtute. 17
Christus Pastor quia Rex. 20
Idem Dux, Pastor, Rex, Agnus. 21
Se Regem fassus est. 22
Idem ratione humanitatis Mundi Rex, quia mundum liberauit. 23
Christus Rex homo, quia ipsius imago Melchisedech. 24
Soluit tributum, ne scandalizaret, nō quia erat obligatus. 25
Quare idem in actione regia vsus Asello. 26
Idem Rex mansuetus, ideſt Rex homo. pag. 27
Legislator, & Iudex. 28
Coronam ciuicam meruit. 31
Christus Romanus apud Orosium. 30
Acclamatus Rex, pompam Redemptoris humilitate moderatus. 38
Regnum suum minime de hoc mundo esse dixit, quia inerme Regnum sine vindicta erat, & propter alias causas 40
Nihil non egit propter finem redemptionis humanæ. 37
Semper potissimas Redemptoris partes sustinuit. 40 41. & 42
Omne genus imperij obtinuit. 26
Idem clementissimus. 213
Seuerus. 210
Ordinario iure de Adultera iudicauit. 192
Regnum repudiauit. 43
Idem Redemptoris, & Regis dignitatem defendit. 43
Christus, si non incarnatus fuisset propter redemptionem, propter Regnum in statu integræ naturæ incarnatus esset. 46
Se similiter gessit in diuinitate demonstranda, ac in Regno ostentando. 45
Tyrannum deleuit. 54
Se ipsum sacrificauit. 111
Christus Pontifex Optimus Max. 111
Idem hostia æterna. 112
Immunis à tributo. 161
Petrum honorat. 239
Idem Magnanimus habuit rationem suæ dignitatis. 428
Propter magnanimitatem imperium repudiauit. 432
Idem parum idoneo tempore ad Redemptionem minime Rex videri voluit. 18. & 40
Eiusdem clementia argumentum liberandi populi Hebræi. 212. & 219
Oratio magna. 119
Eiusdem corpus species significant, & vere continent. 111
Christus omnia religiose fecit. 150
Eiusdem exemplum pro bono publico. pag. 310
Idem prudens, & sincerus. 370
Optime ambitioni medetur. 381
Pacem bello constituit. 391 & 392
Eiusdem Regnum spiritu, & sensu inter discipulos erat. 21
Christi finis Redemptio humani generis. 32 & 33
Eiusdem media ad finem in quadrupla differentia. 34 & 35
Christus vere regio exemplo prophanos eiecit. 37
Christum alia egisse, vt Deum regem alia, vt Regem hominem. 19 & 20.
Eundem propter imbecillitatem spiritus discipulorum, Regnum suum humanum occultasse. 21
Docuisse mysteria, & in passione coronatum, vt discipulorum ambitionē extingueret. 22

Causam

Index Rerum.

Causam Adulterę iure Regis hominis, & iure Regis Dei cognouisse. 23
Eundem, populus Spiritus sancti instinctu Regem acclamauit. 24
Christum totum Euangelica res desiderauit. 44
Christum Deum Regem, & hominem regem Diabolus expertus est. 20
Eundem in iudicio Adulterę partes Redemptoris expleuisse. 31
Salutem hominum asseruisse. 53
In Christum tumultuosissime iudicatum. 191
In Christo solum species optimi Principis Christiani consideratur. 6
In Christo potestas excellentiæ. 27
In Christo omnis gratia. 28
Ex Christo, & Maria flos imperij, securitasq; 125
Cingulum titulus dignitatis. 88
Insigne regium. 89
Varię accipi. ead.
Ciuis bonus est dignus imperio. 328
Ciuis, & serui differentia. 332
Eiusdem virtus propria. 332
Ciuis, qui diligit Principem obediens est. ead.
Ciues pro Principe moriantur. 565
Ciues boni consanguinei Christi. 169
Ciues Christiani Christi discipuli. 294
Ciues boni, & consiliarij, non malitiosi, non turbulenti. 295
Ciues beati qui. 299
Ciuitatis liberæ imago. 302
Eiusdem nomen securitas, potestas, acta. 337
Claudianus fedissimus Adulator. 157
Christianis gloriam inuidet. 158
Claudius Imperator incredibiliter amatus. 332
Clauis insigne potestatis, scientiam significat. 425
Cognitio causarum publicæ personæ est. pag. 183
Colloquia praua fugienda. 241. & 243
Conarus Rex Scytorum propter nimia tributa regno priuatus 313. & 314.
Coniunctio potissima cum Repub. 174
Consiliorum multorum salus. 107
Eadem necessaria. 104
Ijsdem Regna firmari. 107
Constantinus M. nota passionis vsus. pag. 124
Felix propter religionem. 108
Lege Idololatras punit. 134
Miraculo vincit. 157
Ecclesias iussit ædificari. 114
Ante prælium orat. 121
Idem iustissimus. 166
Reipublicæ Magistratus edicto coercet. 200
Licinium seuere punit. 220
Vxores communes sustulit. 223
Eleemosinarias leges tulit 284
Annua tributa remittit. 315
Eiusdem exemplo à religione capienda primordia imperij. 72
Constantius Chlorus dignus religione Christiana Imperator. 274
Melior Diocletiano, & Maximiano. pag. 417
Opes priuatorum plusquam fiscum amat. 335
Diocletianum imitatur. 379
Constantius Imperator deterrimus. 420
Copiæ salutares virtute. 336
Corona insigne regium, clamys, sceptrũ. pag. 333
Corona ciuica minime aurea. 367
Coronæ multiplices. 398
Correctio Christiana solemnis. 241
Corpus humanum Reipub. simile. 305
Cupiditas imperij infinita. 94
Custodia armis, & animo constat. 393
Cyneas quid de Romanis senserit. 77
Cyrus Maior parens patriæ. 316
Cyrus qualis apud Xenophontem. 5

D

Daniel annunciauit futura. 355
Dauid, Ezechias, & Iosias boni Principes, reliqui mali. 355
Dauid Ecclesia celebrat propter mansuetudinem. 214
Imperium veritus est. 102
Quare secundum cor Dei. 204
Mediocritatem expetit. 289
Gratus. 368
In saltando religiosus. 124
Eiusdem patientia. 195

De

Damones adiurandos. 127
Defensores Ciuitatum sine ambitione legendi. 384
Detractio publica, & priuata prohibetur. 202
Deus Regum imperium tolerabile, & moderatum legibus effecit. 82
Custodit pusillos. 179
Iusti sanguinis vindex. 189
Clementissimus. 190
Idem auertat Principes pueros. 272
Obsecrandus pro populo. 320
Et pro imperio. 321
Deus discordiam acerrime punit. 386
Auaritiam odit. 282
Pijs militibus fauet. 401
Pauperes tegit. 286
Bello peccata vindicat. 389
Eiusdem imago in spiritu. 161
Clara eiusdem visio summum bonum. pag. 376
Deo, & Tyranno seruire nemo potest. pag. 413
Deo autem, & Regi seruiendum est. 414
A Deo omnis potestas. 318
A Deo imperium immediate acceptũ. pag. 411
A Deo propter peccata Principis populus punitur, exemplis demonstratur. 412
Ab eodem Hæbreorum ordinata Resp. pag. — 106
Diabolus serpens. 58
Primos parentes decepit. 218
Diocletianus sapientissimus. 379
Disciplina militaris ius imperij præscribit, ideo seuera. 400
Vitijs corruit. 401
Huic perniciosa auaritia. 402
Discordia perniciosa Reip. 387
Dispensator fidelis beatus. 290
Dispensator seruus quis. 371
Diuites serui diuitiarum. 268
Diuitiæ vitia alunt. ead.
Diuites incuriosi. 275
Aliqui boni. 271
Diuitibus, qui pecunias adorant non licet intrare in Regnum Dei. 268
Diuitiæ sint vsu communes, propriæ dominio. 277
Cymonis, primorumq; Christianorum exemplo probatur. 278. & 280
Eadem instrumenta propter salutem. pag. 280
Diuitias non renuntiandas, sed affectus. pag. 281
Quæ veræ sint diuitiæ. 277
Oprimæ propter eleemosynam. 283
Doctrina ciuilis exemplis, & rationibus tractanda est. 5
Doctrina huius operis optima est, quia humana propter facultatem, & diuina propter rationem. 6
Doctrina legis gratiæ politica, exemplo Christi firmatur. 74. & 75
Dolus Vicarius intelligentiæ. 369
Domestica res ad publicum refertur. 260
Dominationis nomen durum. 87
Dominus quia maior melior. 256
Dominus seruos, vt carnales, & spirituales moderatur. 255
Dorca quare à deo laudata. 287

E.

Ecclesia Tycinensis acris pro vidua. pag. 180
Ecclesiæ turbatores plectendi. 146
Eleemosina præcipitur. 183
Eadem redimitur pudicitia ex D. Ambrosio. 285
Eleemosina pauperes, & diuites æquat. pag. 287
Firmat imperium. 282. & 286
Salutis ara. 287
Elymas Magus à Paulo punitus. 140
Emmanuel Lusitaniæ Rex in Regno sollicitus. 368
Euangelicum nomen contra inuidos, & hæreticos ab autore vindicatum, & receptum. 3
Exemplum in Principe necessarium. 205
Exempli boni vis. 155
Exercitatio militaris necessaria. 393
Exomologesis quid sit. 116
De Extrema vnctione. 119

F.

Facilis educatio. 234
Fama ex conscientia nascitur. 307

Fames ferro atrocior. 402
Familia seruis componitur. 250
Eadem imago Reipub. 258
Familiarium habenda cura. ead.
Felix auaritissimus. 181 & 182
Fidelis, & prudens, qui amat, & prouidet. 370
Fides vera firmat imperia. 145
Fides militaris. 156
Filius patrem colat. 231
Generosus quis. 236
Filius verus patrem obseruat. 232
Filius seculi turpia cum honestis confundit. 347
Filius lucis liber vere est. 348
Filiorum alimenta praferenda sacellis. pag. 249
Finis Reipub. 301
Fortitudinis præcepta ex magnanimitate. 440
Fraus amouenda. 199

G.

GAllus Imper Romanũ imper. propter ambitionem violauit. 383
Genus humanum propter Christi amorẽ vnum. 56
Gladius bellum significat. 391
Gladij potestas cuæ sit. 209
Gloria vera qualis. 308
Gratia Reipub labefactat. 169
Gratia fructuosissima. 337
Gratianus Imperator magnanimus. 439
Auidior firmandi impetij, quam dominandi. 102
Abstinens vt Sacerdos. 274
Traiano maior. 287
Argumenta tributorum incendit. 215
Græci in quibus deliquerunt. 50
Superstitiosi. 136
Eorum leuitas. 137

H.

HEbræi in quibus deliquerunt. 50
Ijdem Idololatri. 133
Quare dispersi. 188
Ipsos, regnum stolide desiderasse. 81
Hæresis quando verbis committatur. 2
Hæreseos rabies. 156
Hæretici anathemate feriendi. 144
Minime Christiani appellandi. 145
Hæreticos Christianis semper appellationes suas eripuisse. 3
Eosdem minime Christianos, sed ab errorum autoribus nominandos esse. ead.
Henricus Imperator Conradum Saliquũ propter virtutem legit. 382
Henrici II. Angliæ Regis pœnitentia. pag. 117
Herodes propter fœminam impuram Tyrannus. 424
Propter auaritiam perijt. 375
Consumptus à vermibus. 335
Hiero Rex dispensator. 370
Homerus Regem Pastorem appellat. 364
Homo a Christo renouatus. 57
Animo, & corpore restitutus 63 & 64
Idem impulsu ambitionis imperare desiderat. 92
Creatus, vt imperaret. 217
Homini data omnis generis sapientia. pag. 64
Homines absque lege gratiæ nimium debiles ad bene agendũ fuisse 47 & 48
Ijdem vitæ actionibus cognoscuntur. pag. 414
Eorumdem summa malitia. 129
Honestas prima laus hominum. 244
Honos alit virtutem. 268
Minime petendus. 100
Eiusdem vera ratio. 439
Hostis in cõfessione magna victoria. 404
Hypocrisis via ad Tyrannidem. 420

I.

IDola sordes esse. 133
Idololatria Religioni contraria. 132
Idolothyta minime edenda. 139
Qui comederunt distinguuntur. ead.
Iezabel impia. 200
Imperandi summa libido. 389
Imperandi, & seruiendi similitudines. pag. 250
Imperator verus quis. 382
Idem non minus suarum, quam hostilium rerum æstimator. 404

Eiusdem imago in ære 161
Impp. minime hæreticos Christianos dici voluerunt. 3
Impp. clementes beati. 215
Eosdem felices esse religione. 108
Imperium infinitum quale sit. 105
Idem parendo discitur. 297
Imperium regium Aeconomicum. 370
Imperium merum quid sit. 209
Imperium depositum est. 371
Idem nemo bonus petit. 385
Idem assiduitate gerendum exemplo Vespasiani & Antonini. 441 & 442.
Imperium Domini in seruos infimum. pag. 250
Imperium hæreditarium præceps. 397
Imperij excidia populorum vitijs præuidentur. 355
Eiusdem vsus ad prudentiam pertinet. pag. 343
Eiusdem præsidium in religione. 109
Contemptor delinquit. 319
Imperij genus viri in vxorem regium. pag. 220
Parentis in liberos regium. 237
Imperia exterorum, natura odiosa, facienda sunt arte amabilia. 177
Imperia deteriores ambire. 84
Eadem viris, & viribus stare. 378
Cum imperio calculus ponendus. 402
Apud impios quanuis Reges nec edendum quidem. 144
Impius audaciſſimus. ead.
Infideles auari. 281
Ioannes Apostolus Cynopem magum oratione in mari submergit. 140
Idem Pathomitas adorantes se repulit. pag. 137
Ioannes Baptista Tyranno infensus. 424
Iob patientiſſimus. 143
Benedictus propter patientiam. 287
Ioseph Indiæ Rex legis gratiæ progressu optimus princeps. 72
Ioseph fortunæ origo. 373
Exercitatus in Aeconomicis. 260
Ira absque peccato bona. 214
Ira detestabilis iuuenile vitium. 214
Iracundia opponitur iniusto. 233
Iudas fur. 197
Idem damnatus Maiestatis. 196
Iudex defensor dignitatis. 107
Boni Iudicis partes. 186
Eiusdem grauitas, & mo destia. 190 & 191.
Iudicum potentia à Deo ordinata. 81
Iudicium iustum quale sit. 184
Iugum seruile propter vitia. 157
Iulianus Augustus templum Ierosolimis reparare non potuit. 114
Iulianus Augustus iustiſſimus. 204
Iulianus propter blasphemias miserrime obijt. 145
Iuramentum religiose colendum. 125. & 126.
Non iurandum per Christum. 126
Iurare non licet semper. ead.
I. C. odijs hominum pascuntur. 181
I. Consultorum error, qui composuere codicem Iustiniani. 216
Iustinianus priuiligia Xenodochijs irrogat. 283
Idem, & Theodora Augusta in offerendo religiosi. 112
Iustitia Rempublicam ordinat, comes religionis. 160
Salutaris. 170
Merita, seu honore, seu vtilitate remunerat. 163
Rempub. conseruat, vitia vindicat. pag. 204
Improprie accipitur. 202
Iustitia commutatiua in priuatis. 161
Distributiua in publicis. 167
Commutatiua Arethmeticam, distributiua Geometricam sequitur. 162
Iustitiæ summa. 161
Eiusdem opinio causa imperij. 203

L.

Laborandum propter multas causas. pag. 197
Legati sacrosancti sunt. 406
Leo Pontifex Carolum Magnum consecrat. 333
Lenitas tuetur seueritatem. 91
Lex gratiæ politicam perficit. 47
Impulsu amoris gubernat. 293 & 294.
Naturam adiuuit, & optimam politicæ rationem inuenit. 49

Eadem propter bonos mores, quos efficit à barbaris accepta est. 57
Summi boni Reip. effectrix 61. 62. & 70
Regnum Dei appellatur. 66
Propter Spiritum sanctum virtutem Christianam corroborat. 68
Principem Euangelicum peperit. 70
Lex quibus sanciendæ sit. 79
Lex gratiæ Assirium Antonium. 88
Eiusdem mirabilia. 58 & 59
Eiusdem diuinus status perfectissimam politicæ formam desiderat. 61
Lex vestiaria. 208
Lex Inuli barbara pro parentibus 248
Lex Græcorum in prodigos. 259
Lex Orchia Romanorum cõtra sumptus. pag 274
Lex Fannia seuerior Orchia. ead.
Lex licinia à Romanis libentissimè accepta. ead.
Lex non sinat parentes in liberos sæuire. 249
Legis præmia. 299
Legis Didiæ ferendæ causa. 274
Lege diuiduntur manubiæ. 397
Leges humanæ commutabiles. 378
Eædem formæ Reipub. 337
Leges non tam punire, quam ne peccetur efficere debent. 212
Legum vindicta est. 212
Liberi accurate educandi. 240
Præcipue bono exemplo mouendi. 241
Libertas fundamentum imperij. 331
Libertas propria finis. 330
Charitate circumscripta. ead.
Libertas gratiæ naturam constituit. ead.
Libertas carnis insana. 319
Libertas ad agendum recta ratio. ead.
Eiusdem definitio. 322
Licentia peccandi pestifera. 347
Litteræ regiæ quæ sint. 423
Luciter Christum, & Adam tentauit. 141
Lycurgus potestatis moderatione Regni salutem statuit. 105

M.

Machiauelli errores notantur. 346
Machiauellus Hypocrisim docuit. pag. 421
Confutatur. ead.
Merouingij à Francis salutati. 374
Magicas artes omnino reijciendas contra I. C. 141
Magistratus mandandi virtutis causa non beneficij. 166
Eiusdem, & Principatus recta ratio. pag. 97
Ijsdem obediendum, vt sui muneris rationem reddant. 326
Magnanimitas laurea virtutum. 437
Principi necessaria. ead.
Magnanimus se abstinet honore, vanitate que. 438
Magnanimus, fortis, liber, veretur superiores, conniuentibus parcit. 440
Maiestas sacrosancta. 323. & 324
In Maiorano Augusto virtutes pauperum demonstantur. 277
Malum bono vincendum. 322
Mansuetudo iram moderatur. 214
Eadem comes virtutum. ead.
Marcus Antonius Philosophus pene diuinus. 212
Fama suæ curiosissimus. 352
Victor propter orationes Christianorum. 322
Male filium educauit. 237
Marcus P. Cato T. Flaminiũ Senatu mouit. 424
Maria Virgo vrbanitatem obseruat. 238
Maria contemplatur, Martha ministrat. pag. 261
Maria Magdalena vnxit caput Christi, vt Rex Deus, pedes, vt Rex homo intelligeretur. 27
Marcus mulieris magister est. 235
Martianus Imperator pius. 145
Matrimonij Sacramentum magnum. 208
Eiusdem Status necessarius. 211
Mensura tempus est. 390
Mensura vna grata familiæ. 373
Messias idem est, ac Christus. 16
Milites impuri, imbelles, & meticulosi. pag. 403
Milites benefice stipendijs alendos. 402
In eosdem seuere animadvertendũ. 403
Moyses solum iustitia armatus. 200
Populi amantissimus. 374
Pater amore efficitur. ead.
Moyses bene precatus Reipub. 321
Eiusdem benignitas. 195

Mulier

Mulier viro obediat. 219
Sileat in Ecclesia. 224
Ne fucata sit. 226
Primas animo det. 227
Mulieri saltare turpe est. 227
Eidem comas alere naturale est. 226
Mulieres velato capite orare debent. 227
Vmbræ natæ. 261
Solicitæ. ead.
Earumdem vestitus ornatus. 226
Virtutes. 229
Munera pro dignitate distinguenda. 167
Musica ludus primæ ætatis. 246

N.

NAsica prudentissimus. 380
Natura corrupta idonea ad recte faciendum. 52
Naturæ vltricis impetus. 293
Nerua imperator præstantior Numa. 280

O.

OFficia obseruantiæ. 240
Officia militum limitaneorum. 396
Olympius blasphemus Arrianus seuerissime punitur. 143
Operas militares imperandas tubicinæ. pag. 398
Optimates qui. 106
Opus hoc altissimo Christi exemplo, summisque argumentis legis gratiæ cõpositum. 6
Orandi modus sanctus. 120
Ordo in Repub. 301
Otium loquax. 230
Otium honestum finis Reipub. 272
Otiosum quid. 245

P.

PArens non inuideat liberis. 130
Parentes aliquando Tyranni. 247
Eorum fructus liberi. 236
Parentes boni, mites. ead.
Thesaurizent filijs. 248
Parentes impij fratres imparesque nimium faciunt ex D Ambrosio. ead.
Ijdem similes Aquilis. ead.
Parentes immanes. 249
Parentes impij gaudent peccatis filiorum. pag. ead.
Ijsdem obediendum. 129
Partes propter totum. 314
Partes Autoris sunt de Christi exemplo, doctrinaq; vt ad erudiendum Principem pertinent dicere. 6
Pastoris officia communia Principibus. pag. 364
Pater familias bonus, quare bonus Princeps. 262
Patres in Niceno filium consubstantialem patri, formula tenuisse. 9
Patres in ordine ad Deum amandi. 231
Pater Princeps familiæ. 232
Ne filium desperet. 233
Pater familias exemplo suos bonos efficit. 264
Sustentet suos. 265
Eiusdem finis. 257
Officia. 263
Patientia animos possidet. 223
Paulus Apostolus diuinos honores repudiat. 136
Reges magni fecit. 334
Pauperes meliores diuitibus ad gubernandum. 275
Pauperes spiritu in vtroque regno beati. pag. 276
Pauperem liberare, Christum liberare est. 287
Pauperes stipendia non solunt. 310
Paupertas probro habita ruina Imperij Romani. 276
Alit virtutem. 275
Paupertas turpis quæ. 305
Pax quanti facienda. 393
Multis rebus fecura. 396
Iustitiæ portus. 416
Eiusdem securitas in armis consistit. pag. 394
Pax terrena ad Deum ordinata. 395
Pestifera amputanda. 207
Petrus, & Paulus cum Simone comendunt. 140
Petrus Princeps fuit Apostolorum, quia Christum Deum Regem tunc temporis confidit, nam cæteri tantum hominem Regem existimabant. pag. 21
Philippus Augustus Gallorum Rex Gelbergam recipit. 117
Philippus Imper. propter scelera ejectus ab Ecclesia. 120
Philippus Augustus Francorum Rex, optimus

timus princeps. 237
Phocion pauper electione. 271
Pilatus cum Christo de regno contendit. pag. 22
Placilla Augusta Eleemosinaria. 285
Platonis error confutatur. 223
Eiusdem hæresis refutatur. 277
Plausus propter virtutem Principis bonus est. 334
Plotina Augusta Traianum coniugem reprehendit. 335
Poesis turpis reicienda. 243
Pictura turpis etiam. ead.
Picturæ fructus ad virtutem. 244
Politica libera qualis sit. 250
Pompeius glorioſus. 322
Populus tanti quanti Princeps. 323
Populorum infinitæ clades propter vitia. pag. 102
Potestas dispensandi solum penes principem.
Potentiæ cupiditas effeminat. 92. & 93
Potestas bonum principem requirit. 319
Potestas omnis obnoxia iniurijs. 232
Potestas corporis communis vxori, & viro. 221
Præcessor qui est; quomodo sicut ministrator. 91
Præmium multiplex. 164
Princeps Euangelicus appellatur, quia Christum Regem imitatur. 1
Euangelicus propter virtutem, sed propter Hæreticos Catholicus dicendus est. 2
Euangelicus idem est ac Christianus. pag. 4
Idem in gradu supremo virtutum. pag. 108
Vnctus spiritualiter. 103
Eiusdem in suaue iugum. 359
Princeps in conscientiæ Theatro regnet. pag. 327
Amandus summopere. 328
Propter plausum minime superbus. 334
Propter virtutem constantissimus. 335
Rempublicam format. 322
Magister populi. 351
Exactor operum publicorum. 363
Futura præuideat. 356
Præstans perpetuitate. 336
Pater patriæ. 370
Dei seruus. 371
Ciuium cognitor. 367
Pro ciuibus moriatur. 365
Idem Dei minister, lux mundi. 342
Charitate abundet. 374
Probatus ex Ambrosio. 373
Quomodo beatus. 376
Multa sibi proponat. 378
Legibus tenetur.
Rei militaris studioſissimus sit. 392
Armatus non tunicatus. 393
Nemini parcat, nisi salua Repub. pag. 406
Floret virtutibus. 416
Princeps optimus fingendus magnanimus. 437
Magnanimus vitam dat pro ciuibus Christi exemplo. 440
Idem tota Respublica. 427
Imperij instrumentum conficiat. 423
Actioni penitus deditus sit. 423
Cum Christo imperium gerit. 71
Cognitor naturæ humanæ. 109
Obediat Ecclesiæ. 109
D. Petri doctrinam tueatur. ead.
Bonus publica vindicat, non priuata. pag. 195
Princeps iustus, facilis, dispensator, & seruus. 165
Quomodo vindex. 210
Ne peccetur efficiat. 209
Idem bonus liberis, Respub. prouideat. 237
Princeps Christianus in quibus ab infidesi distinguitur. 78
Princeps bonus pastor. 85
Reipub. seruit. 88
Idem bonus contemptor dignitatis. pag. 92
Propter Christi exemplum, & propter virtutem summam vnus esse debet. pag. 76. & 77
In Salute ciuium procuranda Christum imitetur. 47
Princeps omnium ara est. 295
Virtuti Reipublicæq; addictus. ead.
Virtutis artifex. 301
Princeps insipiens ruina Reipublicæ. pag. 416

Princeps bonus omnibus placet. 352
Principis est bonos facere ciues. 325
Eiusdem bona voluntas diligentia, & virtute demonstratur. 352
Eiusdem beatitudo in actione consistit. 375
Eximia bonitas. 378
Eiusdem sapientia in agendo versatur. 422
Virtutes. 417
Eruditio virtutis seueriſſimæ est. 73 & 74.
Principis sapientia vniuersalis, Auiti Augusti, & Caroli Magni exemplo demonstratur. 426
Eiusdē virtutes in Pastore descriptæ 367
Eiusdem moderatio facilem reddit imperij administrationem. 80
Principis boni finis bonum publicum. pag. 85
Eiusdem maximum onus. 25
Eiusdem humilitas de proprio iudicio. 96
Effecta. 25
Principis est offerre Deo munera. 112
Principis optimi esse consortem desiderare, ex Augustino. 105
Principis est accusare improbos. 185
Principis donum solicitudinem esse, ex Paulo. 361
Principis stulti est non audire. 352
Principis boni, & ciuis eædem artes. pag. 297
Eiusdem sapientia vita Reip. 434
Principis eleemosina magna non imposuisse tributa. 312
Principes prudentia mortalium salus. pag. 325
Eiusdem partes priuatæ, & publicæ. pag. 266
Principi tributa debentur. 309
Eidem quandoq; obediendum perfectionis causa. 325
Eidem gaudenti animo obediendum. pag. 327
Principi bono paucissima licere, honestū solum expedit. 346
Eidem lege gratiæ erudito, quæ potissimum dentur. 73
Principes Pastores. 351
Principes qui beati. 93
Ijdem boni temperantes. 266
Principes vere Christiani popularis commodi studiosi. 315
Ijdem beati propter legem gratiæ. 73
Qualescunque tolerandi. 322
Parentes vrbium. 374
Principes Christiani Cōstantium Chlorum imitentur. 380
Principum metus vtilis. 319
Principum maximorum est communicare imperium, abnuere, & ponere. pag. 102
Principes plerosque in Regno administrando mentem perdidisse. 100
Eosdem præclare educandos. 130
Eosdem improbos propter vitia, Ecclesia expulsos. 154
Inter Principes bonos, & malos, quid interſit. 390
A multis Principibus Resp. bene geritur. 380
Principatus labor est. 327
Idem omnem virtutem postulat. 282.
Probus Imperator optimus Princeps 418
Idem optimus adolescens. 304. & 305
Prouidētia seuere necessaria præscribere. pag. 327
Præcepta dulcia sunt. ead.
Prouidentia superior gubernandi ratio Humana gubernatio sub superiore illa continetur. 346
Prouidentia fidem tenet. 156
Eiusdem regulis viuendum. 272
Eiusdem ordo seruandus. ead.
Prouidere sponte, est perfecte prouidere. pag. 86
Prouisa coram Deo, & hominibus. 103
Prudens præsentit futura. 353
Prudentia propria Principis virtus. 339
Rempub. architectatur. 338
In considerando, & in agendo versatur. 339
Eadem propter finem est. 340
Fundamenta imperij ordinat. ead.
Tota virtutis est. 345
Iustum postulat. 349
Media propter finem iudicat. ead.
Humanis contenta non est. 350
Eadem finem Principis monstrat. 379

Donis

Bonis perficitur. 360
Publicani lenes. 335
Pulcheria Augusta Pia. 146
Eadem pia in pauperes. ead.

R.

RAguel iustus 200
Rapax, qui vltra necessaria retinet. pag. 286
Ratio diuina, quibus humanam vitam gubernet. 272
Rebelles puniendi. 405
Rex optimus virtute. 325
Reges Galliæ vnguntur. 333
Reges Chaldei legati pro regno Christi. pag. 11
Regnandi ministerium Dei causa est. 102
Regnum optimum, optimorum ciuium virtute constitui. 69
Sorrito capiatur. 80
Vigilijs tractandum. 350
Summi iuris res. 348
Idem temperatum ab Autore comprobatur. 104
Regnum humanum Dei Regnum sit. 351
Imperij mutationes. ead.
Regnum Dei humana doctrina præcognosci non potest. 356
Regnum fide, & prudentia conseruatur. pag. 372
Regnum diuinum in spiritu est. 31
Regnum vnum propter sapientiam. 385
Regni Dauid, & Iacob distinctio. 10
Regni Christiani quæ sit materia, & forma. 67
Regna virtutibus nõ copijs retineri. 358
Vitijs concidere. 356
Regnorum malis quomodo obstandum. pag. 104
Religio describitur. 108
Religio Christiana humanarum virtutum effectrix. 62
Religio Catholica vna. 144
Vtilis ad bonos mores. 149
Eadem vna cum charitate. 151
Virtutes omnes requirit. 147
Principi necessaria in primis. 152
Nihil prodest sine moribus. 155
Per se ipsam exponenda. 272
Religionis substantia in morum Sanctimonia. 148
Eiusdem qualia munera. 113
Res familiaris augenda virtute. 272
Respub. magis amanda quam liberi. 170
A quibus administranda ex Platone. pag. 422
Laceratur, cum indignis committitur, 164. & 165
Bonis committenda. 172
Eadem non est, vbi non est iustitia. 205
Seueritatem imponit. 206
Respublica conscientia solum gerenda. pag. 307. & 308
Eadem optima, diuturna contra Tacitum. 107
Tribus generibus optime constituta. pag. 105
Corruit detrimento religionis. 144
Reipublicæ administrandæ conditiones miseræ. 99
Eiusdem capessendæ causa. 98
Eiusdem vsus communis. 296. & 297
Eiusdem nerui vectigalia. 317
Romanæ Reipub. optimus status. 304
Eiusdem optimus status sub paupertate. 272
Reipublicæ perpetuitas in obedientia consistit. 326
Eiusdem fundamentum sapientia. 298
In Repub. Hebræorum regia potestas moderatissima. 106
De eadem libere sentiendum. 296
In eadem qui sint porci, & qui margaritæ. 171
Pro eadem mori pulchrum. 366
Roboam quare tuuenis, & Salomon quare senex. 312
Romani Dominos sine inuidia, seruos sine contumelia voluerunt. 256
Romani pauperes optimi. ead.
Ijdem mediocritatem propter mores. præcipua fundamenta imperij adamauere. 288. & 289
Ijdem naturæ virtute valuerunt. 51
Solone prudentiores. 129
Romanorum pudor, 300
Magnitudo animi. 308
Continentia. 99
Romanos iurasse per Trinitatem, & imperium. 127.
Eosdem exteris creuisse. 175. & 176

Quæ-

Quondam leges Annales non habuisse. 304
Romuli causa in fratrem iniqua. 197

S.

SAcerdos pro populo, & pro se sacrificat. 151
Sacerdotum precibus stat imperium. 121
De Sacramento ordinis. 127
Sal sapientia est. — 431
Salomon, & David male audiuisse propter incommoda publica. 101
Salomonis sapientia. 192
Salutationes tenendæ 259
Samuel à Regno auersus. 83
Sapientes qui vere sint. 408
Quomodo humiles. 435
Sapientia regia abundat in doctrina Christi. 71
Exemplis demonstratur. 72
Sapientia politicæ quæ. 301
Sapientia hominum qualis. 434
Sapientia regnandi socios amat. 380
Eadem domina rerum. 408
Eiusdem laudes. 434. & 435
Sapientia politica, summa ordinis est ratio. 409
Sapientia politica est propter illũ finẽ gubernare, propter quem Deus geri Rempublicam voluit, scilicet propter iustitiam, & pacem, Antonini Pij exemplo. 410
Sapietia resistit aduersis, augetq; fortes, exemplo Romanorum. 409
Tota salutaris. 432
Sapientiæ ordo digniores eligit. 428
Saturninum pœnituit affectati honoris. pag. 384
Quod scripsi scripsi, non propter constantiam hominis, sed prouidentiæ, quæ Christum Regem renunciauit, pag. 13
Senatus Consultum Solonis. 259
Seneca, & Burrhus male de Nerone iudicauerunt. 237
Seneca turpissime Cæsari Tyranno blanditur. 372
Senectutis grauitas, & obseruantia. 239
Sermo conditus sapientia. 245. & 246
Serpentis, & Columbæ mistinctus. 368 & 369.
Seruitutis amor ad libertatem via. 252
Seruius Sulpitius laudatur. 197
Seruus Dei, & hominis quis sit. 452
Seruus fortuna. 254
Bono, & improbo Domino pareat ead.
Vultu simplici seruiat. 253
Idem, præmium belli. 250
Præmia spectet. 251
Seruus vni suisque vitio. ead.
Seruus peccati quis. 26
Serunm timor iuuat. 253
Seueritas omnis generis virtutem firmat. pag. 207
Vtilis, & honorata. 103. & 104
Nihil parcit. 108
Clementiæ succedit. 210
Sigismundus Imperator clemens. 195
Simon propter contemptum Spiritum Sanctum damnatus. 128
Simplicitas prudens. 369
Sobrietas impropriè sapientia. 432
Sobrietas omnis virtus. 433
Societas naturę necessaria. 218
Solicitudo Principis administros requirit. 362
Conseruat imperium. ead.
Solicitudo adiunctum necessarium. 363
Solicitudo diuitiarum cõtemnenda. 273
Solicitudinis regiæ effecta. 361
Spiritus Sanctus Principem affligentem tributis populos punit. 311
Spiritus datur propter salutem. 379
Idem vitam signit, sensus mortẽ. 343
Spiritus Sancti dona Principis propria. pag. 360
Spolia opima victoriam continent. 397
Stoici refutantur. 245
Superbia Regna labefactat. 419
Eadem est fermentum. ead.
Superbus Deum non veretur. ead.

T.

TAcitus confutatur. 334
Idem refutatur. 319.
Tempestates signis Cœlestibus prædici. pag. 314
Temporalia bona in retributione reponuntur. 281
Tentatio virtutem exercet. 59
Theodoricus Rex propter cæsum Ioannem Pon

Pontificem damnatus. 190
Eiuſdem crudelitas in Symmachum, & Boethium. 188
Theodoſius minor vincit orando. 122
Theodoſius M. vincit orando. ead.
Humilis in imperio. 71
Euertit Gentilium ſimulacra. 134
Legibus Eccleſiæ ſuccurrit. 145
Pro Victoria miraculis clarus. 157
Fide victor. 158. & 159
Valentin. pupillum, vt pater amat. 180
Clementiſsimus. 194
Idē iracūdus à D. Ambr. caſtigatus. 215
Lege miniſteria laſcina vetuit. 227
Temperantiſſimus. 273
Annonas exigendas relaxat. 315
Religioſus. 319
In ſomnijs coronatus. 333
Eiuſdem pœnitentia. 116
Theopōpus Lacedemoniorū Rex, imperiū moderatione diuturnū reddidit. 105
Theſſali, pauperes in Magiſtratu pecunijs iuuerunt. 303
Tiberius Imp. ſumptus veſtiū cohibet 267
Idē Theſauro Imperij paupes aluit. 284
Traianus optimus Princeps. 350
Pater Patriæ. 370
Annonam parat. 372
Optimo modo Princeps. 97
Qua virtute maior. 316
Eiuſdem ſententia de Fiſco. 335
Tributum ſolū neceſſariū imponatur. 310
Tributa neceſſaria Reipub. 316
Aequalia eſſe debere. ead.
Nimia Remp. labefactant. 311
Ruina imperij. 312
Tyrannis magiſterium ſeruitutis. 330
Tyrannus eſt, qui omnino clementiam derelinquit. 211
Idē prouidentiæ diuinæ ſe opponit. 418
Tyrannus Hypocrita cognoſcitur. 420
Eiuſdem vitia. 417
In Tyranno nulla fides. 416
Tyranni vitijs valent. 357
Tyrannos peccatis ſeruire. 413
Tyrannos, & Reges vitijs, & virtutibus ſeparari. 415
Tyrannis modica Remp. corrumpit. 420
Eiuſdem domicilium Hypocriſis. ead.
Tyrannidis prima pars fraus eſt, vltima vis. 81
Valēs Imp. Arrianus perit miſere. 145
Valentin. iunior prouinciales amat. 315
Diuino ſpiritu afflatus. 134
Pro Orphanis interuenit. 180
Clemens. 185
Idem pro imperio mortuus. 366
Aurelia magni factus ob paupertatē. 275
Optimus ciuis. 299
Vaticinium Balaam de Chriſto. 11
Veritas in Trinitate religionis. 124
Veſtes nimis precioſæ reijciendæ. 266
Veteratores excluſi. 297
Viduarum virtutes. 229
Vini effectus. 226
Vipera maritum amat. 219
Vir regius quis ſit. 77
Vir, & mulier vnum corpus. 218
Idem Princeps mulieris. 219
Summo amore vxorē diligat, vt Chriſtus Eccleſiam. 219. & 210
Vir bonus conſtans. 298
Viri, & vires ſubleuant Rempub. 241
Vnū bene imperare difficillimā rēeſſe. 83
Virgo quædam colloquia D. Martini reſpuit. 225
Virgines illæ quare prudentes. 349
Virtus Maieſtas Regum. 341
Virtus aliqua compendium ad Remp. 306
Exemplis demonſtratur. ead.
Virtus hoc eſt fructus vitā ſuppeditat. 418
Eadem in liberis ſtatuenda. 234
Fortunas poſtulat. 248
Virtutis ratio ſolum habenda in optima Repub. 303
Eiuſdem excellentia. 305
Virtutis forma ipſa offerenda ciui. 296
Virtutis politicæ culmen lege gratię hoc eſt Euangelijs continetur. 4
Virtus cui facilior ſit. 94
Virtutes ſine forma, Dei veræ virtutes eſſe non poſſunt. 73
Virtutes viro, vxoriq; eſſe communes 222
Virtutis medium, ex D. Gregorio Nazianzeno 385
Vita mortalis p immortalē ordināda. 301
Vitia exitia imperij. 336
Voluntarium quid ſit. 86
Voluptas hominem vincit. 359
Voluptates ab Adoleſcentib. vitā las. 242
Vſuram benignitas, ratioq; repudiat. 201

Z.

Zebedea ambitioſa 124
Zacharia, & Elizabeth Sancti. 222

FINIS.

Digitized by Google


Google